Sch. dal. 31

B.

Cod. lat.
15731

Cod. c. pict.
21

Cf. Fraknói, In Bibl. Ab. Joh. Vitez (1878)
8°. N. Lib. 1067

Livius
1.

Dec. 1.

Cod. lat.
15731

Cod. lat.
15731

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

AD·TITVM LIVIVM LA
CTEO ELOQVENTIE
FONTE MANATEM DE
VLTIMIS HISPANIE
GALLIARVM QVE FI
NIBVS QVOSDAM
VENISSE NOBILES
LEGIMVS ET QVOS
AD CONTEMPLACON
EM SVI ROMA HONT
RAXERAT VNIVS
HOMINIS FAMA
PER DVXIT

TITI LIVII PATAVINI HISTORICORVM SVMMI RERVM POPVLI ROMANI AB VRBE CONDITA LIBER PRIMVS INCIPIT.

ACTVRVS NE SIM OPERE PRETIVM. SI A PRIMORDIO VRBIS res populi .r. perscripserim. nec satis scio: nec si sciam. dicere ausim. Quippe qui cu ueterem. tum uulgatam esse rem uideam: dum noui semper scriptores aut in rebus certius aliquid allaturos se: aut scribendi arte rudem uetustatem superaturos credūt. Vtcunq. erit: uuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi pro uirili parte meipsum consuluisse. Et si in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est: nobilitate ac magnitudine eorum. qui nomini officient meo consoler: Res est preterea & ammensi operis: ut quæ supra septingentesimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta initiis eo creuerit: ut iam magnitudine laboret sua. Legentium plerisq. haud dubito quin primæ origines proximaq. originibus minus præbitura uoluptatis sint: festinantibus ad hec noua. quibus iam pridem prævalentis populi uires se ipsæ conficiunt. Ego contra: hoc quoq. laboris premium petam: ut me a conspectu malorum. quæ nostra tot per annos uidit ætas tantisper certe dum prisca illa tota mente repeto auertam: omnis expers curæ quæ scribentis animum & si non. flectere a uero. solicitum tamen efficere possit. Quæ ante conditam condendamue urbem poeticis magis decora, fabulis: q̄ incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur: ea nec affirmare: nec refellere in animo est. Datur hec uenia antiquitati: ut miscendo humana diuinis primordia urbium augustiora faciat. Et sicui populo licere oportet consecrare origines suas & ad deos referre auctores: ea belli gloria est populo .r. ut cum suum conditorisq. sui parentem martem potissimum ferat: tam & hoc gentes humanæ patiantur æquo animo: q̄ imperium patiuntur. Sed hæc & his similia utcunq. animaduersa aut existimata erunt. haud in magno equidem ponam discrimine. Ad illa mihi pro se quisq. acriter intendat animum: quæ uita. qui mores fuerint: per quos uiros quibusq. artibus domi militiæq. & partum & auctum imperium sit: La

bente deinde paulatim disciplina uelut dissidentes primum mores se-
quatur animo. deinde ut magis magisq; lapsi sint: tum ire ceperint pre
cipites: donec ad hæc tempora, quibus nec uitia nostra nec remedia iã
pati possumus peruentum sit. Hoc illud est precipue in cognitione re-
rerum salubre ac frugiferum: omnis te exempli documenta in illustri po
sita monumento intueri. Inde tibi tueq; rei p. quod imitere capias: inde
foedum inceptu, foedum exitu, quod uites. Cæterum aut me amor nego
tii suscepti fallit: aut nulla unq̃ res. p. nec maior nec sanctior, nec bonis
exemplis ditior fuit: nec in quam tam sero auaritia luxuriaq; immigra
uerint. Nec ubi tantus aut tam diu paupertati ac parsimoniæ bonos fue
rit: Adeo q̃to rerum minus, tanto minus cupiditatis erat. Nuper diuitiæ
auaritiam & abundantes cupiditates desiderium per luxum ac libidinem
pereundi perdendiq; omnia inuexere. Sed querele ne tum quidem gra
te futuræ: cum forsitan necessariæ erunt: ab initio certe tantæ ordiende
rei absint: Cum bonis potius ominibus uotisq; & præcationibus deorum
dearumq; si ut poetis nobis quoq; mos esset libentius inciperemus: ut or
sis tanti operis successus prosperos darent.

QUAM PRIMUM OMNIUM SATIS CONSTAT
troia capta in ceteros seuitum esse troianos: A duobus
enea antenoreq; & uetusti iure hospitii & quia pacis red
dendæq; helenæ semper auctores fuerãt omne ius belli
achiuos abstinuisse. Casibus deinde uariis antenorem
cum multitudine enetum, qui seditione ex paphlagonia
pulsi & sedem & ducem rege pilemone ad troiam amisso
quærebant: uenisse in intimum adriatici maris sinum:
euganeisq; qui inter mare alpesq; incolebant pulsis enetos
troianosq; eas tenuisse terras. Et in quem primum egressi sunt locum tro
ia uocatur: pagoq; troiano inde nomen est: Gens uniuersa eneti appellati.
Eneam ab simili clade domo profugum: sed ad maiora rerum initia ducen
tibus fatis primo in macedoniam uenisse: Inde in siciliam quærentem se
des delatum. Ab sicilia classe ad laurentem agrum uenisse. Troia & huic lo
co nomen est: Vbi postq̃ egressi sunt troiani: ut quibus ab immenso pro
pe errore nihil præter arma & naues superesset: cum prædam ex agris age
rent latinus rex aboriginesq; qui tum ea tenebant loca ad arcendam
uim aduenarum armati ex urbe atq; agris concurrunt. Duplex inde fa

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

ma est. Alii prelio victum latinum pacem cum enea: deinde affinitate
iunxisse tradunt. Alii cum instructe acies essent constitissent: priusq̃ signa
canerent processisse latinum inter primores ducemq. aduenarum euo
casse ad colloquium. Percontatum deinde qui mortales essent: unde aut
quo casu profecti domo: quidue querentes in agrum laurentem exissent.
Postq̃ audierat multitudinem troianos esse: ducem eneam filium anchise &
ueneris cremata patria domo profugos sedem condendeq. urbis locum que-
rere: & nobilitatem admiratum gentis uirq. & animum uel bello. uel pa-
ci paratum: dextera data fidem future amicitie sanxisse. Inde fedus ictũ
inter duces. Inter exercitus salutationem factam. Eneam apud latinum fu-
isse in hospicio. Ibi latinum apud penates deos domesticum publico adiun
xisse fedus: filia enee in matrimonium data. E a utrq. res troianis spem affir-
mat tandem stabili certaq. sede finiendi erroris: opidum addunt. Eneas a
nomine uxoris lauinium appellat. Breui stirps quoq. uirilis ex nouo ma-
trimonio fuit: cui ascanium parentes dixere nomen. Bello deinde abori
ginesque troianiq. petiti. Turnus rex rutulorum cui pacta lauinia ante ad-
uentum enee fuerat: prelatum sibi aduenam egre patiens simul enee la-
tinoq. bellum intulerat. Neutra acies leta exeo certamine abiit. Victi
rutuli: victores aborigines troianiq. ducem latinum amisere. Inde tur-
nus rutuliq. diffisi rebus suis ad florentes etruscorum opes mezentiiq.
regem eorum confugiunt: qui cere opulento tum opido imperitans
iam inde ab initio minime letus origine noue urbis: & tum nimio plus,
q̃ satis tutum esset accolis, rem troianam crescere ratus: haud grauatim
socia arma rutulis iunxit. Eneas aduersus tanti belli terrorem ut ani
mos aborigenum sibi conciliaret: nec sub eodem iure solum: sed etiam nomi
ne omnes essent: latinos utranq. gentem appellauit. Nec deinde aborige-
nes troianis studio ac fide erga regem eneam cessere. Fretusq. his animis
coalescentium in dies magis duorum populorum eneas: quanq̃ tanta opi
bus etruria erat: ut iam non terras solum: sed mare etiam per totam ita
lie longitudinem ab alpibus ad fretum siculum fama nominis sui imples
set: tamen cum meribus bellum propulsare posset: in aciem copias eduxit.
Secundum inde prelium latinis: enee etiam ultimum mortalium operum
fuit. Situs est quemcunq. eum diei ius fasq. est: super numicium fluuium:
iouem indigenam appellant. Non dum maturus imperio ascanius enee
filius erat: tamen id imperium ei ad puberem ætatem incolume mansit.
Tantisper tutela muliebri: tanta indoles in lauinia erat: res latina & regnũ

2.
simul

3.

auitum paternumq. puero stetit. Haud nihil ambigam: quis enim rem tā
tam pro certa affirmet? Hicne fuerit ascanius an maior: q̄ hic creusa ma
tre ilio incolumi natus comesq. inde paternæ fugæ: quem iulium eundem
iulia gens auctorem nominis sui nuncupat. Is ascanius ubicunq. & quacūq.
matre genitus certe natum enea constat. Abundante lauini multitudine
florentem iam ut tum referant atq. opulentam urbem matri seu nouer
cæ reliquit: nouam ipse aliam sub albano monte condidit: quæ a situ
porrecte in dorso urbis longa alba appellata. Inter lauinium & albam
longam deductam coloniam triginta ferme interfuere anni. Tantum
tamen opes excreuerant maxime fusis etruscis: ut ne mortem quidem
ence: nec deinde inter muliebrem tutelam rudimentumq. primum pue
ritis regni mouere arma aut mezentius etrusciq.: aut ulli alii accolæ
ausi sint. Pax ita conuenerat: ut etruscis latinisq. fluuius albula quem
nunc tyberim uocant finis esset. Siluius deinde regnat ascanii filius ca
su quodam in siluis natus. Is eneam siluium creat. Is deinde latinum siluium:
ab eo aliquæ coloniæ deductæ: prisci latini appellati. Mansit siluius om
nibus cognomen qui albæ regnarunt. Latino alba ortus: albas athis: athi
capis: capi capetus: capeto tyberinus: qui in traiectu albulæ amnis submer
sus celebre ad posteros nomen flumini dedit. Agrippa inde tyberini fi
lius: post agrippam romulus siluius a patre accepto imperio regnat. Dein
de auentinus romuli filius. Auentino fulmine icto ipse regnum perma
nus tradidit. Is sepultus in eo colle: qui nunc pars romanæ est urbis cogno
men colli fecit. Procas deinde regnat. Is numitorem atq. amulium procreat.
Numitori qui stirpis maximus erat regnum uetustum siluiæ gentis legat:
plus tamen uis potuit: q̄ uoluntas patris: aut ætatis uerecundia. Pulso fratre
amulius regnat: addit sceleri scelus: stirpem fratris uirilem interimit. Fra
tris filiæ rhee siluiæ per speciem honoris cum uestalem eam legisset: perpe
4. tua uirginitate spem partus ademit. Sed debebatur ut opinor fatis tante
origo urbis maximiq. secundum deorum opes imperii principium: ut com
pressa uestalis cum geminum partum edidisset: seu ita rata: seu quia deus
auctor culpæ honestior erat: martem incerte stirpis patrem nuncupat. Sed
nec dii nec homines aut ipsam aut stirpem a crudelitate regia uindicāt. Sa
cerdos uincta in custodiam datur: pueros in profluentem aquam mitti iu
bet. Forte quadam diuinitus super ripas tyberis effusus lenibus stagnis nec
adiri usq̄ ad iusti cursum poterat amnis: & posse q̄uis languida mergi aqua
infantes spem ferentibus dabat. Ita uelut defuncti regis imperio in proxima

alluuie: ubi nunc ficus ruminalis est quam romularem uocatam ferunt pue-
ros exponunt. Vaste tum in his locis solitudines erant. Tenet fama cum fluita-
tem alueum quo iam expositi erant pueri tenuis in sicco aqua destituisset lu-
pam sitientem ex montibus qui circa sunt ad puerilem uagitum cursum fle-
xisse: eam submissas infantibus adeo mitem prebuisse mammas: ut lingua lam-
bentem pueros magister regii pecoris inuenerit. Faustulo fuisse nomen ferunt.
Ab eo ad stabula larentie uxori educandos datos. Sunt qui larentiam uulgato
corpore lupam inter pastores uocatam putent. Inde locum fabule ac miracu-
lo datum. Ita geniti itaq. educati cum primum adoleuit ætas: nec in stabulis
nec ad pecora segnes uenando peragrare saltus: hinc robore corporibus ani-
misq. sumpto iam non feras tantum subsistere: sed in latrones preda onustos
impetus facere: pastoribusq. rapta diuidere: & cum his crescente in dies grege
iuuenum seria ac iocos celebrare. Iam tum in palatino monte lupercal hoc 5.
fuisse ludicrum ferunt: & a pallanteo urbe archadica palatium deinde pala-
tinum montem appellatum. Ibi euandrum qui ex eo genere archadum mul-
tis ante tempestatibus tenuerit loca solemne allatum ex archadia instituisse:
ut nudi iuuenes liceum pana uenerantes per lusum atq. lasciuiam currerent.
quem romani deinde uocauerunt inuum. Huic deditis ludicro cum solem-
ne uotum esset: insidiatos obiram prede amisse latrones cum romulus ui se
defendisset remum cepisse: captum regi amulio tradidisse: ultro accusantes cri-
mini maxime dabant: in numitoris agros ab his impetum fieri. Inde eos colle-
cta iuuenum manu hostilem in modum predas agere. Sic ad supplicium numi-
tori remus deditur. Iam inde ab initio faustulo spes fuerat regiam stirpem
apud se educari. Nam & expositos iussu regis infantes sciebat: & tempus quo
ipse eos substulisset ad id ipsum congruere. Sed rem immaturam nisi aut per
occasionem aut per necessitatem aperire noluerat: necessitas prior uenit.
Ita q. metu subactus romulo rem aperit. Forte & numitori cum in custodia
remum haberet: audisset q. geminos esse fratres: comparando & ætatem eoy
& ipsam minime seruilem indolem: tetigerat animum memoria nepotum:
sciscitando q. eodem peruenit: ut haud procul esset quin remum agnosceret.
Ita undiq. regi amulio dolus nectitur. Romulus non globo iuuenum: nec
enim erat ad apertam uim par: sed alis alio itinere iussis certo tempore
ad regiam uenire pastoribus: ad regem impetum facit: & ab domo numi-
toris alia comparata manu adiuuat remus: Ita regem obtruncant. Numi-
tor inter primum tumultum hostis inuasisse urbem atq. adortos regiam 6.
dictitans cum pubem albanam in arcem præsidio armisq. obtinendā aduo-

casset: postq̃ iuuenes perpetrata cede pergere ad se gratulantes uidit:
extemplo aduocato concilio scelus in se fratris originem nepotum ut
geniti: ut educati: ut cogniti: cedem deinceps tyranni seq; eius auctorem ostendit. Iuuenes per mediam contionem agmine ingressi cum
auum regem salutassent: secuta ex omni multitudine consentiens uox
ratum nomen imperiumq; regi efficit. Ita numitori albana re permissa romulum remumq; cupido cepit in his locis ubi expositi ubiq; educati essent urbis condendae. Et supererat multitudo albanorum latinorumq;: ad id pastores quoq; accesserant: qui omnes facile spem faceret
paruam albam. paruum lauinium pre ea urbe: quae conderetur fore.
Interuenit deinde his cogitationibus auitum malum regni cupido: atq;
inde fedum certamen ortum a satis mitis principio: qm̃ gemini essent
nec aetatis uerecundia discrimen facere posset: ut dii quorum tutelae ea
loca essent auguriis legerent: qui nomen nouae urbi daret: qui conditam imperio regeret: palatium romulus remus auentinum ad inau-
7. gurandum templa capiunt. Priori remo augurium uenisse ferũt sex
uultures. Iamq; nuntiato augurio cum duplex numerus romulo se
ostendisset: utrunq; regem sua multitudo consalutauerat. Tempore
illi praecepto: at hi numero auium regnum trahebant. Inde cum altercatione aggressi certamine irarum ad caedem uertuntur. Ibi in turba ictus remus cecidit. Vulgatior fama est: ludibrio fratris remum nouos transiliisse muros: inde ab irato romulo cum uerbis quoq; increpitans adiecisset: Sic deinde quicunq; alius transiliet menia mea: interfectum. Ita solus potitus imperio romulus condita urbe conditoris nomine appellata: Palatium primum in quo ipse erat educatus munit.
Sacra dis aliis albano ritu: graeco herculi: ut ab euandro instituta erant
facit. Herculem in ea loca gerione interempto boues mira specie abegisse memorant: ac prope tyberim fluuium qua pre se armentum agẽs
nando traiecerat loco herbido: ut quiete & pabulo letiores efficeret
boues & ipsum fessum uia procubuisse. Ibi cum eum cibo uinoq; grauatum sopor oppressisset: pastor accola eius loci nomine cacus ferox uiribus captus pulchritudine boum cum auertere eam praedam uellet: quia
si agendo armentum in speluncam compulisset: ipsa uestigia quaerente
dominum eo deductura erant auersos boues: eximium quemq; pulchritudine caudis in speluncam traxit. Hercules ad primam auroram somno excitus cum gregem perlustrasset oculis & partem abesse numero sen-

sisset: pergit ad proximam speluncam: si forte eó uestigia ferrent. Quae ubi
omnia foras uersa uidit: nec in partem aliam ferre: confusius atq; uncertius
animi ex loco infesto agere porro armentum occepit. Inde cum aede bo-
ues quaedam ad desiderium, ut fit, reluctarum mugissent: reddita inclu-
sarum é spelunca boum uox Herculem conuertit. Quem cum ad spelun-
cam uadentem Cacus prohibere conatus esset: ictus claua fidem pastorū
nequicq; inuocans morte occubuit. Euander tum ea profugus ex pelopo-
nesso auctoritate magis: q̃ imperio regebat loca: uenerabilis uir miraculo
litterarum rei nouae inter rudes artium homines: uenerabilior diuinita-
te credita Carmentis matris: quam fatiloquam ante sibýllae in italiam ad-
uentum mirate hae gentes fuerant. Is tum Euander concursu pastorum
trepidantium circa aduenam manifeste reum cedis excitus: postq̃ facinus
facinorisq; causam audiuit: habitum formamq; uiri aliq̃to ampliore augu-
stioremq; humana intuens rogitat qui uir esset. Vbi nomen patremq; ac
patriam accepit: Ioue nate hercules salue inquit. Te mihi mater ueridica
interpres deum aucturum celestium numerum cecinit: ubiq; aram hic di-
catum iri: quam opulentissima olim in terris gens maximam uocet tuoq;
ritu colat: dextra hercules data accipere se omen impleturumq; fata ara
condita ac dicata ait. Ibi tum primum boue eximia capta de grege sa-
crum hercули adhibitis ad ministerium dapemq; potitiis ac pinariis: quae
tum familiae maxime inclytae ea loca incolebant factum. Forte ita eue-
nit: ut potitii ad tempus presto essent: hisq; exta apponerentur: pinarii
extis adesis ad ceteram uenirent dapem. Inde institutum mansit donec
pinarium genus fuit: ne extis solemnium uescerentur. Potitii abeuandro
edocti antistites sacri eius per multas aetates fuerunt: donec tradito seruis
publicis solemni familiae ministerio genus omne potitiorum interiit. Haec
tum sacra Romulus una ex omnibus peregrina suscepit: iam tum immor-
talitatis uirtute parta ad quam eum sua fata ducebant fautor: rebus diui-
nis rite perpetratis uocata ad concilium multitudine: quae coalescere
in populi unius corpus nulla re praeter q̃ legibus poterat iura dedit. Quae
ita sancta generi hominum agresti fore ratus: si se ipse uenerabilem in-
signibus imperii fecisset: cum cetero habitu se augustiorem: tum maxi-
me lictoribus duodecim sumptis fecit. Alii ab numero auium, quae au-
guriis regno portenderant, eum secutum numerum putant. Me haud
penitet eorum sententiae esse: quibus & apparitores & hoc genus ab etru-
scis finitimis: unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est: numerū

quoq; ipsum ductum placet. Et ita habuisse etruscos quod ex duodecim populis communiter creato regi singulos singuli populi lictores dederint.

Crescebat interim urbs munitionibus alia atq; alia appetendo loca: cum in spem magis futurae multitudinis: q̃ ad id quod tum hominum erat munirent. Deinde ne uana urbis magnitudo esset: aduciendae multitudinis causa uetere consilio condentium urbes qui obscuram atq; humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem ementiebantur: locum qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos est asilum appellat. Eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine liber an seruus esset auida nouarum rerum perfugit. Idq; primum ad ceptam magnitudinem roboris fuit.

at aperit

Cum iam uirium haud peniteret: consilium deinde uiribus parat. Centũ creat senatores: siue quia is numerus satis erat: siue quia soli centum erant qui creari possent: patres certe ab honore patritiq; progenies eorum appellati.

9.

Iam res romana adeo erat ualida: ut cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Sed penuria mulierum hominẽs ætate duratura magnitudo erat. quippe quibus nec domi spes prolis: nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consilio patrum romulus legatos circa uicinas gentes misit: qui societatem connubiumq; nouo populo peterent. Vrbes quoq; ex infimo ut cetera nasci: dein quia sua uirtus ac dii iuuent: magnas sibi opes magnumq; nomen facere: satis scire origini romanae & deos affuisse: & non defuturam uirtutem. Proinde ne grauarentur homines cum hominibus sanguinem ac genus miscere. Nusq̃ benigne legatio audita est: adeo simul spernebant: simul tãtam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisq; rogitantibus dimissi: Ec quòd feminis quoq; asilum non aperuissent: Id enim compar demum connubium fore. Egre id romana pubes passa: & haud dubie ad uim spectare cepit: cui tempus locumq; aptum ut daret romulus egritudinẽ animi dissimulans ludos ex industria parat neptumno equestri solemnes: consualia uocat. Indici deinde finitimis spectaculum iubet: q̃toq; apparatu tum sciebant aut poterant concelebrant: ut rem clarã spectatam facerent. Multi mortales conuenere: studio etiam uidendae nouae urbis: maxime proximi quiq; cenninenses: crustumeri: antennates.

Iam sabinorum omnis multitudo cum liberis ac coniugibus uenit. Inuitati hospitaliter per domos cum situm meniaq; & frequentem tectis urbem uidissent: mirantur tam breui rem romanam creuisse. Vbi spectaculi tempus uenit: deditq; eo mentes cum oculis erant: tum ex composito orta uis: signoq; dato iuuentus romana ad rapiendas uirgines discurrit. Magna pars

forte in quem quaeq incuderat rapte. Quaedam forma excellentes primoribus patrum destinate: quas ex plebe homines quibus datum negotium erat domos deferebant. Vnam longe ante alias insignem specie ac pulchritudine a globo talassi cuiusdam raptam ferunt: multisq sciscitantibus cuinam eam ferrent: identidem nequis violaret talassio ferri clamitatum. Inde nuptialem hanc vocem factam. Turbato per metum ludicro mesti parentes virginum profugiunt incusantes violati hospitii fedus: deumq invocantes cuius ad solemne ludosq per fas ac fidem decepti venissent. Nec raptis aut spes de se melior: aut indignatio est minor. Sed ipse romulus circuibat: docebatq patrum id superbia factum: qui connubium finitimis negasset. Illas tamen in matrimonio in societate fortunarum omnium civitatisq: & quo nihil carius humano generi sit liberum fore: mollirent modo iras: & quibus fors corpora dedisset darent animos. Sepe ex iniuria postmodum gratiam ortam. Eoq melioribus usuras viris: quo annisurus prose quisq sit: ut cum suam vicem functus officio sit: parentum etiam patriaeq expleat desiderium. Accedebant blandiae virorum factum purgatium cupiditate atq amore: quae maxime ad muliebre ingenium efficaces sunt. Iam mitigati admodum animi raptis erant. At raptarum parentes tum maxime sordida veste lachrymisq & querelis civitates concitabant. 10.

Nec domi tantum indignationes continebant: sed congregabantur undiq ad titi tatium regem sabinorum. Et legationes eo quod maximum tatii nomen in his regionibus erat conveniebant. Cenninenses crustumerii & antennates erant: ad quos eius iniuriae pars pertinebat. Lente agere his tatius sabiniq visi sunt. Ipsi inter se tres populi communiter bellum parant. Nec crustumerii quidem atq antennates pro ardore iraq cenninensium satis se impigre movent. Ita per se ipsum nomen cenninum in agri romanum impetum facit. Sed effuse vastantibus fit obvius cum exercitu romulus: leviq certamine docet: vanam sine viribus iram esse: exercitu fundit fugat: fusum persequitur. Regem in prelio obtruncat & spoliat. Duce hostium occiso urbem primo impetu capit. Inde exercitu victore reducto ipse cum factis vir magnificus: tum factorum ostentator haud minor spolia ducis hostium caesi suspensa fabricato ad id apte ferculo gerens in capitolium ascendit: ibiq ea cum ad quercum pastoribus sacram deposuisset: simul cum dono designavit templo iovis fines cognomenq addidit deo. Iupiter feretri inquit hoc tibi victor romulus rex regia arma fero teplumq his regionibus quas modo animo metatus sum dedico: sedem opimis spoliis

quæ regibus ducibusq. hostium cæsis me auctorem sequentes posteri ferẽt.
Hæc templi est origo, quod primum omnium rome sacratum est. Ita deinde diis uisum: nec irritam conditoris templi uocem esse: qua laturos eo spolia posteros nuncupauit: nec multitudine compotum eius uoti uulgari laudem. Bina post ea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeo rara eis fortuna decoris fuit. Dum ea ibi romani gerunt: antennatum exercitus per occasionem ac solitudinem hostiliter in fines romanos incursionem facit. Raptim & ad hos romana legio ducta palantis in agris oppressit. Fusi igitur primo impetu & clamore hostes: opidũ captum: duplicique victoria ouantem romulum hersilia coniux precibus captarum fatigata orat: ut parentibus earum det ueniam, & in ciuitatem accipiat: ita rem coalescere concordia posse. Facile impetratum. Inde igitur crustumerios profectus bellum inferentes. Ibi minus etiã quod alienis cladibus ceciderant animi certaminis fuit: utroq. coloniæ missæ.
Plures inuenti qui propter ubertatem terræ in crustumerium nomina darent. Et romam inde frequenter migratum est: a parentibus maxime ac propinquis raptarum. Nouissimum a sabinis bellum ortũ multoq. id maximum fuit. Nihil enim per iram aut cupiditatem actũ ẽ: nec ostenderunt bellum prius: q̃ intulerunt. Consilio etiam additus dolus. Spurius tarpeius romanæ preerat arci: huius filiam uirginem auro corrumpit tatius: ut armatos in arcem accipiat. Aquam forte ea tum sacris extra menia petitum ierat. Accepti obrutam armis necauere. Seu ut ui capta potius arx uideretur: seu prodendi exempli causa: ne quid usq̃ fidum proditori esset. Additur fabulæ: quod uulgo sabini aureas armillas magni ponderis bracchio leuo gemmatosq. magna specie anulos habuerint: pepigisse eam, quod in sinistris manibus haberẽt: eo scuta illi pro aureis donis congesta. Sunt qui eam ex pacto tradendi quod in sinistris manibus esset, directo arma petisse dicant: & fraude uisam agere sua ipsam peremptam mercede. Tenuere tamen arcem sabini: atq. inde postero die cum romanis exercitus instructus: quod inter palatium capitolinumq. collem campi est complesset: non prius descendere in æquum: q̃ ira & cupiditate recuperandæ arcis stimulante animos in aduersum romani subiere. Principes utrinq. pugnam ciebant: a sabinis metius curtius: a romanis hostilius. Hic rem romanam iniquo loco ad prima signa animo atq. audacia sustinebat: Vt hostilius cecidit: cõfestim romana inclinatur acies: fusaq. est ad ueterem portam palatii.

Romulus ipse turba fugientium actus & arma ad celum tollens: Iupiter tuis inquit iussus auibus hic in palatio prima urbi fundamenta ieci. Arcem iam scelere emptam sabini habent: Inde huc armati superata media ualle tendit. At tu pater deum hominumq; hinc saltem arce hostes: de me terrorem fugamq; fedam siste. Hic ego tibi templum statori ioui ꝗd monumentum sit posteris tua presentia per seruatam urbem esse uoueo.

Hec precatus uelut si sensisset auditas preces: Hic inquit romani iupiter optimus maximus resistere atq; iterare pugnam iubet. Restitere romani tanq̃ celesti uoce iussi. Ipse ad primores romulus prouolat. Metius curtius a sabinis princeps ab arce decurrerat, & effusos egerat romanos toto q̃tum foro spatium est: nec procul iam a porta palatii erat clamitans: Vicimus perfidos hospites: imbelles hostes. Iam sciunt longe aliud esse uirgines rapere: aliud pugnare cum uiris. In eum hec gloriantem cum globo ferocissimorum iuuenum romulus impetum facit. Ex equo tum forte metius pugnabat: eo pelli facilius fuit. Pulsum romani persecuntur. Et alia romana acies audacia regis accensa fundit sabinos. Metius in paludem se se strepitu sequentium trepidante equo coniecit: auerteratq; ea res etiam sabinos tanti periculo uiri. Et ille quidem annuentibus ac uocantibus suis fauore multorum addito animo euadit. Romani sabiniq; in media conualle duorum montium redintegrant prelium: Sed res romana erat superior. Tu sabine mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat: crinibus passis scissaq; ueste uicto malis muliebri pauore ausae se inter tela uolantia inferre: ex transuerso impetu facto dirimere infestas acies: dirimere iras: hic patres: hinc uiros orantes: ne sanguine se infando soceri generiq; aspergerent: ne parricidio macularent partus suos: nepotum illi: hi liberum progeniem. Si affinitatis inter uos: si connubii piget: in nos uertite iras. Nos causa belli: nos uulnerum ac cedis uiris ac parentibus fuit sumus. Melius peribimus: q̃ sine alteris uestrum uidue aut orbe uiuamus. Mouet res tum multitudinem, tum duces. Silentium & repentina fit quies. Inde ad fedus faciendum duces prodeunt: nec pacem modo: sed ciuitatem unam ex duabus faciunt: regnum consociant: imperium omne conferunt romã. Ita geminata urbe ut sabinis tamen aliquid daretur: quirites a curibus appellati. Monumentum eius pugne, ubi primum ex profunda emersus palude equum curtius in uado statuit, curtium lacum appellarunt.

Ex bello tam tristi leta repente pax, carioresque sabinis uiris ac parentibus & ante omnes romulo ipsi fecit. Itaq; cum populum in curias triginta di-

13.

uideret nomina eorum curiis imposuit. Id non traditur cum haud dubie
aliq̃to numerus maior hoc mulierum fuerit: ætate an dignitatibus suis uiro
rumue: an sorte lecte sint quæ nomina curiis darent. Eodem tempore & cē
turiæ tres equitum conscripte sunt: Ramnenses a romulo: a .t. tatio ticien
ses appellate. Lucerum nominis & originis causa incerta est. Inde nō modo
14. commune: sed concors etiam regnum duobus regibus fuit. Post aliquot an
nos propinqui regēs tatii legatos laurentum pulsant. Cumq, laurentes iure
gentium agerent apud tatium: gratia suorum & preces plus poterant. Igitur
illorum penam in se uertit. Nam lauini cum ad solemne sacrificium eō ue
nisset: concursu facto interficitur. Eam rem minus egre: q̃ dignum erat
tulisse romulum ferunt: seu ob infidam societatem regni: seu quia haud
iniuria cesum credebat. Itaq, bello quidem abstinuit. Vt tamen expiarē
tur legatorum iniuriæ regisq, cedes: fedus inter romam lauiniumq, ur
bes renouatum. Et cum his quidem insperata pax erat: aliud multo pro
∴ prope pius atq, in ipsis portis bellum ortum. Fidenates nimis uicinas prope se coa
lescere opes rati prius q̃ tantum roboris esset: q̃tum futurum apparebat:
occupabātur bellum facere: Iuuentute immissa uastantur agri quod inter
urbem ac fidenas est. Inde ad leuam uersi: quia dextra tyberis arcebat cū
magna trepidatione agrestium populabantur. Tumultusq, repens ex agris
in urbem illatus pro nuntio fuit. Excitus romulus: neq, enim dilationem
pati tam uicinum bellum poterat exercitum educit: castra a fidenis mille
passuum locat. Ibi modico præsidio relicto egressus cum omnibus copiis par
tem militum locis circa densa obsita uirgulta obscuris subsidere insidiis
iussit: cum parte maiore atq, omni equitatu profectus: id quod querebat
tumultuoso & minaci genere pugnæ adequitando ipsis prope portis hostē
exciuit. Fugæ quoq, quæ simulanda erat eadem equestris pugna causam
minus mirabilem dedit. Et cum uelut inter pugnæ fugæq, consilium
trepidante equitatu pedes quoq, referret gradum: plenis repente portis
effusi hostes impulsa romana acies: studio instandi sequendiq, trahuntur
ad locum insidiarum. Inde subito exorti romani transuersam inuadunt
hostium aciem. Addunt pauorem mota castris signa eorum, qui in præsidio
relicti fuerant. Ita multiplici terrore perculsi fidenates: prius pene q̃ ro
mulus quiq, cum eo equites erant circūagerent frenis equos: terga uer
tunt: multoq, effusius: quippe uera fuga qui simulantes paulo ante secu
ti erant: opidum repetebant: non tamen eripuere se hosti: Herens in ter
go romanus prius q̃ fores portarum obiicerentur uelut agmine uno irrū

pit. Belli fidenatis contagione irritati uehientium animi & consanguinitate: nam fidenates quoq; etrusci fuerunt: & quod ipsa propinquitas loci: si romana arma omnibus infesta finitimis essent stimulabat: in fines romanos excurrerunt pupulabundi magis: q̃ iusti more belli. Itaq; non castris positis: non expectato hostium exercitu raptam ex agris prædam portantes uehios rediere. Romanus contra postq̃ hostem in agris non inuenit dimicationi ultime instructis intentusq; tyberim transit. Quem postq̃ castra ponere & ad urbem accessurum uehientes audiuere: obuiam egressi: ut potius acie decernerent: q̃ inclusi de tectis menibus dimicarent. Ibi uiribus nulla parte aduersis tantum ueterani robore exercitus rex romanus uicit: persecutosq; fusos ad menia hostes urbe ualida muris ac situ ipso munita abstinuit. Agros rediens uastat: ulciscendi magis: q̃ prædæ studio. Eaq; clade haud minus: q̃ aduersa pugna subacti uehientes pacem petitum oratores romam mittunt. Agri parte mulctati sunt: in centum annos induciæ datæ. Hæc ferme romulo regnante domi militiæq; gesta: quorum nihil absonum fidei diuinæ originis diuinitatisq; post mortem creditum fuit. Nō animus in regno auito recuperando: non condendæ urbis consilium: non bello ac pace firmandæ: abillo profecto enim uiribus datis tantum ualuit: ut in xl. deinde annos tutam pacem haberet. Multitudini tamen gratior fuit: q̃ patribus. Longe ante alios acceptissimus militum animis: trecētosq; armatos ad custodiam corporis quos celeres appellauit non in bello solum: sed in pace etiam habuit. His immortalibus editis operibus cum ad exercitum recensendum contionem in campo ad capre paludem haberet: subito coorta tempestas cum magno fragore tonitrubusq; tam denso rege operuit nimbo: ut conspectum eius contioni abstulerit: nec deinde inter reis romulus fuit. Romana pubes sedato tandem pauore postq̃ ex tā turbido die serena & tranquilla lux redit: ubi uacuam sedem regiam uidit: & si satis credebat patribus qui proximi steterant: sublimem raptum procella: tamen uelut orbitatis metu icta mestum aliq̃diu silentium obtinuit. Deinde a paucis initio facto deum deo natum regem parentemq; urbis romanæ saluere uniuersi romulum iubēt: pacem precibus exposcūt: uti uolens propitius suam semper sospitet progeniem. Fuisse credo tum quoq; aliquos: qui discerptum regem patrum manibus taciti arguerent. Manauit enim hæc quoq; sed perobscura fama. Illam alteram admiratio uiri & pauor presens nobilitauit. Et consilio etiam unius hominis addita rei dicitur fides. Nanq; proculus iulius solicita ciuitate desiderio regis

15.

erant

16.

& infensa patribus. grauis ut traditur quis magnæ rei auctor in con-
tionem prodit. Romulus inquit quirites parens urbis huius prima
hodierna luce celo repente delapsus se mihi obuium dedit. cum per-
fusus horrore uenerabundus adstitissem. petens precibus. ut contra in-
tueri fas esset. Abi nuntia inqt romanis. celestes ita uelle. ut mea me-
nia roma caput orbis terrarum sit. Proinde rem militarem colant.
sciantq. & ita posteris tradant. nullas opes humanas armis romanis re-
sistere posse. Hæc inquit locutus sublimis abiit. Mirum quantum illi uiro
nuntianti hæc fides fuerit. quæq. desiderium romuli apud plebem exer-
17. citumq. facta fide immortalitatis lenitum sit. Patrum interim ani-
mos certamen regni & cupido uersabat. nec dum a singulis. quia ne-
mo magnopere eminebat in nouo populo peruenerant factiones. iter
ordines certabatur. Oriundi a sabinis. neq. post tatii mortem a sua par-
te non erat regnatum. in societate æqua possessorem imperii amitte-
rent. sui corporis creari regem uolebant. Romani ueteres peregrinum
regem aspernabantur. In uariis uoluntatibus regnare tamen omnes
uolebant. libertatis dulcedinem non dum experti. Timor deinde præ-
ceessit. ne ciuitatem sine imperio exercitum sine duce multarum cir-
ca ciuitatum excitatis animis uis aliqua externa adoriretur. Et esse ig-
aliquod caput placebat. & nemo alteri concedere in animum inducebat.
Ita rem inter se centum patres decem decuriis factis singulisq. in singulas
decurias creatis. qui summæ rerum præessent consociant. decem imperi-
tant. Vnus cum insignibus imperii & lictoribus erat. quinq. dierum spa-
tio finiebatur imperium. ac per omnes in orbem ibat. annuumq. inter-
uallum regni fuit. Id ab re. quod nunc quoq. tenet nomen. interregnum
appellatum. Fremere deinde plebs. multiplicatam seruitutem. centum
pro uno dominos factos. nec ultra. nisi regem & ab ipsis creatum uideban-
tur passuri. Cum sensissent ea mouerit patres. offerendum ultro rati quod
amissuri erant. ita gratiam ineunt. summa potestate populo permissa.
ut non plus darent iuris. q. retinerent. Decreuerunt enim. ut cum po-
pulus regem iussisset. id sic ratum esset. si patres auctores fierent. Hodie
quoq. in legibus magistratibusq. rogandis usurpatur idem ius ui ademp-
ta. prius. q. populus suffragium ineat. in incertum comitiorum euentum
patres auctores fiunt. Tum interrex contione aduocata. quod bonum fau-
stum felixq. sit inquit quirites. regem create. Ita patribus uisum est. Pa-
tres deinde. si dignum. qui secundus a romulo dinumeretur crearitis.

auctores fient. Adeo id gratum plebi fuit: ut ne uicti beneficio uideren
tur: id modo scirent iuberentq. Senatus decerneret qui rome regnaret.
Inclyta iustitia religioq. ea tempestate numæ pompilii erat: curibus sabinis 18.
habitabat: consultissimus uir: ut in illa quisq̃ esse ætate poterat omnis diuini
atq. humani iuris. Auctorem doctrinæ eius qui non extat alius falso sami
um pythagoram edunt. quem seruio tullo regnante romæ centum ampli
us post annos in ultima italiæ ora circa metapontum heracleamq. & crotonã
iuuenum emulantium studia cetus habuisse constat. Et quibus locis & si eius
dem ætatis fuisset: quæ fama in sabinos: aut quo lingue comertio quenq̃ ad
cupiditatem discendi excuisset: quoue præsidio unus per tot gentes dissonas
sermone moribusq. peruenisset. Suopte igitur ingenio temperatum animũ
uirtutibus fuisse opinor magis instructumq. non tam peregrinis artibus.
q̃ disciplina tetrica ac tristi ueterum sabinorum: quo genere nullum quon
dam incorruptius fuit. Audito nomine numæ patres romani: quanq̃ in
clinari opes ad sabinos rege unde sumpto uidebantur: tamen nec se quisq̃
nec factionis siue alium nec denique patrum aut ciuium quenq̃ preferre
illi uiro ausi. Ad unum omnes numæ pompilio regnum deferendum decer
nunt. Accitus sicut romulus augurato urbe condenda regnum adeptus
est. De se quoq. deos consuli iussit. Inde ab augure cui deinde honoris er
go publicum id perpetuumq. sacerdotium fuit: deductus in arcem in lapi
de ad meridiem uersus consedit. Augur ad leuam eius capite uelato sede
cepit: dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens quem lituum ap
pellarunt: Inde ubi prospectu in urbem agrumq. capto deos precatus re
giones ab oriente ad occasum determinauit: dextras ad meridiem partes,
leuas ad septẽtrionem esse dixit. Contra signum quo longissime conspectũ
oculi ferebant animo finiuit. Tum lituo in leuam manum translato dex
tra in caput numæ posita precatus ita est. Iupiter pater si est fas hunc nu
mam pompilium cuius ego caput teneo regem rome esse: uti tu signa no
bis certa acclara hic inter eos fines quos feci. Tum peregit uerbis auspicia des
quæ mitti uellet. Quibus missis declaratus rex numa de templo descendit.
Qui regno ita potitus urbem nouam conditam ui & armis iure eam legibq. 19.
ac moribus deintegro condere parat. Quibus cum inter bella assuescere
uideret non posse: quippe efferari his militia animos: mitigandum ferocem
populum armorum desuetudine ratus tanum ad infimum argiletum
indicem pacis belliq. fecit: Apertus ut in armis esse ciuitatem: clausus pa
catos omnes circa populos significaret. Bis deinde post numæ regnũ clausus

fuit. Semel. t. manlio consule post punicum primum perfectum bellū. In
terim quod nostre ætati dii dederunt ut uideremus: post bellum acciacū
ab imperatore cæsare augusto pace terra mariq; parta. Clauso eo cū omniū
circa finitimorum societate ac federibus iunxisset animos: positis externo
rum periculorum curis ne luxuriarent ocio animi quos metus hostium
disciplinaq; militaris continuerat omnium primus rem ad multitudinē im
peritam & illis seculis rudem efficacissimam deorum metum inuiciendum
ratus est. Qui cum descendere ad animos sine aliquo comento miraculi nō
posset: simulat sibi cum dea egeria congressus nocturnos esse. Eius se moni
tu quæ acceptissima dis essent sacra instituere. Sacerdotes suos cuiq; deorū
præficere. Atq; omnium primum ad cursus lunæ duodecī describit annum.
Quem quia trecenos dies singulis mensibus luna non explet desuntq; dies so
lido anno qui solstitiali circūagitur orbe: intercalares mensibus interpone
dos ita dispensauit: ut uigesimo anno ad metam eandem solis unde orti es
sent plenis omnium annorum spatiis dies congruerent. Idem nefastos dies fa
stosq; fecit: quia aliquando nihil cum populo agi utile futurum erat. Tum
sacerdotibus creandis annum adiecit: quanq; ipse plurima sacra obibat: Ea
maxime quæ nunc ad dialem flaminem pertinent. Sed quia in ciuitate
bellicosa plures romuli q̄ numæ reges putabat fore: iturosq; ipsos ad bella ne
sacra regiæ uicis desererentur: flaminem iouī assiduum sacerdotem creauit:
insigniq; eum ueste & curuli regia sella adornauit. Huic dies flamines adie
cit. Marti unum: alterum quirino: uirginesq; uestæ legit. Alba oriundū
sacerdotium & genti conditoris haud alienum. His ut assidue templi an
tistites essent stipendium de publico statuit. Virginitate aliisq; cerimoniis
uenerabiles ac sanctas fecit. Alios item duodecim marti gradiuo legit: tu
nicaq; picte insigne dedit: & super tunicam æneum pectori tegmen: cele
stiaq; arma quæ ancilia appellantur ferre: ac per urbem ire canentes car
mina cum tripudiis solemniq; saltatu iussit. Pontificem deinde numa mar
tium. m. fil. ium ex patribus legit: eiq; sacra omnia exscripta exsigna
taq; attribuit. Quibus diebus aut quæ templa sacra fierent: atq; unde in
eos sumptus pecunia rogaretur. Cætera quoq; omnia publica priuataq;
sacra pontificis scitis subiecit: ut esset quo consultum plebs ueniret: neqd
diuini iuris patrios ritus negligendo peregrinosq; ascisendo turbaretur.
Nec cælestes modo cerimonias: sed iusta quoq; funebria placandosq; manes
ut idem pontifex edoceret: quæq; prodigia fulminibus aliaue quo nisi
missa suscriperentur atq; curarentur. Ad ea eliciendā ex mentibus diuinis

∴ menses

20. ∴ animū

∴ similes

d modo

uoui elicio aram in auentino dicauit: deumq; consuluit auguriis quæ su-
scipienda essent. Ad hæc consultanda procurandaq; multitudine omni a 21.
ui & armis conuersa: & animum aliquid agendo occupati erant: & deorũ
assidua insidens cura cum interesse rebus humanis celeste numen uideret:
ea pietate omnium pectora imbuerat: ut fides ac iusiurandum proximo le-
gum ac penarum metu regerent. Et cum ipsi se homines in regis uelut uni- ∴ ciuitatem
ci exempli mores formarent: tum finitimi etiam populi qui antea castra nõ
urbem positam in medio ad solicitandam omnium pacem crediderãt: in
eam uerecundiam adducti sunt: ut ciuitatem totam in cultum uersam
deorum uiolari ducerent nefas. Lucus erat quem medius ex opaco specu
fons perenni rigabat aqua: quo quia se persepe numa sine arbitris uelut
ad congressum dee inferebat: Camenis eum lucum sacrauit: quod earum
sibi consilia cum coniuge sua egeria essent. Et soli fidei solemne instituit.
Adid sacrarium flamines bigis curru arcuato uehi iussit: manuq; ad digitos
usq; inuoluta rem diuinam facere significantes fidem tutandam. Sedemq;
eius etiam in dextris sacratam esse. Multa alia sacrificia locaq; sacris facẽ-
dis quæ argeos pontifices uocant dedicauit. Omnium tamen maximum
eius operum fuit tutela per omne regni tempus haud minor pacis: q̃ regni.
Ita duo deinceps reges alius alia uia: ille bello hic pacem ciuitatem auxerũt.
Romulus septem & triginta regnauit annos: numa tres & quadraginta. Cũ
ualida tum temperata & belli & pacis artibus erat ciuitas: numæ morte ad 22.
interregnum res rediit. Inde tullum hostilium nepotem hostilii: cuius in
infima arce clara pugna aduersus sabinos fuerat regem populus iussit: pa-
tres auctores facti. Hic non solum proximo regi dissimilis: sed ferocior etiã
q̃ romulus fuit: cum ætas uiresq; aucta quoq; gloria animum stimulabat. ∴ tum
Senescere igitur ciuitatem ocio ratus undiq; materiam excitandi belli que-
rebat. Forte euenit: ut agrestes romani ex albano agro albani ex romano
inuicem prædas agerent. Imperitabat tum .c. duillius albæ. Vtrinq; lega-
ti fere subidem tempus ad res repetendas missi. Tullus preceperat suis ne
quid prius q̃ mandata agerent: satis sciebat negaturum albanum: ita pie
bellum indici posse. Ab albano socordius res acta. Excepti hospitio a tullo
blande ac benigne comi fronte comiter regis conuiuium celebrant. Tan-
tisper romani & res repetiuerant priores: & neganti albano bellum in tri-
gesimum diem induxerant. Hæc renuntiant tullo. Tum legatis tullus dicen-
di potestatem quid petentes uenerunt fecit. Illi omnium ignari primo pur-
gando terunt tempus: se inuitos quicq̃ quod minus placeat tullo dicturos:

sed imperio subigi. Res repetitum se uenisse: ni reddantur: bellum indicere iussos. Ad hæc tullus. Nuntiate inquit regi uestro: regem romanum deos facere testes: uter prius populus res repetentes legatos aspernatus dimiserit: ut in eum omnes spectent huiusce clades belli. Hæc nuntiant domum albani: & bellum utrinq; summa ope paratur: ciuili simillimum bello: prope inter parentes natosq; troianam utrãq; prolem: cum lauinium a troia: a lauino alba: ab albanorum stirpe regum oriundi romani essẽt.

23. at: expetant

Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit: quod nec acie certatum est: & tectis modo dirutis alterius urbis duo populi in unum cõfusi sunt. Albani priores ingenti exercitu in agrum romanum impetum fecere: Castra ab urbe haud plus quinq; mil. passuum locant: fossa circũdat: fossa duilia a nomine ducis per aliquot secula appellata est: donec cũ re nomen quoq; uetustas oleuit. In his castris duilius albanus rex moritur: dictatorem albani metium suffetium creant. Interim tullus ferox precipue morte regis magnumq; deorum numen ab ipso capite orsum in omne nomen albanum expetiturum penas ob bellum impium dictitans: nocte preteritis hostium castris infesto exercitu in agrum albanum pergit. Ea res a statiuis exciuit metium ducemq; q̃ proxime ad hostem potest. Inde legatum præmissum nuntiare tullo iubet: prius q̃ dimicent opus esse colloqo. Si secum congressus sit: satis scire ea se allaturum quæ nihilo minus ad rẽ romanam: q̃ ad albanam pertineant. Haud aspernatus ea tullus: tam & si uana afferebantur, in aciem educit. Exeunt contra & albani. Postq̃ structi utrinq; stabant: cum paucis procerum in medium duces prodeunt:

∴ suos

Ibi infit albanus: Iniurias & non redditas res exfedere: quæ repetite sunt: & ego regem nostrum duilium causam huiusce esse belli audisse uideor. Nec te dubito tulle eadem pre te ferre. Sed si uera potius q̃ dictu speciosa dicenda sunt: cupido imperii duos cognatos uicinosq; populos ad arma stimulat: neq; recte an perperam interpretor. Fuerit ista eius deliberatio qui bellum suscepit. Me albani gerendo bello ducem creauere. Illud te tulle monitum uelim: Etrusca res q̃ta circa nos teq; maxime sit: quo propior uolsciis hoc magis scis: multum illi terra plurimum mari possent.

∴ at hetruscis

Memor esto iam cum signum pugne dabis: has duas acies spectaculo fore: ut fessos confectosq; simul uictorem ac uictum aggrediantur. Itaq; si nos dii amant: qm̃ non contenti libertate certa in dubiam imperii seruitiq; aleam imus: ineamus uiam aliquam qua utri utris imperent sine magna clade sine multo sanguine utriusq; populi decerni possit. Haud displicet

res tullo: quanq̃ tum indole animi: tum spe uictoriæ ferocior erat. Que
rentibus utrinq; ratio initur: cui & fortuna ipsa præbuit materiã. For 24.
te in duobus tum exercitibus erant tergemini fratres: nec ætate nec
uiribus dispares: Horatios curiatiosq; fuisse satis constat. Nec ferme res Horatiorũ & curiatiorũ pugna.
antiqua alia est nobilior: tamen in re tam clara nominum error manet:
utrius populi horatii, utrius curiatii fuerint. Auctores utroq; trahunt:
plures tamen inuenio, qui romanos horatios uocent: Hos ut sequar incli
nat animus. Cum trigeminis agunt reges: ut pro sua quisq; patria dimi
cet ferro. Ibi imperium fore, unde victoria fuerit: nihil recusatur: tem
pus & locus conuenit. Priusq̃ dimicarent: fedus ictum inter romanos &
albanos est his legibus: ut cuius populi ciues eo certamine uicissent: is al
teri populo cum bona pace imperitaret. Federa alia aliis legibus, ceterũ
eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus: nec ullius uetu
stior federis memoria est. Fecialis regem tullum ita rogauit: Iubes ne
me rex cum patre patrato populi albani fedus ferire? Iubente rege: Sag
minã inquit te rex posco. Rex ait, puram tollito. Fecialis ex arce gra
minis herbam puram attulit: postea regem ita rogauit. Rex facis ne me
tu regium nuntium populi .r. quiritium uasa comitesq; meos? Rex respõ
dit: quod sine fraude mea populiq; .r. quiritium fiat: facio. Fecialis erat
m. ualerius: Is patrem patratum spurium fusium fecit: uerbena caput ca
pillosq; tangens. Pater patratus ad iusiurandum patrandum, idest faciendũ
fit fides: multisq; id uerbis, quæ longo effata carmine, non operæ est refer
re peragit. Legibus deinde recitatis: Audi inquit iupiter: audi pater pa
trate populi albani: Audi tu populus albanus: Vt illa palam prima: postre
ma ex illis tabulis ceraue recitata sunt sine dolo malo, utiq; ea hic hodie re
ctissime intellecta sunt. Illis legibus populus .r. prior non deficiet. Si prior
defecerit: publico consilio dolo malo: Tu illo die iupiter populum .r. sic feri
to: ut ego hunc porcum sic hodie feriam: Tantoq; magis ferito: q̃to magis
potes possesq;. Id ubi dixit: porcum saxo silice percussit. Sua item carmina al
baniq; suumq; iusiurandum per suum dictatorem suosq; sacerdotes peregerũt.
Federe icto trigemini sicut conuenerat arma capiunt: cum sui utrosq; adhor 25.
tarentur: deos patrios: patriam ac parentes: quicquid ciuium domi, quicqd
in exercitu sit: illorum tunc arma: illorum intueri manus. Feroces & suop
te impetu & pleni adhortantium uocibus in medium inter duas acies p
cedunt. Consederant utrinq; pro castris duo exercitus: periculi magis
præsentis: q̃ curæ expertes: quippe imperium agebatur in tam paucorũ

uirtute ac fortuna positum. Itaq. ergo erecti suspensiq. unminime gratu
spectaculum animi incēduntur. Datur signum: infestisq. armis uelut acies
terni iuuenes magnorum exercituum animos gerentes concurrunt. Nec
his nec illis periculum suum: publicum imperium seruitiumq. obuersatur
animo: futuraq. ea deinde patriae fortuna quam ipsi fecissent. Vt primo
statim concursu crepuere arma micantesq. fulxere gladii: horror ingens
spectantes perstringit: & neutro inclinata spe torpebat uox spiritusq. Con
sertis deinde manibus cum iam non motus tantum corporum agitatioq.
anceps telorum armorumq.: sed uulnera quoq. & sanguis spectaculo esset:
duo romani super alium alius uulneratis tribus albanis expirantes corrue
gaudio runt. Ad quorum casum cum conclamasset albanus exercitus: romanas le
giones iam spes tota. non dum tamen cura deseruerat: exanimes uice uni
us quem tres curiatii circumsteterant. Forte is integer fuit, ut uniuersis so
lus nequaq̃ par: sic aduersus singulos ferox. Ergo ut segregaret pugnam
eorum: capessit fugam: ita ratus secuturos, ut quenq. uulnere affectū cor
pus sineret. Tum iam aliq̃tum spatii ex eo loco ubi pugnatum est aufuge
rat: cum respiciens uidet magnis interuallis sequentes: Vnum haud procul
a se se abesse: in eum magno impetu redit. Et dum albanus exercitus incla
mat curiatios uti opem ferant fratri: iam horatius caeso hoste victor secun
dam pugnam petebat. Tum clamore qualis ex insperato fauentium solet:
romani adiuuant militem suum. Et ille defungi prelio festinat. Prius
itaq. q̃ alter: qui nec procul aberat consequi posset: alterum curiatium
confecit. Iamq. aequato marte singuli supererāt: sed nec spe: nec uiribus
pares. Alterum intactum ferro corpus & geminata victoria ferocem īcer
tamen tertium dabat: Alter fessum uulnere: fessum cursu corpus trahes
uictusq. fratrum ante se strage uictori obiicitur hosti: nec illud prelium
fuit: Romanus exultans duos inquit fratrum manibus dedi: tertium
causā belli huiusq. ut romanus albano imperet dabo. Male sustinenti ar
ma gladium superne iugulo defigit: iacentem spoliat. Romani ouantes
ac gratulantes horatium accipiunt, eo maiore cum gaudio: quo prope me
tum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaq̃ paribus animis uertū
tur: quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienae facti. Sepulchra extāt
quo quisq. loco cecidit: Duo romani uno loco propius albam: tria albana ro
26. mam uersus: sed distantia locis ut pugnatum est. Prius q̃ inde digrederen
tur roganti metio ex federe icto quid imperaret. imperat tullius uti iu
uentutem in armis habeat: usurum se eorum opera: si bellū cum uicinis

foret.

foret. Ita exercitus inde domos abducti. Princeps horatius ibat trigemina
spolia pre se gerens: cui soror uirgo que desponsa uni ex curiatiis fuerat ob
uia ante portam capenam fuit: cognitoq. super humeros fratris paludam
to sponsi quod ipsa confecerat: soluit crines: & flebiliter nomine sponsum
mortuum appellat. Mouet feroci iuueni animum comploratio sororis in
uictoria sua tantoq. publico gaudio. Stricto itaq. gladio simul uerbis in
crepans transfigit puellam. Abi hinc immaturo amore ad sponsum inq.
oblita fratrum mortuorum uiuiq. oblita patriæ. Sic eat quecunq. roma
num lugebit hostem. Atrox uisum id facinus patribus plebiq. Sed recen
meritum facto obstabat: tamen raptus in ius ad regem. Rex ne ipse tam tri
stis ingratiq. ad uulgus iudicii: aut secundum iudicium supplicii auctor es
set: concilio populi aduocato Duumuiros inquit qui horatio perduellio
nem iudicent secundum legem facio. Lex horrendi carminis erat: Du
umuiri perduellionem iudicent. Si a duumuiris prouocarit: prouocatio
ne certato. Si uincent: caput obnubito: infelici arbori reste suspendito:
uerberato uel intra pomerium: uel extra. Hac lege duumuiri creati qui
se absoluere non rebantur ea lege ne innoxium quidem posse cum con
demnassent. Tum alter ex his Publi horati tibi perduellionem iudico inq.
I lictor colliga manus. Accessit lictor: iniciebatq. laqueum. Tum horatius au
ctore tullo clemente legis interprete prouoco inquit. Ita de prouocatio
ne certatum ad populum est. Moti homines sunt in eo iudicio maxime
p. horatii patre proclamante: Se filiam iure cesam iudicare: Ni ita esset pa
trio iure in filiam animaduersurum fuisse. Orabat deinde: ne se que pau
lo ante cum egregia stirpe conspexissent: orbum liberis facerent. Inter hec
senex iuuenem amplexus spolia curiatiorum fixa eo loco qui nunc pila
horatia appellatur ostentans: Huncine aiebat quem modo decoratum ouan
temq. uictoria incedentem uidistis quirites: eum sub furca uinctum inter
uerbera & cruciatus uidere potestis: quod uix albanorum oculi tam defor
me spectaculum ferre possent. I lictor colliga manus que paulo ante ar
mate imperium populo. r. pepererunt. I caput obnube liberatoris urbis hu
ius: arbori infelici suspende: Verbera uel intra pomerium modo inter illa
pila & spolia hostium: Vel extra pomerium: modo inter sepulchra curiatiorum:
Quo enim ducere hunc iuuenem potestis: ubi non sua decora eum a tanta fe
ditate supplicii uendicent? Non tulit populus patris lachrymas: nec ipsius
parem in omni periculo animum: absoluerunt q. admiratione uirtutis ma
gis: q' iure cause. Itaq. ut cedes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur:

imperatum patri: ut filium expiaret pecunia publica. Is quibusdã pia
cularibus sacrificiis factis, quae deinde genti horatiae tradita sunt: trãsmis-
so per uiam tigillo capite adoperto uelut sub iugo misit iuuenem. Id ho
die quoq; publice semper refectum manet: Sororium tigillum uocant.
Horatiae sepulchrum quo loco corruerat ita constructum est saxo quadra
to. Nec diu pax albana mansit. Inuidia uulgi quod tribus militibus for
tuna publica commissa fuerit uanum ingenium dictatoris corrupit.
Et qm̃ recta consilia haud bene euenerant: prauis reconciliare populari
um animos cepit. Igitur ut prius in bello pacem, sic in pace bellum que
rens: quia suae ciuitatis animorum plus q̃ uirium cernebat esse ad bellum
palam atq; ex edicto gerundum alios excitat populos. Suis per speciem
societatis proditionem reseruat. Fidenates colonia romana uehientibus
sociis consilii assumptis pacto transitionis albanorum ad bellum atq; ar
ma incitantur. Cum fidenae aperte desciissent: tullus metio exercituq; eius
ab alba accito contra hostem ducit. Vbi amenem transit: ad confluen
tes collocat castra. Inter eum locum & fidenas uehientum exercitus ty
berim transierat. Hi & in acie prope flumen temere dextrum cornu: in
sinistro fidenates propius montes consistunt. Tullus aduersus uehientem
hostem dirigit suos. Albanos contra fidenatum legionem collocat. Albano
non plus animi erat: q̃ fidei: nec manere ergo nec transire aperte ausus sen
sim ad montes succedit. Inde ubi satis subisse se ratus est: erigit totam aciẽ
fluctuansq; animo ut tereret tempus ordines explicat. Consilium erat qua
fortuna rem daret: eo inclinare uires. Miraculum primo esse romanis, q
proximi steterant ut nudari latera sua sociorum digressione senserunt.
Inde eques citato equo nuntiat regi abire albanos. Tullus in re trepida duo
decim uouet salios fanaq; pauori ac pallori: equitem clara increpans uoce:
ut hostes exaudiret: redire in prelium iubet: nihil trepidatione opus esse:
Suo iussu circũduci albanum exercitum: ut fidenatum nuda terga inuadat.
Inde imperat: ut hastas equites erigere iubeat: id factum magne parti pedi
tum romanorum conspectum albani exercitus abeuntis intersepsit. Qui ui
derant id quod a rege auditum erat rati: eo acrius pugnant. Terror ad
hostes transit: & audierunt clara uoce dictum: & magna pars fidenatum ut
qui coloni additi romanis essent latine sciebant. Itaq; ne subito ex collibus
decursu albanorum intercluderentur: ab opido terga uertunt. Instat tullus:
fusoq; fidenatium cornu: in uehientem alieno pauore perculsum ferocior
redit. Nec illi tulere impetum: sed ab effusa fuga flumen obiectum a tergo

27.

arcebat. Quo postq̃ fuga inclinauit: alii arma fede iactantes in aquã ceci
ruebant. Alii dum cunctantur in ripis: inter pugne fugæq; consilii op-
pressi. Non alia ante romana pugna atrocior fuit. Tum albanus exercitus 28.
spectator certaminis deductus in campos: Metius tullo deuictos hostes gra-
tulatur: Contra tullus metium benigne alloquitur: quod bene uertat.
Castra albanos romanis iungere iubet. Sacrificium lustrale in diem posterũ
parat. Vbi illuxit: paratis omnibus ut assolet uocari ad contionem utrũq;
exercitum iubet: praecones orsi ab extremo primos exciuere albanos: Hi
nouitate etiam rei moti ut romanum regem contionantem audirent pro-
ximi constitere. Ex composito armata circũdat romana legio. Centurio-
nibus datum negotium erat: ut sine mora imperia exequerentur. Tũ ita
tullus infit. Romani si unq̃ ante alias ullo in bello fuit: quo primum di- . Contio tulli .
is immortalibus gratias ageretis: deinde uestræ ipsorũ uirtuti: hesternum
id prelium fuit. Dimicatum est enim non magis cum hostibus: q̃que di-
micatio maior atq; periculosior est, cum proditione ac perfidia sociorum.
Nam ne uos falsa opinio teneat: iniussu meo albani subierant montes: nec im
perium illud meum: sed consilium & imperii simulatio fuit: ut nec uobis
ignorantibus deseri uos, auerteretur a certamine animus: & hostibus circũ
ueniri se a tergo ratis terror ac fuga iniceretur. Nec ea culpa quam arguo
omnium albanorum est: ducem secuti sunt: ut & uos siquo ego unde agmen
declinare uoluissem fecisstis. Metius ille est ductor itineris huius: metius idẽ
huius machinator belli: metius federis romani albaniq; ruptor. Audeat dem
de talia alius: nisi hunc insigne documentum mortalibus dedero. Centu
riones armati metium circũsistunt. Rex cetera ut orsus erat peragit.
Quod bonum faustum felixq; sit populo.r. ac mihi uobisq; albani: populũ
omnem albanum romam traducere in animo est: ciuitatem dare plebi:
primores in patres legere: unam urbem unam rem.p. facere: ut ex uno
quondam in duos populos diuisa albana res est: sic nunc in unũ redeat.
Ad hec albana pubes inermis a armatis septa in uariis uoluntatibus: com
muni tamen metu cogente silentium tenet. Tum tullus Meti suffeti in-
quit si ipse discere posses fidem ac federa seruare: uiuo tibi ea disciplina
a me adhibita esset. Nunc qm̃ tuum insanabile ingenium est: tu tuo sup
plicio doce humanum genus ea sancta credere: quæ a te uiolata sunt. Vt
igitur paulo ante animum inter fidenatem romanamq; rem anciptem
gessisti: ita iam corpus passim distrahendum dabis. Ex in duabus admotis
quadrigis in curru earum distentum illigat metium: Deinde in diuersũ
Discerpit metius albanorũ dux.

uter equi concitati lacerum in utroq; curru corpus qua inhserat uinculis
membra portantes. Auertere omnes a tanta feditate spectaculi oculos. Pri
mum ultimumq; supplicium apud romanos exempli parum memoris legū
humanarum fuit. In alios gloriari licet, nulli gentium mitiores placuisse pe
nas. Inter hæc iam præmissi albam erant equites qui multitudinem tradu
cerent romam: legiones deinde inductæ ad diruendam urbem. Quæ ubi in
trauere portas: non quidem fuit tumultus ille: nec pauor: qualis captarū
esse urbium solet: cum effractis portis stratisq; ariete muris: aut arce ui cap
ta clamor hostilis & cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaq;
miscet: sed silentium triste ac tacita mestitia ita defixit omnium animos:
ut præ metu obliti quid relinquerent: quid secum ferrent: deficiente consi
lio uocitantes alii alios: nunc in liminibus starent: nunc errabundi domos
suas ultimum illud uisuri peruagarentur. Vt uero iam equitum clamor
exire iubentium instabat: iam fragor tectorum quæ diruebantur ulti
mis illis partibus audiebatur: puluisq; ex distantibus locis ortus uelut nube
inducta omnia impleuerat: raptim quæ quisq; poterat elatis cum larē ac
penates tectaq; in quibus natus quisq; educatusq; esset relinquentes exirent.
Iam continens agmen migrantium impleuerat uias: & conspectus aliorum
mutua miseratione integrabat lachrymas: uocesq; etiam miserabiles exau
diebantur: mulierum precipue: cum obsessa ab armatis templa augusta pre
terirent: ac uelut captos relinquerent deos. Egressis urbem albanis romanus
passim publica priuataq; omnia tecta adequat solo: Vnaq; hora quadringento
rum annorum opus quibus alba steterat excidio ac ruinis dedit. Templis ta
men deum: ita enim a rege edictum fuit: temperatum est. Roma interim cre
scit albe ruinis: duplicatur ciuium numerus. Celius urbi mons additur. Et
quo frequentius habitaretur: eam sedem tullus regiam capit: ibiq; deinde ha
bitauit: principes albanorum in patres ut ea quoq; pars rei. p. crescere
Albani in patres eliguntur.
legit: Tullios. Seruilios. Quintios. Geganios. Curiatios. Delios. Templumq; ordini a se
auctio curiam fecit: quæ hostilia usq; ad patrum nostrorum ætatem appel
lata est. Et ut omnium ordinum uiribus aliquid ex nouo populo adiicere
tur: equitum decem turmas ex albanis legit: legiones ueteres eodem supple
mento expleuit: & nouas scripsit. Hac fiducia uirium tullus sabinis belli
indicit: genti ea tempestate secundum etruscos opulentissimæ uiris armisq;
Vtrinq; iniuriæ factæ ac res nequicq; repetitæ erant. Tullus ad feroniæ fanū
mercatu frequenti negotiatores romanos comprehensos querebatur: Sabi
ni suos prius in lucum confugisse ac romæ retentos. Hæ cause belli ferebā

tur: Sabini haud parum memores & suarum uirtum partem romae a tatio
locatam: & romanam rem nuper etiam adiectione populi albani aucta: cir
cuspicere & ipsi externa auxilia. Etruria erat uicina: proximi etruscorum
uehientes. Inde ob residuas bellorum iras maxime solicitatis ad defectionem
animis uoluntarios traxere. Et apud uagos quosdam ex inopi plebe etiam
merces ualuit. Publico auxilio nullo adiuti sunt: Valuitq; apud uehientes na
de ceteris minus mirum est: pacta cum romulo induciarum fides. Cum bellum
utriq; summa ope pararent: uertiq; in eo res uideretur: utri prius arma fer
rent: occupat tullus in agrum sabinum transire. Pugna atrox ad siluam
malitiosam fuit: ubi & peditum quidem robore: ceterum equitatu aucto
nuper plurimum romana acies ualuit. Ab equitibus repente uiectis turba
ti ordines sunt sabinorum. Nec pugna deinde illis constare: nec fuga expli
cari sine magna caede potuit. Deuictis sabinis cum in magna gloria magnisq;
opibus regnum tulli ac tota res romana esset: nuntiatum regi patribusq; est:
in monte albano lapidibus pluisse. Quod cum credi uix posset: missis ad id ui
sendum prodigium in conspectu haud aliter q̃ cum grandinem uenti glo
meratam in terras agunt: crebri cecidere celo lapides. Visi etiam audire uo
cem ingentem ex summi cacuminis loco: ut patrio ritu sacra albani facerent:
quae uelut diis quoq; simul cum patria relictis oblitioni dederant: & aut
romana sacra susceperant: aut fortunae ut fit obirati cultum reliquerant
deum. Romanis quoq; ab eodem prodigio nouendiale sacrum publice su
sceptum est: Seu uoce celesti ex albano monte missa: nam id quoq; tradit:
seu aruspicum monitu. Mansit certe solemne: ut quandocunq; id prodigium
nuntiaretur ferie per nouem dies agerentur. Haud ita multo post pestile
tia laboratum est. Vnde cum pigritia militandi oriretur: nulla tamen ab
armis quies dabatur a bellicoso rege: Salubriora etiam credente militare: q̃
domi iuuenum corpora esse: donec ipse quoq; longinquo morbo est impli
catus. Tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces: ut qui
nihil ante ratus esset minus regium: q̃ sacris dedere animum: repente om
nibus magnis paruisq; superstitionibus obnoxius degeret: religionibusq; et
populum impleret. Vulgo iam homines eum statum rerum: qui sub numa
rege fuerat requirentes: unam opem egris corporibus relictam: si pax ue
niaq; a diis impetrata esset credebat. Ipsum regem tradunt uoluentem co
mentarios numae: cum ibi quaedam occulta solemnia sacrificia ioui elicio
facta inuenisset: operatum his sacris se abdidisse: sed non rite initum aut
curatum id sacrum esse. Nec solum nullam ei oblatam celestium speciem:

31.

. Prodigium .

sed ira etiam iouis solicitati praua religione fulmine ictum cum domo
conflagrasse. Tullus magna gloria belli regnauit annos duos & triginta.

32. Mortuo tullo res ut instituitum iam inde ab initio erat ad patres redierat:
. Ancus martius. hicq inter regem nominauerant: quo comitia habente ancum martium
regem populus creauit. Numæ pompilii regis nepos filia ortus ancus
martius erat. Qui ut regnare cepit & aui tę gloriæ memor: & quod pro
ximum regnum cætera egregium abuna parte haud satis prosperum
fuerat: aut neglectis religionibus aut praue cultis longeq antiquissimi
ratus sacra publica ut a numa instituta erant facere: omnia ea ex come
tariis regis pontificum in altum elata proponere in publico iubet. Inde
& ciuibus ocii cupidis & finitimis ciuitatibus facta spes in aui mores atq
instituta regem abiturum. Igitur latini cum quibus tullo regnante ictu
fedus erat substulerant animos: & cum incursionem in agrum romanum
fecissent: repetentibus res romanis superbe responsum reddunt: desidē
romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Medium
erat in anco ingenium & numæ & romuli memor: & præter q̃ quod aui
regno magis necessariam fuisse pacem credebat: cum in nouo tum fero
ci populo etiam quod illi contigisset ocium sine iniuria id se haud fa
. ratus cile habiturum: tentari patientiam & tentata contemni: temporaq esse
tullo regi aptiora: q̃ numæ: Vt tamen qm̃ numa in pace religiones insti
tuisset: a se bellicæ cerimoniæ proderentur: nec gererentur solum: sed
etiam indicerentur bella aliquo ritu: ius ab antiqua gente equiculis. q̃d
. Ritus indicendi belli. nunc feciales habent descripsit quo res repetuntur. Legatus ubi ad fi
nes eorum uenit unde res repetuntur: capite uelato filo lanę uelamen
est: Audi iupiter inquit: Audite fines cuiuscunq gentis sunt nōmina:
Audiat fas: Ego sum publicus nuntius populi .r. iuste pieq legatus uenio:
uerbisq meis fides fit. Peragit deinde postulata: inde iouem testē facit.
Si ego iniuste impieq illos homines illas res dedier mihi exposco: tu pa
triæ compotem me nunq̃ sinas esse. Hæc cum finit supra scandit: hęc q
cunq ei primus uir obuius fuerit: hęc portam ingrediens: hęc forū in
gressus paucis uerbis carminis concipiendiq iurisiurandi mutatis pagit.
Si non dediuntur quos exposcit: diebus tribus & triginta: tot enim solem
nes sunt peractis ita bellum indicit. Audi iupiter & tu iuno quirine diiq
omnes celestes uosq terrestres omnes uosq inferni audite. Ego uos testor
populum illum quicunq est nominat: iniustum esse neq ius persoluere.
Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus: quo pacto ius nrm

adipiscamur. Cum is nuntius romam ad consulendum redit: confestim rex ex his ferme uerbis patres consulebat: quarum rerum litium causarum conduxit pater patratus populi .r. quiritium: patri patrato priscorum latinorum hominibusq. priscis uel latinis: quas res dari fieri solui oportuit. Dic inquit ei quem primum sententiam rogabat: quid censes? Tum ille: puro pioq. duello querendas censeo. Itaq. consentio consciscoq. Inde ordine alii rogabant. Quandoq. pars maior eorum qui aderant in eandem sententiam ibat: bellum erat consensu fieri solitum. Vt fecialis hastam ferratam aut sanguineam preustam ad fines eorum ferret: & non minus tribus puberibus presentibus diceret: quod populus priscorum latinorum homines prisci latini aduersus populum .r. quiritium fecerunt: deliquerunt: ob quod populus .r. quiritium bellum cum priscis latinis iussit esse. Senatusue populi .r. quiritium censuit: consciuit: ut bellum cum priscis latinis fieret. Ob eam rem ego populusq. .r. populis priscorum latinorum hominibusq. priscis latinis bellum indico facioq. Id ubi dixisset: hastam in fines eorum emittebat.

∴ hoc modo

Hoc tum modo a latinis repetite res ac bellum indictum: moremq. eum posteri acceperunt. Ancus demandata cura sacrorum flaminibus sacerdotibusq. aliis exercitu nouo conscripto profectus politorium urbem latinorum uicepit. Secutusq. morem priorum qui rem romanam auxerant hostibus in ciuitatem accipiendis multitudinem omnem romam traduxit. Et cum circa palatium sedem ueterem sabini capitolium atq. arcem celium montem albani implessent: auentinum nouae multitudini datum. Additi eodem haud ita multo post tellenis ficanaq. captis noui ciues. Politorium inde rursus bello repetitum: quod uacuum occupauerunt prisci latini: eaq. causa diruendae urbis eius fuit romanis: ne hostium semper receptaculum esset. Postremo omni bello latino medulliam compulso aliquamdiu ibi marte incerto uaria uictoria pugnatum est. Nam & urbs tuta munitionibus praesidioq. firmata ualido erat & castris in aperto positis aliquotiens latinus exercitus cominus cum romanis signa contulerat. Ad ultimum omnibus copiis conisus ancus acie primum uincit: inde ingenti preda potitus roma redit.

33.

∴ regum

Tum quoq. multis milibus latinorum in ciuitatem acceptis quibus ut iungeretur palatio auentinum ad mercie date sedes: Janiculum quoq. adiectum: non inopia loci: se nequando ea arx hostium esset. Id non muro solum: sed etiam ob commoditatem uiueris ponte sublicio tum primum in tyberim facto coniungi urbi placuit. Quiritium quoq. fossa haud parui munimentum a planioribus aditu locis: anci regis opus est. Ingeti incremento

rebus auctis cum in tanta multitudine hominum discrimine recte an per
peram facta confuso facinora clandestina fierent: carcer ad terrorem increse
tis audaciae media urbe imminens foro aedificatur. Nec urbs tantum hoc rege
creuit: sed etiam ager finesq. silua mesia uicientibus adempta usq. ad mare
imperium prolatum: & in ore tyberis ostia urbi condita: Salinae circa facta.
Egregieq. rebus bello gestis aedes iouis feretrii amplificata. Anco regnante lucu
mo uir impiger ac diuitiis potens romam commigrauit cupidine ac spe ma
gni honoris: cuius adipiscendi tarquinius nam ibi quoq. peregrina stirpe oriun
dus erat facultas non fuerat. Demarathi corinthii filius erat qui obseditio
nes domo profugus cum tarquinius forte consedit: uxore ibi ducta duos filios
genuit. Nomina his lucumo, superfuit patri bonorum omnium heres. Arruns
prior q̃ pater moritur uxore grauida relicta. Nec diu manet superstes filio pa
ter: qui cum ignorans nurum uentrem ferre immemor in testando nepotis
decessisset: puero post aui mortem in nullam sortem bonorum nato: ab inopia
egerio inditum nomen. Lucumoni contra omnium heredi bonorum cum di
uitiae animos facerent auxit ducta in matrimonium tanaquil summo loco
nata & quae haud facile his in quibus nata erat humiliora sineret. Haec cum is
li nupsisset spernentibus etruscis lucumonem exulem aduena ortum ferre in
dignitatem non potuit: oblitaq. ingenite erga patriam caritatis: dummodo
uirum honoratum uideret: consilium migrandi a tarquiniis cepit. Roma ē
ad id potissimum uisa: in nouo populo ubi omnis repentina atq. ex uirtute
nobilitas sit: futurum locum forti ac strenuo uiro. Regnasse tatium sabinū:
accersitum in regnum numam a curibus: & ancum sabina matre ortum no
bilemq. una imagine numae esse. Facile persuadet: & cupido honorum & cui
tarquinium materna tantum patria esset. Sublatis utq. rebus emigrat roma.
Ad ianiculum forte uentum erat. Ibi ei carpento sedenti cum uxore aquila
suspensis demissa leniter alis pilleum aufert: supraq. carpentum cum magno
clangore uolitas rursus uelut ministerio diuinitus missa capiti apte reponit.
inde sublimis abit. Accepisse id augurium leta dicitur tanaquil perita ut
uulgo etrusci celestium prodigiorum mulier: E excelsa & alta sperare com
plexa uirum iubet: eam alitem ea regione celi & eius dei nuntiam uenisse: cir
ca summum culmen hominis auspicium fecisse: leuasse humano suppositū
capiti decus: ut diuinitus eidem redderet. Has spes cogitationesq. secum por
tantes urbem ingressi sunt: domicilioq. ibi comparato lucumonem tarquinii
priscum edidere. Iam romanis conspicuum eum nouitas diuitiaeq. faciebant:
& ipse fortunam benigno alloquio comitate: inuitando beneficiis quos poterat

. ostia .

34.

:: atq. Aruns fuerūt. Lucumo

sibi conciliando adiuuabat: donec in regiam quoq; de eo fama perlata est: no
tiaq; eum breui apud regem liberaliter dextereq; obeundo officia in familia
ris amicitiæ adduxerat iura. ut publicis pariter ac priuatis consiliis bello do
miq; interesset. Et per omnia expertus postremo tutor etiam liberis regis te
stamento instituereturr. Regnauit ancus annos nouem & uiginti cuilibet su
periorum regum belli pacisq; artibus & gloria par. Iam filii prope pube
rem ætatem erant: eo magis tarquinius instare: ut q̃ primum comitia re
gi creando fierent: quibus indictis sub tempus pueros uenatum ablegauit.
Isq; primus & petisse ambitiose regnum & orationem dicitur habuisse ad con
ciliandos plebis animos compositam: cum se non rem nouam petere: quippe
qui non primus: quod quisq̃ indignum murariue posset: sed tertius rome
peregrinus regnum affectet. Et tatium non ex peregrino solum: sed etiam
ex hoste regem factum. Et numam ignarum urbis non petentem in regnũ
ultro accitum. Se ex quo sui potens fuerit romam cum coniuge ac fortu
nis omnibus commigrasse. Maiorem partem ætatis eius qua ciuilibus offi
ciis fungantur homines rome se: q̃ in uetere patria uixisse: domi militiæq;
sub haud penitendo magistro ipso anco rege romana se iura romanos ritus
didicisse. Obsequio & obseruantia in regem cum omnibus. benignitate erga
alios cum rege ipso certasse. Hæc cum haud falsa memorantem ingenti co
sensu populus. r. regnare iussit. Ergo uirum cetera egregium secuta qua
in petendo habuerat & regnantem ambitio est. Nec minus regni sui firma
di: q̃ augendæ rei. p. memor. centum patres legit: qui deinde minorũ gen
tium sunt appellati: factio haud dubia regis: cuius beneficio in curiam uene
rant. Bellum primum cum latinis gessit: & opidum ibi appiolas ui cepit: p
daq; inde maiore: q̃ q̃ta belli fama fuerat reuecta. ludos opulentius instru
ctiusq; q̃ priores reges fecit. Tunc primum circo qui maximus dicitur desi
gnatus est locus: Loca diuisa patribus equitibusq; ubi spectacula sibi quiq; fa
cerent fori appellati. Spectauere furcis duodenos a terra spectacula alta su
stinentibus pedes. Ludicrum fuit equi pugilesq; ex etruria maxime accitti.
Solemnes deinde annui mansere ludi: romani magniq; uarie appellati. Ab eo
dem rege & circa forum priuatis ædificanda diuisa sunt loca: porticus taber
naeq; factæ. Muro quoq; lapideo circũdare urbem parabat: cum sabinum
bellum cœptis interuenit: Adeoq; ea subita res fuit: ut prius anienem tra
sirent hostes: q̃ obuiam ire ac prohibere exercitus romanus posset. Itaq; tre
pidatum rome est. Et primo dubia victoria magna utrinq; cede pugna
tum est. Reductis deinde in castra hostium copiis: datoq; spatio romanis ad

:: at quattuor 35.

.Tarquinius priscus.

36.

comparandum deintegro bellum tarquinius equitem maxime suis de
esse uiribus ratus: ad ramnenses: ticienses: luceres: quas centurias romu
lus scripserat: addere alias constituit: suoq insignes relinquere nomine.
Id quia inaugurato romulus fecerat: negare accius nauius inclytus ea te
pestate augur: neq mutari, neq nouum constitui: nisi aues adduxisset
posse. Ex eo ira regi mota: eludensq artem ut ferunt: Age dum inquit
diuina tu augur: fieri ne possit quod nunc mente concipio: Cum ille
in augurio rem expertus profecto futuram dixisset: Atq hoc animo agi
taui inquit te nouacula cotem discissurum: Cape hoc & perage: quod
aues tuae fieri posse portendunt. Tum illum haud cunctanter discidisse
cotem ferunt. Statua accii capite uelato quo in loco res acta est in comi
tio in gradibus ipsis ad leuam curiae fuit: Cotem quoq eodem loco sita
fuisse memorant: ut esset ad posteros miraculi eius monumentum. Au
guriis certe sacerdotioq augurum tantus honor accessit: ut nihil belli
domiq postea nisi auspicato gereretur. Concilia populi exercitus uo
cati: summa rerum ubi aues non admisissent dirimerentur. Neq tu
tarquinius de equitum centuriis quicq mutauit: numero tantu adie
cit: ut mille & dccc equites in tribus centuriis essent. Posteriores mo
do sub iisdem nominibus qui additi erant appellati sunt: qui nuncq
geminati sunt sex uocant centurias. Hac parte copiarum aucta iterū
cum sabinis confligitur. Sed preter q quod uiribus creuerat romanus
exercitus: ex occulto etiam additur dolus: Missis qui magnam uim
lignorum in anienis ripa iacentem ardentem in flumen conicerent:
uentoq uiuante accensa ligna & pleraq in ratibus impacta sublicis cū
hererent pontem incendunt. Ea quoq res in pugna terrorem attulit
sabinis: Effusis eadem fuga impellit: multiq mortales cum hostem effu
gissent in flumine ipso periere: quorum fluitantia arma ad urbē co
gnita in tyberim prius pene q nuntiari posset insignem uictoria fe
cere. Eo prelio precipua equitum gloria fuit. Utrinq a cornibus positos
cum iam pelleretur media peditum suorum acies ita incurrisse a lateri
bus ferunt: ut non sisterent modo sabinas legiones ferociter instantes
cedentibus: sed subito in fugam auerterent. Montes effuso cursu sabini
petebant: & pauci tenuere: maxima pars ut ante dictum est abequi
tibus in flumen acti sunt. Tarquinius instandum perterritis ratus prae
da captiuisq romam missis spoliis hostium: id uotum uulcano erat in
genti cumulo accensis pergit porro in agrum sabinum exercitū ducere.

: at nerius

37.

Et quanq̃ male gesta res erat: nec gesturos melius sperare poterant: tam
quia consulendi res non dabat spatium: iere obuiam sabini tumultua-
rio milite: Iterumq; ibi fusi perditis iam prope rebus pacem petiere:
Collatia & quicquid circa collatiam agri erat sabinis ademptum. Egerius
fratris hic filius regis erat: collatie inde presidio relictus: deditosq; collati-
nos ita accipio: eamq; dedictionis formulam esse. Estis ne uos legati oratoresq; 38. Forma dedictionis.
missi a populo collatino: ut uos populumq; collatinum dedatis? Sumus.
Est ne populus collatinus in sua potestate? Est. Deditis ne uos populumq;
collatinum? urbem: agros: aquam: terminos: delubra: utensilia: diuina hu-
manaq; omnia in meam populiq; r: ditionem? Dedimus. Et ego recipio.
Bello sabino perfecto tarquinius triumphans romam redit. Inde priscis
latinis bellum fecit. Ibi nusq̃ ad uniuersae rei dimicationem uentum ē.
Ad singula opida circũferendo arma omne nomen latinum domuit. Cor-
niculum: ficulnea uetus: camera: crustumerium: ameriola: medullia: no-
mentum. Hæc de priscis latinis aut qui ad latinos defecerant capta opi-
da. Pax deinde est facta. Maiore inde animo pacis opera inchoata: q̃
q̃ta mole gesserat bella: ut non quietior populus domi esset: q̃ militie
fuisset. Nam & muro lapideo cuius exordium operis sabino bello tur-
batum erat: Vrbem quam non dum munierat cingere parat. Et infima
urbis loca circa forum aliasq; interiectas collibus ualles: quia explanis lo-
cis haud facile euehebat aquas cloacis e fastigio in tyberim ductis siccat.
Et aream ad ædem in capitolio iouis quam uouerat bello sabino iam pre-
sagiente animo futuram olim amplitudinem loci occupat fundamentis.
Eo tempore in regia prodigium uisu euentuq; mirabile fuit. Puero dormiẽ-
ti cui seruio tullo nomen fuit caput arsisse ferunt: multorum in conspe-
ctu: Plurimo clamore inde ad tante rei miraculum orto excitum regẽ: 39.
& cum quidam familiarium aquam ad restinguendum ferret: a regina re-
tentum: sedatoq; iam tumultu mouen uetuisse puerum: donec sua spõte
expergefactus esset: mox cum somno & flammam abisse. Tum abducto in
secretum uiro tanaquil: Videsne tu puerum hunc inquit quem tam hu-
mili cultu educamus: scire licet hunc lumen quondam rebus nostris du-
bis futurum. præsidiumq; regiæ afflictæ. Proinde materiam ingentis pu-
blice priuatisq; decoris omni indulgentia nostra nutriamus. Inde pue-
rum liberum loco ceptum haberi eruditiq; artibus quibus ingenia ad
magnæ fortunæ cultum excitantur. Euenit facile quod dis cordi esset.
Iuuenis euasit uere indolis regiæ. Nec cum quereretur gener tarquinio

quisq̃ romanæ iuuentutis ulla arte conferri potuit: filiamq; ei suam rex
despondit. Hic quacunq; de causa tantus illi bonos habitus credere prohibet
serua cũ natum paruumq; eum seruisse. Eorum magis sententiæ sum qui cornicu
lo capto seruii tulli qui princeps in illa urbe fuerat grauidam uiro occiso uxo
rem cum inter reliquas captiuas cognita esset ob unicam nobilitatem a regina
romana prohibitam ferunt seruitio: partum romæ edidisse prisci tarquinii
domo. Inde tanto beneficio & inter mulieres familiaritate aucta & puerum
in domo a paruo educatum in caritate atq; honore fuisse. Fortunam matris,
quod capta patria in hostium manus uenerit: ut serua natus crederetur fe
cisse. Duo de quadragesimo fere anno ex quo regnare ceperat tarquinius:
non apud regem modo sed apud patres plebemq; longe maximo honore ser
uius tullius erat. Tum anci filii duo & si antea semper pro indignissimo habue
rant se patrio regno tutoris fraude pulsos regnare rome aduenam non mo
do uicinæ sed ne italicæ quidem stirpis: tum impensius his indignitas cresce
re: si ne a tarquinio quidem ad se reduret regnum: Sed precepsi inde porro
ad seruitia caderet. Vt in eadem ciuitate post centesimum fere annum q̃ ro
mulus deo prognatus deus ipse tenuerit regnum donec in terris fuerit: id ser
uius serua natus possideat: cum commune romani nominis: tum precipue id
domus suæ dedecus fore: si anci regis uirili stirpe salua non modo aduenis sed
seruis etiam regnum rome pateret. Ferro igitur eam arcere contumeliã sta
tuunt. Sed & iniuriæ dolor in tarquinium ipsum magis q̃ in seruium eos stimu
labat. Et quia grauior ulctor cedis si superesset rex futurus erat: q̃ priuatus:
tum seruio occiso quencunq; alium generum delegisset: eundem regni here
dem facturus uidebatur. Ob hoc ipsi regi insidiæ parantur. Ex pastoribus duo
ferocissimi delecti ad facinus: qui consueti erant uterq; agrestibus ferrameis,
in uestibulo regiæ q̃ potuerunt tumultuosissime specie rixæ in se omnes ap
paritores regios conuertunt. Inde cum ambo regem appellarent: clamorq;
eorum penitus in regiam peruenisset uocati ad regem pergunt: primo uterq;
uociferari & certatim alter alteri obstrepere. Cohercti a lictore & iussi inui
cem dicere: tandem obloqui desistunt. Vnum rem ex composito orditur:
dum intentus in eum se rex totus aduerteret: alter elatam secuim in caput
deiecit: relictoq; in uulnere telo ambo se foras eiiciunt. Tarquinium moribũ
dum cum qui circa erant excepissent: illos fugientes lictores comprehen
dunt. Clamor inde concursusq; populi mirantium quid rei esset. Tanaquil
inter tumultum claudi regiam iubet: arbitros eiicit: simul que curando
uulneri opus sunt: tanq̃ spes subesset sedulo comparat. Simul si destituat spes

40.

41.

alia presidia molitur. Seruio propere accito cum pene exanguem uirum
ostendisset dexteram tenens orat ne inuletam morte soceri: ne socerum in
micis ludibrio esse sinat. Tuum est inquit serui si uir es regnum: non coni
qui alienis manibus pessimum facinus fecere. Erige te deosq duces sequere
qui clarum hoc fore caput diuino quondam circumfuso igni portenderunt.
Nunc te illa celestis excitet flamma: nunc expergiscere uere: & nos peregrini
regnauimus. Quid sis: non unde natus sis reputa. Si tua re subita consilia tor
pent: at tu mea consilia sequere. Cum clamor impetusq multitudinis uix su
stineri posset: ex superiore parte edium per fenestras in nouam uiam uersus
habitabat enim rex ad iouis statoris edem. populum tanaquil alloquitur:
iubet bono animo esse: sopitum fuisse regem subito ictu: ferrum haud alte
in corpus descendisse: iam ad se redisse: inspectum uulnus absterso cruore
omnia salubria esse: confidere propediem ipsum eos uisuros. Seruio tullo
iubere populum dicto audientem esse. Eum iura reddituram obiturumq
alia regis munia esse. Seruius cum trabea & lictoribus prodit ac sede re
gia sedens alia decernit: de aliis consulturum se esse simulat. Itaq per ali
quot dies cum iam expirasset tarquinius celata morte per speciem alie
ne fungende uicis suas opes firmauit. Tum demum palam facto & com
ploratione in regia orta Seruius presidio firmo munitus primus inius
su populi uoluntate patrum regnauit. Anci liberi iam tum cum com
prehensis sceleris ministris uiuere regem & tantas esse opes seruii nuntia
tum est. sessam pomeriam exulatum ierant: nec iam publicis magis con
siliis seruius q priuatis munire opes. & ne qualis anci liberum animus ad
uersus tarquinium fuerat. talis aduersus se tarquinii liberum esset: duas
filias iuuenibus regis lucio atq arruntii tarquinii iungit. Nec rupit tam
fati necessitatem humanis consiliis: quin inuidia regni etiam inter dome
sticos infida omnia atq infesta faceret. Peroportune ad presentis quiete
status bellum cum uebientibus. iam enim induciae exierant alisq etru
scis sumptum. In eo bello & uirtus & fortuna enituit tulli: fusoq ingenti
hostium exercitu: haud dubius rex seu patrum seu plebis animus perici
taretur: romam redit: aggrediturq inde pacis longe maximum opus:
ut quemadmodum numa diuini auctor iuris fuisset: ita seruium con
ditorem omnis in ciuitate discriminis ordinumq: quibus inter gradus
dignitatis fortuneq aliquid interlucet posteri fama ferrent. Censum
enim instituit rem saluberrimam tanto futuro imperio: Ex quo belli
pacisq munia non uiritim ut ante: sed pro habitu pecuniarum fierent.

∴ Interim

Seruius tullus.

42.

43.

Tum classes centuriasq. & hunc ordinem ex censu descripsit, uel paci decorum uel bello. Ex his qui centum milium aeris aut maiorem censu haberent octoginta confecit centurias: quadragenas seniorum ac iuniorum. Prima classis omnes appellati: Seniores ad urbis custodiam ut presto essent: iuuenes ut foris bella gererent. Arma his imperata: galea: clipeus: ocreae: lorica: omnia ex aere: haec ut tegumenta corporis essent: Telaq. in hostem hasta & gladius. Addite huic classi duae fabrum centuriae quae sine armis stipendia facerent: datum munus ut machinas in bello ferrent. Secunda classis intra centum usq. ad quinq. & septuaginta milium censuum instituta. Ex his senioribus iuniorib usq. uiginti conscriptae centuriae: Arma imperata: scutum pro clipeo: & preter loricam omnia eadem. Tertiae classis in quinquaginta miliu censu esse uoluit. Totidem centuriae: & hae eodem quoq. discrimine aetatu facte: nec de armis quicq mutatum: ocreae tantum adempte: Quarte classis census quinq. & uiginti milium: totidem centuriae facte: arma mutata: nihil preter hastam & uerutum datum. Quinta classis aucta. Centuriae triginta facte: fundas lapidesq. missiles hi secum gerebat. In his accessi tubicines cornicinesq. in tres centurias distributi: Vndecim milibus haec classis censebatur. Hic minor census reliquam multitudinem habuit. Inde una centuria facta est immunis militia. Ita pedestri exercitu ornato distributoq.: equitum ex primoribus ciuitatis duodecim scripsit centurias. Sex item alias centurias tribus a romanis institutis sub hisdem quibus inaugurate erant nominibus fecit. Ad equos emendos dena milia aeris ex publico data: & quibus equos aleret uiduae attributae quae bina milia aeris in annos singulos penderet. Haec omnia in diuites a pauperibus inclinata onera: Deinde est bonos additus. Non enim ut a romulo traditum ceteri seruauerunt reges. uiritim suffragium eadem ui eodemq. iure promiscue omnibus datu est: sed gradus facti: ut neq. exclusus quisq suffragio uideretur: Et uis omnis penes primores ciuitatis esset. Equites enim uocabantur primi octoginta inde primae classis centuriae primum peditum uocabantur. Ibi si uariaret quod raro incidebat: ut secundae classes uocarentur: nec fere unq ita descenderent: ut ad infimos peruenirent. Nec mirari oportet: hunc ordinem qui nunc est post expletas quinq. & triginta tribus duplicato eorum numero centuriis iuniorum seniorumq. ad institutam a seruio tullo summam non conuenire. Quadrifariam enim urbe

ad suffragia

diuisa regionibus collibusq. qui habitabantur: partes eas tribus appella
uit: ut ego arbitror a tributo. Nam eius quoq. equaliter ex censu conferendi
ab eodem inita ratio est. Neq. hæ tribus ad centuriarum distributionem
numerumq. quicq̃ pertinuere. Censu perfecto quem maturauerat metu legis deinceps late cum uinculorum minis mortisq. edixit ut 44.
omnes ciues romani equites peditesq. in suis quiq. centuriis in campo martio prima luce adessent. Ibi instructum exercitum omnem sue oue taurisq.
tribus lustrauit. Idq. conditum lustrum appellatum quia in censendo finis factus est. Milia octogunta eo lustro ciuium censa dicuntur. Adicit
scriptorum antiquissimus fabius pictor eorum qui arma ferre possent eti
numerum fuisse. Ad eam multitudinem urbi quoq. amplificanda uisa
est. Addit duos colles quirinalem uiminalemq. Idem deinceps auget ex
quiliis. Ibiq. ipse ut loco dignitas fieret habitat. Aggere & fossis & muro
circũdat urbem. Pomerium profert: pomerium uim solam intuentes ∴ uerbi
post merium interpretantur esse. Est aut magis circa murum locus quē
in condendis urbibus quondam etrusci qua murum ducturi erant certis
circa terminis inaugurato conserebant: ut neq. interiore parte edificia
menibus continuarentur: que nunc uulgo etiam coniungunt: & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatium quod neq.
habitari neq. arari fas erat: non magis quod post murum esset: q̃ quod
murus post id pomerium romani appellarunt. Et in urbis incremento
semper quantũ menia processura erant: tantum termini hi consecrati proferebantur. Aucta ciuitate magnitudine urbis formatis omnibus domi 45.
& ad belli & ad pacis usus ne semper armis opes acquirerentur: consilio augere imperium conatus est: simul & aliquod addere urbi decus. Iam tum
erat inclytum diane ephesiæ fanum. Id communiter a ciuitatibus asiæ factum fama ferebat: cum consensum deosq. consociatos laudaret mire seruius inter proceres latinorum cum quibus publice priuatimq. amicitias
hospitiaq. de industria coniunxerat: sepe iterando eadem perpulit tandē:
ut romæ fanum dianæ populi latini cum populo .r. facerent. Ea erat cōfessio caput rerum esse: de quo totiens armis certatum fuerat. Id quanq̃
omissum iam ex omnium cura latinorum ob rem totiens infeliciter tentatam armis uidebatur. Vni se ex sabinis fors dare uisa est: priuato cōsilio
imperii recuperandi. Bos in sabinis nata cuidam patrifamilias dicitur miranda magnitudine ac specie: fixa per multas etates cornua in uestibulo
templi dianæ monumentum ei fuere miraculo: habita ut erat res prodigii

loco est. Et cecinere uates cuius ciuitatis eam ciues dianæ immolassent ibi fo
re imperium. Idq; carmen peruenerat ad antistitem fani dianæ. Sabinus ut
primum apta dies sacrificio uisa est: bouem romam actã deducit ad fanum
dianæ, & ante aram statuit. Ibi antistes romanus cum magnitudo uictimæ ce
lebrata fama mouisset: memor responsi sabinum ita alloquitur. Quidnam tu
hospes paras inquit inceste sacrificium dianæ facere? Quin tu ante uiuo per
funderis flumine: infima ualle præterfluit tyberis. Religione tactus hospes,
qui omnia ut prodigio responderet euentus cuperet rite facta. extemplo de
scendit ad tyberim: Interea romanus immolat dianæ bouem. Id mire gratũ
regi atq; ciuitati fuit. Seruius quanq; iam usu haud dubie regnum possede
rat: tamen quia interdum iactari uoces a iuuene tarquinio audiebat se inius
su populi regnare: conciliata priius uoluntate plebis agro capto ex hostibus
uiritim diuiso ausus est ferre ad populum: uellent iuberent ne se regnare?
Tantoq; consensu q̃to haud quisq; alius ante rex est declaratus. Neq; ea res tar
quinio spem affectandi regni imminuit: immo eo impensius quia de agro
plebis aduersa patrum uoluntate senserat agi: criminandi seruii apud pres
crescendiq; in curia sibi occasionem datam ratus est. Et ipse iuuenis ardentis
animi & domi uxore tullia inquietum animum stimulante. Tulit enim & erat
romana regia sceleris tragici exemplum: ut tedio regum maturior ueniret
libertas: ultimumq; regnum esset quod scelere partum foret. Hic L. tarqui Tarquius superbus.
nius prisci tarquinii regis filius nepos ne fuerit parum liquet: pluribus tam
auctoribus filium ediderim: fratrem habuerat arruntem tarquinium mi
tis ingenii iuuenem. His duobus ut ante dictum est duæ tullii regis filiæ
nupserant: & ipse longe dispares moribus. Forte ita inciderat: ne duo uio
lenta ingenia matrimonio iungerentur? Fortuna populi r. credo: quo diu
turniius seruii regnum esset constituiq; ciuitatis mores possent. Angebatur neque
ferox tullia: nihil materiæ in uiro ad cupiditatem neq; ad audaciã esse: to
ta in alterum auersa tarquinium: eum mirari, eum uirum dicere ac regio ortum
sanguine. Spernere sororem: quod uirum nacta muliebri cessaret audacia.
Contrahit celeriter similitudo eos, ut fere fit malum malo aptissimum. Sed
initium turbandi omnia a feminis ortum est: Ea secretis uiri alieni assue
facta sermonibus: nullis uerborum contumeliis parcere: de uiro ad fratrẽ:
de sorore ad uirum. Et se rectius uiduam & illum cœlibem futurum fuisse
contendere: q̃ cum impare iungi: ut elanguendum aliena ignauia esset:
si sibi eum quo digna esset dii dedissent uirum: domi se prope diem uisurã
regnum fuisse: quod apud patrem uideat. Celeriter adolescentẽ suæ teme

46.

ritatis implet. Arruns tarquinius & tullia minor prope continuatis funeribus cum domos uacuas fecissent: nouo matrimonio uiunguntur nuptiis: magis non probibente seruio: q̃ approbante. Tum uero in dies infestior tulli senectus: infestiis cepit regnum esse. Iam enim a scelere ad aliud scelus mulier spectare: nec nocte nec interdiu uirum conquiescere pati: ne grauata preterita parricidia essent. Non sibi defuisse cui nupta diceretur: nec cum quo tacita seruiret: defuisse qui se regno dignum putaret: qui meminisset se esse prisci tarquinii filium: qui habere: q̃ sperare regnum mallet: Si tu is es cui nuptam esse me arbitror: & uirum & regem appello. Sin minus: eo nunc peius mutata res est: quod istic cum ignauia est scelus. Quin accingeris: non tibi a corintho nec a tarquiniis ut patri tuo peregrina regna moliri necesse est: Dii te penates patriiq; & patris imago & domus regia & in domo regale solium & nomen tarquinium creat uocatq; regem. At si ad hec parum est animi: quid frustraris ciuitatem: quid te ut regē cōspici sinis: Facesse hinc tarquinios aut corinthum: deuoluere retro ad stirpem fratri similior: q̃ patri. His atq; aliis increpando iuuenem instigat: nō conquiescere ipsa potest: si cum tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuisset animo: ut duo continua regna uiro ac deinceps genero dedisset: ipsa regio semine orta nullum momentum in dando adimendoue regno faceret. His muliebribus instructus furiis tarquinius circuire & prensare minores maxime: patres admonere paterni beneficii ac pro eo gratiam repetere: allicere donis iuuenes: cum de se omnia pollicendo: tum regis ministris omnibus locis crescere. Postremo ut iam agende rei tempus uisum est: stipatus agmine armatorum in forum irrumpit. Inde omnibus perculsis pauore in regia sede pro curia sedens patres in curiam per preconem ad regem tarquinium citari iussit. Conuenere extemplo alii iam ante ad hoc parati: alii metu ne non uenisse fraudi esset: nouitate ac miraculo attoniti & iam de seruio actum rati. Ibi tarquinius maledicta a stirpe ultima orsus seruium seruiq; natum post mortem indignam parentis sui non interregno ut antea inito: non comitiis habitis: non per suffragium populi: nō auctoribus patribus muliebri dono regnum occupasse: Ita natum: ita creatum regem fautorem infimi generis hominum ex quo ipse sit: odio alienae honestatis ereptum primoribus agrum sordidissimo cuiq; diuisisse: Oia onera que communia quondam fuerant inclinasse in primores ciuitatis: instituisse censum: ut insignis ad inuidiam locupletiorum fortuna esset. & parata ubi uellet egentissimis largiretur: Huic orationi cum seruius

47.

48.

interuenisset trepido nuntio excitatus: extemplo a uestibulo curie ma-
gna uoce: Quid hoc inquit tarquini rei est: qua tu audacia me uiuo uo-
care ausus es patres: aut in sede considere mea: Cum ille ferociter ad hec
se patris sui tenere sedem: multoq. q̃ seruum potiorem filium regis re-
gni heredem. Satis illum diu per licentiam eludentem insultasse domi-
nis. Clamor ab utriusq. fautoribus oritur & concursus populi fiebat in cu
riam: apparebatq. regnaturum qui uicisset. Tum tarquinius necessitate
iam etiam ipsa cogente ultima audere: multo & etate & uiribus ualidior
medium arripit seruium: elatumq. e curia in inferiorem partem per gra-
dus deiecit. Inde ad cogendum senatum in curiam redit: Fit fuga regis
apparitorum atq. comitum. Ipse prope exanguis cum semianimis regio
comitatu domum se reciperet peruenissetq. ad summum ciprium uicu
ab his qui missi a tarquinio fugientem consecuti erant interficitur. Credi-
tur quia non abhorret a cetero scelere: admonitu tullie id factum. Car-
pento certe: id quod satis constat in forum inuocata: nec reuerita cetu
uirorum euocauit uirum e curia regemq. prima appellauit. A quo fa
cessere iussa ex tanto tumultu cum se domum reciperet peruenissetq.
ad summum ciprium uicum ubi dianium nuper fuit: flectente carpe-
tum dextra in uirbium cliuum: ut in collem exquiliarum eueheretur:
restitit pauidus atq. inhibuit frenos is qui iumenta agebat: iacentemq.
domine seruium trucidatum ostendit. Fedum inhumanumq. unde tra
ditur scelus: monumento locus est: sceleratum uicum uocant: quo ames
agitantibus furiis sororis ac uiri tullia per patris corpus carpentum egis
se fertur: partemq. sanguinis ac cedis paterne cruento uehiculo conta
mitata ipsa respersaq. tulisse ad penates suos uiriq. sui. Quibus uatis ma
lo regni principio similes prope diem exitus sequerentur. Seruius tul
lius regnauit annos quatuor & quadraginta: ita ut in bono etiam mode
ratoq. succedenti regi difficilis emulatio esset. Ceterum id quoq. ad glo
riam accessit: quod cum illo simul iusta ac legitima imperia exciderunt.
Idipsum tam mite ac moderatum imperium: tamen quia unius esset de
ponere eum in animo habuisse quidam auctores sunt: ni scelus intesti
num liberande patrie consilia agitanti interuenisset. Inde. L. tarquius
regnare occepit: cui superbus cognomen facta indiderunt: quia socerũ
gener sepultura prohibuit: romulum quoq. insepultum periisse dicitas:
primoresq. patrum. quos seruii rebus fauisse credebat interfecit. Con
scius deinde male querendi regni a se ipso aduersus se exemplum capi

regna

⁂ in dextram aurigam iussit

49

posse: armatis corpus circũsepsit. Neq; enim ad ius regni quicq̃ preter uim
habebat: ut qui nec populi iussu neq; auctoribus patribus regnaret. Eo ac-
cedebat: ut in caritate ciuium nihil spei reponenti metu regnum tutãdũ
esset: quem ut pluribus incuteret: cognitiones capitalium rerum sine cõ-
siliis per se solus exercebat: perq; eam causam occidere: in exilium agere:
bonis mulctare poterat non suspectos modo aut inuisos: sed unde nihil
aliud: q̃ prædam sperare posset: precipue ita patrum numero imminuto
statuit nullos in patres legere: quo contemptior paucitate ipsa ordo esset:
minusq; per se nihil agi indignarentur. Hic enim regnum primus ut tra-
ditur a prioribus morem de omnibus senatum consulendi soluit: domesti-
cis consiliis rem.p. administrauit. Bellum: pacem: fœdera: societates per se
ipse cum quibus uoluit iniussu populi ac senatus fecit diremitq;. Latino
rum sibi maxime gentem conciliabat: ut peregrinis quoq; opibus tutior
inter ciues esset. Neq; hospitia modo cum primoribus eorum: sed affinita-
tes quoq; iungebat. Octauio mamilio tusculano: is longe princeps latini no-
minis erat: si famæ credimus: ab ulixe circeq; dea oriundus: ei mamilio fi-
liam nuptum dat: perq; eas nuptias multos sibi cognatos amicosq; eius con
ciliat. Iam magna tarquinii auctoritas inter latinorum proceres erat. Cui
in diem certam ut ad lucum ferentinæ conueniant indicit: esse quæ age-
re de rebus communibus uelit. Conueniunt frequentes prima luce: Ipse
tarquinius diem seruauit: sed paulo ante: q̃ sol occideret uenit. Multa ibi
tota die in concilio uarius iactata sermonibus erant. Turnus herdonius
ab aritia ferociter in absentem tarquinium erat inuectus: haud mirum
esse superbo inditum romæ cognomen. Iam enim ita clam qdem mussitã-
tes uulgo tamen eum appellabant. An quicq̃ superbius esse: q̃ sic ludifica-
re omne latinum nomen? Longe a domo principibus excitis ipsum qui
concilium indixerat non adesse? Tentari profecto patientiam: ut si iugũ
acceperint obnoxios premat. Cui enim non appareret affectare eum im-
perium in latinos? Quid si sui bene crediderint ciues: aut si creditũ illud
& non raptum parricidio sit: credere & latinos: quanq̃ ne sic quidem alie-
nigenæ debere? Sin suos eius penitet: quippe qui alii super alios trucidẽ-
tur: exulatum eam: bona amittant: quid spei melioris latinis portendi?
Si se audiant: domum suam quenq; inde abituros: neq; magis obseruaturos
diem concilii: q̃ ipse qui indixerit obseruet. Hæc atq; alia eodem pertinẽ-
tia seditiosus facinorosusq; homo: hisq; artibus opes domi nactus cum ma-
xime dissereret interuenit tarquinius: is finis orationi fuit. Auersi õs

50.

ad tarquinium salutandum: qui silentio facto monitus a proximis ut pur-
garet se: quod id temporis uenisset: disceptatorem ait se sumptum inter pa
trem & filium: cura reconciliandi eos in gratiam moratum esse. Et quia ea
res excemisse illum diem postero die acturū quae constituisset. Neq; id quidē
a turno tulisse tacitum ferunt: dixisse enim nullam breuiorem esse cogni
tionem: q̄ inter patrem & filium: paucisq; transigi uerbis posse: ni pareat pri filius
51. habiturum infortunium esse. Haec aricinus in regem romanum increpans ex
concilio abiit. Quam rem tarquinius aliq̄to. q̄ uidebatur egrius ferens confe
stim turno necem machinatur: ut eundem terrorem quo ciuium animos do
mi oppresserat latinis iniceret. Et quia pro imperio palam interfici non po
terat: oblato falso crimine insontem oppressit: per aduersae factionis quosda
aricinos seruum turni auro corrumpit: ut in diuersorium eius uim magna
gladiorum inferri clam sineret. Ea cum una nocte perfecta essent: tarq
nius paulo ante lucem accitis ad se principibus latinorum quasi re noua per
turbatus moram suam hesternam uelut deorū quadam prouidentia illata
ait saluti sibi atq; illis fuisse. A turno dici sibi & primoribus populorum pa
rari necem: ut latinorum solus imperium teneat. Aggressurum fuisse hester
no die in concilio: dilatam rem esse: quod auctor concilii abfuerit: quem ma
xime peteret. Inde illam absentis insectationem esse natam: quod morando
spem destituerit: Non dubitare si uera deferantur: quin prima luce ubi uē
tum in concilium sit instructus cum coniuratorum manu armatusq; uentu
rus sit: dici gladiorum ingentem esse numerum ad eum conuectum. Id ua
num nec ne sit: extemplo seiri posse. Rogare eos ut inde secum ad turnū
ueniant. Suspectam fecit rem & ingenium turni ferox & oratio hesterna &
mora tarquinii: quod uidebatur ob eam differri caedes potuisse. Eunt inclina
tis quidem ad credendum animis: tamen nisi gladius deprehensis cetera uana
extimaturi. Vbi est eo uentum: turnium ex somno excitatum circūsistunt
custodes: comprehensisq; seruis qui caritate domini uim parabant: cum gla
dii abditi ex omnibus diuerticuli locis protraberentur: Enim uero manife
sta res uisa iniecteq; turno catenae. Et confestim latinorum concilium ma
gno cum tumultu aduocatur: Ibi tam atrox inuidia orta est gladius in me
dio positis: ut indicta causa nouo genere leti deiectus ad caput aque fere
52. tinae crate superne iniecta saxisq; congestis mergeretur: Reuocatis dein
de ad concilium latinis tarquinius collaudatisq; qui turnum nouantem res
pro manifesto parricidio merita pena affecissent ita uerba fecit. Posse qdē
se uetusto iure agere: quod cum omnes latini ab alba oriundi sint: in eo federe

teneantur.

teneantur: quo a tullo res omnis albana cum colonis suis in romanum cesse
rat imperium. Ceterum se id magis utilitatis omnium causa censere: ut
renouetur fedus: secundaq. potius fortuna populi r. ut participes latini
fruantur: q̃ urbium excidia uastationesq. agrorum. quas anco prius patre
deinde suo regnante perpessi sunt: semper aut expectent: aut patiantur.
Haud difficulter persuasum latinis: quanq̃ in eo federe superior romana res
erat. Ceterum & capita nominis latini stare & sentire cum rege uidebantur. Et turnus sui cuiq. periculi si aduersatus esset: recens erat documentũ.
Ita renouatum fedus indictumq. iunioribus latinorum: ut ex federe die certa ad lucum ferentine armati frequentes adessent. Qui ubi ad edictum romani regis ex omnibus populis conuenere: ne ducem suum neue secretum imperium propriaue signa haberent: miscuit manipulos ex latinis romanisq.: ut ex binis singulos faceret: binosq. ex singulis. Ita geminatis manipulis centuriones imposuit. Nec ut iniustus in pace rex: ita dux belli prauus fuit: quin ea arte æquasset superos reges: ni degeneratum in alius huic quoq. decori offecisset. Is primus uolscis bellum in ducentos amplius post ætate sua annos mouit. Suessamq. pometiam ex bis ui cepit. Vbi cum diuendita præda quadraginta argenti talenta effecisset: concepit animo eam amplitudinem templi iouis: quæ digna deum hominumq. rege: quæ romano imperio: quæ ipsius etiam loci maiestate esset: captiuam pecuniam in ædificationem eius templi seposuit. Excepit deinde lentius spe bellum: quo gabios propinquam urbem nequicq̃ ui adortus cum obsidendi quoq. urbem spes pulso a menibus adempta esset. Postremo minime arte romana fraude ac dolo aggressus est. Nam cum uelut posito bello fundamentis templi faciendis aliisq. urbanis operibus intentum se esse simularet: Sextus filius eius qui minimus ex tribus erat transfugit ex composito gabios patris in se seuitia intolerabilem conquerens. Iam ab alienis in suos uertisse superbiam & liberorum quoq. eum frequentiæ tedere: ut quam in curia solitudinem fecerit domi quoq. faciat: ne quam stirpem ne quem beredem regni relinquat. Se quidem inter tela & gladios patris elapsum: nihil usq̃ sibi tutum nisi apd hostes. L. tarquinii credidisse. Nam ne errarent: manere his bellum qd positum simuletur: & per occasionem eum incautos inuasurum. Quod si apd eos supplicibus locus non sit: pererraturum se esse latium: uolscosq. se inde & hernicos petiturum: donec ad eos peruenat qui a patrum crudelibus atq. impius supplicis tegere liberos sciant: forsitan etiam ardoris aliquid ad bellum armaq. se aduersus superbissimum regem ac ferocissi

53.

∴ at in diuidendo praedam · xl · talenta argenti auriq̃ recepisset

mum populum inuenturum. Cum si nihil morarentur: infensus ira porro ut inde abiturus uideretur benigne a gabinis excipitur. Vetat murari: si qualis in ciues qualis in socios: talis ad ultimum in liberos esset. In se ipsum postremo seuiturum: si alia desint. Sibi uero gratum aduentum eius esse: futurumq credere breui: ut illo adiuuante a portis gabinis sub romana menia bellum transferatur. Inde in concilia publica adhiberi. Vbi cum de aliis rebus assentire se ueteribus gabinis diceret, quibus hæ notiores essent: ipse identidem belli auctor esset: in eo sibi precipue prudentiam assumere: quod utriusq populi uires nosset: sciretq inuisam profecto superbiam regiam ciuibus esse: quam ferre ne liberi quidem potuissent. Ita cum sensim ad rebellandum primores gabinorum incitaret: ipse cum promptissimis iuuenum predatum atq in expeditiones iret: ut dictis factisq omnibus ad fallendum instructis uana accresceret fides: dux ad ultimum belli legitur. Ibi cum insciа multitudine quid ageretur: prelia parua inter romanos gabiosq fierent: quibus plerunq gabina res superior esset: tum certatim summi infimiq gabinorum Sextum tarquinium dono deum sibi datum ducem missu credere. Apud milites uero obeundo pericula ac labores pariter: prædа munifice largiendo tanta caritate esse: ut non pater tarquinius potentior romæ: q̃ filius gabiis esset. Itaq postq̃ satis uirium collectum ad ós conatus uidebat: tum ex suis unum scisitatum romam ad patrẽ mittit: quidnã se facere uellet: quandoqdem ut omnia unus gabiis posset: ei dii dedissent. Huic nuntio quia credo dubiæ fidei uidebatur: nihil uoce responsum est. Rex uelut deliberabundus in ortum ædium transit seqnte nuntio filii. Ibi inambulans tacitus summa papauerum capita dicitur baculo decussisse. Interrogando expectandoq responsum nuntius fessus ut re imperfecta redit gabios. quæ dixerit ipse: quæq uiderit refert: seu ira, seu odio, seu superbia insita ingenio nullam eum uocẽ emisisse. Sexto ubi quid uellet parens quidue preciperet tacitis ambagibus patuit: primores ciuitatis criminando alios apud populum: alios sua ipsos inuidia oppressos interemit. Multi palam, quidam in quibus minus speciosa criminatio erat futura, clam interfecti. Patuit quibusdã uolentibus fuga: aut in exilium acti sunt: Absentiumq bona iuxta atq interemptorũ diuisa fuere. Largitionis inde prædeq & dulcedine priuati commodi sensus malorum publicorum: donec orba consilio auxilioq gabina res regi romano sine ulla dimicatione in manũ tradit.

54.

55.

G abiis receptis tarquinius pacem cum equorum gente fecit: fedus cum tu-
scis renouauit. Inde ad negotia urbana animum conuertit: quorum
erat primum: ut iouis templum in monte tarpeio monumentum regni
sui nominisq; relinqueret: tarquinios reges ambos patrem uoluisse: fi-
lium perfecisse. Et ut libera a ceteris religionibus area esset: tota iouis
templiq; eius quod uedificaretur exaugurare fana sacellaq; statuit. Ali-
quot ibi a tatio rege primo in ipso discrimine aduersus romulum pugne
uoto consecrata inauguratagq; postea fuerant. Inter principia condendi bu-
iusce operis mouisse numen ad indicandam tantam imperii molem tradit
deos. Nam cum omnium sacellorum exaugurationes admitterent: aues
in termini fano non adduxere. Idq; omen auguriumq; ita acceptum est:
non motam termini sedem: unumq; deorum non euocatum sacratissi-
bi finibus firma stabiliaq; cuncta portendere. Hæc perpetuitatis auspi-
cio accepto secutum aliud magnitudinem imperii portendens prodigiu
est. Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi ap- dicitur . Caput humanu.
paruisse: quæ uisa species haud per ambages arcem eam imperii caputq;
rerum fore portendebat. Idq; ita cecinere uates: quique in urbe erant: quique
ad eam rem consultandam ex etruria acciuerant. Angebatur ad impen-
sas regis animus. Itaq; pomptinæ manubiæ: quæ perducendo ad culmen
operi destinatæ erant uix in fundamenta suppeditauere. Eo magis fabio .Fabius.
preter quod antiquior est crediderim: quadraginta ea sola talenta fuis-
se: quod pisoni: qui .xl. milia pondo argenti seposita in eam rem scribit: quæ
summa pecuniæ neq; ex uniuscuiusque urbis præda speranda: & nullius ne bo-
rum quidem magnificentiæ operum fundamenta non excuperatura fu-
it. Intentus perficiendo templo fabros undique ex etruria accitos non pe- 56.
cunia solum ad id publica est usus: sed operis etiam ex plebe. Qui cum ha-
ud paruus ipsi & militiæ adderetur labor: minus tamen plebs grauabatur se
templa deum ædificare manibus suis: quæ postquam ad alia ut specie mino-
ra: sic laboris aliquanto maioris traducebantur opera: foros in circo faciendos
cloacamq; maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis subter-
ra agendum. His laboribus exercita plebe: quia & urbi multitudine ubi Quibus duobus operibus uix
usus non esset oneri rebatur esse: & coloniis mittendis occupari latius im- noua hæc magnificentia quique
perii fines uolebat signiam circeosq; colonos misit. præsidia urbi futura adequare potuit.
terra mariq;. Hæc agenti portentum terribile uisum est. Anguis ex
columna lignea elapsus cum terrorem fugamq; in regiam fecisset: ipsius
regis non tam subito pauore perculit pectus: quam anxius impleuit curis

Itaq. cum ad publica prodigia etrusci tantum uates adhiberentur: hoc uelut domestico exterritus uisu: delphos maxime inclytum in terris oraculū mittere statuit. Neq. responsa sortium ulli alii committere ausus: duos filios per ignotas ea tempestate terras ignotiora maria in graeciam misit. Titus & arruns profecti: comes his additus. L. iunius brutus tarquinia sorore regis natus iuuenis longe aliis: q̄ cuius simulationem induerat. Is cum primores ciuitatis in quibus fratrem suum ab auunculo interfectum audisset: neq. in animo suo quicq̄ regi timendum: neq. in fortuna concupiscēdum relinquere statuit: contemptuq. tutus esse: ubi in iure parum praesidii esset. Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae: cum se suaq. p̄de regi esse sineret: bruti quoq. haud abnuit cognomen: ut subeius obtectu cognominis liberator ille populi r: animus latens operiretur tempora sua. Is tum a tarquiniis ductus delphos ludibrium uerius: q̄ comes: aureum baculum inclusum corneo cauato ad id baculo tulisse donum apollini dicitur: per ambages effigiem ingenii sui. Quo postq̄ uentum est: perfectis patris mandatis cupido incessit animos iuuenum: ad quem eorum regnum romanum esset uenturum: Ex infimo specu uocem redditam ferunt: imperium summum rome habebit: qui uestrum primus o iuuenes osculū matri tulerit. Tarquinius sextus qui rome relictus fuerat ut ignarus responsi expersq. imperii esset: rem summa ope taceri iubent. Ipsi inter se uter prior cum romam redissent matri osculum daret sorti permittunt. Brutus alio ratus spectare phoeticam uocem: uelut si prolapsus cecidisset terrā osculo contigit: scilicet quod ea communis mater omnium mortalium esset. Reditum inde romam: ubi aduersus rutulos bellum summa ui parabatur. Ardeam rutuli habebant: gens ut in ea regione atq. in ea aetate diuitiis pollens: Eaq. ipsa causa belli fuit: quod rex romanus cum ipse ditari exhaustis magnificentia publicorum operum: tum praeda delinire popularium animos studebat: praeter aliam superbiam regno infestos etiam: quod se in fabrorum ministerio ac seruili tam diu habitos opere a rege indignabantur: Tentata res est: si primo impetu capi ardea posset. Vbi id parum processit: obsidione munitionibus cepti premi hostes. In his statuis ut fit longo magis: q̄ acri bello satis liberi commeatus erant: primoribus tamen magis: q̄ militibus. Regii quidem iuuenes interdum otii conuiuiis comessationibusq. inter se terebant. Forte potantibus his apud sextum tarquinium: ubi & collatinus cenabat tarquinius egerii filius incidit de uxoribus mentio: Suam quisq. laudare miris modis. Inde certamine accēso

57.

collatinus negat uerbis opus esse: paucis id quidem horis posse sciri: qtum ce-
teris præstet lucretia sua. Quin si uigor iuuente inest: conscendamus equos. .L. ucretia.
inuisimusq. præsentes nostrarum ingenia: Id cuiq. spectatissimum sit: quod
nec opinato uiri aduentu occurrerit oculis. Incaluerant uino. Age sane:
omnes citatis equis aduolant romam: quo cum primis se intendentibus te-
nebris peruenissent: pergunt inde collatiam: ubi lucretiam haud quaq; ut
regias nurus: quas in conuiuiis luxuq. cum æqualibus uiderant tempus
terentes: sed nocte sera deditam lane inter lucubrantes ancillas in medio
ædium sedentem inueniunt. Muliebris certaminis laus penes lucretiam fu-
it. Aduenientes uir tarquiniiq. excepti benigne: victor maritus comiter in-
uitat regios iuuenes. Ibi sextum tarquinium mala libido lucretiæ peruim
stuprandæ cepit: cum forma tum spectata castitas incitat. Et tum qdem a
nocturno iuuenili ludo in castra redeunt. Paucis interiectis diebus sextus 58.
tarquinius inscio collatino cum comite uno collatiam uenit. Vbi excep-
tus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum de-
ductus esset amore ardens postq; satis tuta cuncta sopiriq. omnes uidebam-
tur: stricto gladio ad dormientem lucretiam uenit: sinistraq. manu mu-
lieris pectore oppresso Tace lucretia inquit: Sextus tarquinius sum: fer-
rum in manu est: moriere si emiseris uocem. Cum pauida ex somno mu-
lier nullam opem prope mortem imminentem uideret: tum tarquinius
fateri amorem orare: miscere precibus minas: uersare in omnes partes mu-
liebrem animum. Vbi obstinatam uidebat & ne metu quidem mortis incli-
nari: addidit ad metum dedecus: Cum mortua iugulatum seruum nudum
posituru se ait: ut in sordido adulterio necata dicatur. Quo terrore cum
uicisset obstinatam pudicitiam uelut victrix libido: profectusq. inde tar-
quinius ferox expugnato decore muliebri esset: lucretia mesta tanto ma-
lo nuntium romam eundem ad patrem ardeamq. ad uirum mittit: ut cum
singulis fidelibus amicis ueniant: Ita facto maturatoq. opus esse: rem atroce
incidisse. Spurius lucretius cum .p. ualerio uolesi filio: collatinus cum .L. iu-
nio bruto uenit: cum quo forte romam redieni ab nuntio erat conuentus.
Lucretiam sedentem mestam in cubiculo inueniunt. Aduentu suorum lachry-
me oborte: querentiq. uiro satin salue: Minime inquit. Quid enim salui
est mulieri amissa pudicitia: Vestigia uiri alieni collatine in lecto tuo sunt:
Ceterum corpus est tantum uiolatum: animus insons: mors testis erit. Sed da-
te dexteras fidemq. haud impune adultero fore. Sextus est tarquinius q
hostis pro hospite priore nocte ui armatus mihi sibiq. si uos uiri estis pestife-

rum hinc abstulit gaudium. Dant ordine omnes fidem: Consolantur
egram animi auertendo noxam a coacta in auctorem delicti: mente
peccare: non corpus: & unde consilium abfuerit, culpam abesse. Vos inqt
uideritis: quid illi debeatur. Ego me & si peccato absoluo: supplicio non
libero. Nec ulla deinde impudica lucretie exemplo uiuet. Cultrū que
sub ueste abditum habebat, eum in corde defigit: prolapsaq in uulnus
moribunda cecidit. Conclamat uir paterq. Brutus illis luctu occupatis
cultrum ex uulnere lucretie extractum manantem cruore pre se te-
nens: Per hunc inquit castissimum ante regiam iniuriam sanguinem
iuro uosq dii testes facio: me. L. tarquinium superbum cum scelerata
coniuge & omni liberorum stirpe ferro igni quacunq de hinc possim
executurum: nec illos nec alium quenq̃ rome regnare passurum. Cul
trum deinde collatino tradit: inde lucretio ac ualerio: stupentibus mi
raculo rei: unde nouum in bruti pectore ingenium: Vt preceptū erat,
iurant: Totiq, a luctu uersi in iram brutum iam inde ad expugnandū
regnum uocantem sequuntur ducem. Elatum domo lucretie corpus in
forum deferunt: concientq, miraculo ut fit rei noue atq, indignitate
homines prose quisq, scelus regium ac uim queruntur. Mouet tū pa
tris mestitia: tum brutus castigator lachrimarū atq, inertium quere-
larum: auctorq, quod uiros, quod romanos deceret arma capiendi ad
uersus hostilia ausos. Ferocissimus quisq, iuuenum cum armis uolunta
rius adest. Sequitur & cetera iuuentus. Inde pari presidio relicto col
latie ad portas custodibusq, datis ne quis eum motum regibus nuntia
ret: ceteri armati duce bruto romam profecti. Vbi eo uentum est: q̃
cunq, incedit armata multitudo pauorem ac tumultum facit. Rur-
sus ubi anteire primores ciuitatis uident: quicquid sit, haud temere
esse rentur. Nec minorem motum animorum rome tam atrox res fa
cit: q̃ collatie fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum currit:
quo simul uentum est: preco ad tribunum celerum, in quo tum ma
gistratu forte brutus erat, populum aduocauit. Ibi oratio habita ne
quaq̃ eius pectoris ingeniiq, quod simulatum ad eam diem fuerat, de
ui ac libidine sexti tarquinii: de stupro infando lucretie & miserabili
cede: de orbitate tricipitini: cui morte filie causa mortis indignior ac
miserabilior esset: Addita superbia regis ipsius, miseriecq, & labores ple
bis in fossas cloacasq, exhauriendas demerse: Romanos homines uicto
res omnium circa populorum opifices ac lapicidas pro bellatoribus fecos.

59.

Indigna seruii tulli regis memorata cedes & inuecta corpori patris nefando uehiculo filia. Inuocatiq; ultores parentum dii. His atrocioribus credo aliis quo presens rerum indignitas haud quaq; relatu scriptoribus facilia subiecit memoratis incensam multitudinem perpulit: ut imperium regi abrogaret: exulemq; esse iubent. L. tarquinium cum coniuge ac liberis. Ipse iuniores, qui ultro nomina dabant lectis armatisq; ad concitandum inde aduersum regem exercitum ardeam in castra est profectus. Imperium in urbe lucretio prefecto urbis iam ante a rege instituto reliquit. Inter hunc tumultum tullia domo profugit: execrantibus quacunq; incedebat inuocantibusq; parentum furias uiris mulieribusq. Harum rerum nuntiis in castra perlatis cum re noua trepidus rex pergeret romam ad comprimendos motus: flexit uiam brutus: senserat enim aduentum: ne obuius fieret. Eodemq; fere tempore diuersis itineribus brutus ardeam, tarquinius romam uenerunt. Tarquinio clause porte exilium q; indictum. Liberatorem urbis leta castra accepere: Exactiq; inde liberi regis duo: patrem secuti sunt: qui exulatum cere in etruscos ierunt. Sextus tarquinius gabios tanq; in suum regnum profectus a bulctoribus ueterum simultatum quas sibi ipse cedibus rapinisq; concierat est interfectus. L. tarquinius superbus regnauit annos quinq; & uigiti: Regnatum rome a condita urbe ad liberatam annos ccxliiii. Duo cosules inde comitiis centuriatis a prefecto urbis ex comentariis seruii tulli creati sunt. L. iunius brutus & L. tarquinius collatinus.

EXPLICIT LIBER PRIMVS.

INCIPIT LIBER SECVNDVS.

LIBERI IAM HINC POPVLI ROMANI res pace belloq; gestas annuos magistratus imperiaq; legum potentiora q; hominum peragam. Que libertas ut letior esset proxima regis superbia fecerat. Nam priores ita regnarunt: ut haud immerito omnes deinceps conditores partium cepte urbis quas nouas ipsi sedes a se aucte multitudini addiderunt numerentur. Neq; ambigitur: quin brutus idem qui tantum glorie superbo exacto rege meruit: pessimo publico id facturus fuerit: si libertatis immature cupidine priorum regum alicui regnum extorsisset. Quid enim futuru fuit:

si illa pastorum conuenarumq; plebs transfuga ex suis populis sub tutela in-
uiolati templi aut libertatem aut certe impunitatem adepta soluta regio
metu agitari cepta esset tribunitiis procellis: & in aliena urbe cum patribo
serere certamina priuis q̃ pignora coniugum ac liberorum caritasq; ipsius
soli cui longo tempore assuescitur: animos eorum consociasset? Dissipate res
non dum adulte discordia forent: quos fouit tranquilla moderatio impe
rii: eoq; nutriendo perduxit: ut bonam frugem libertatis maturis iam ui
ribus ferre posset. Libertatis aut̃ originem inde magis: quia annuum im
perium consulare factum est: q̃ quod diminutum quicq̃ sit ex regia pote
state numeres. Omnia iura omnia insignia primi consules tenuere. Sed mo
do cautum est: ne si ambo fasces haberent duplicatus terror uideretur. Bru
tus prior concedente collega fasces habuit: quo non acrior uindex liberta
tis fuerat: q̃ deinde custos fuit. Omnium primum auidum nouæ liberta
tis populum: ne postmodum flecti precibus aut donis regiis posset: iureiuran
do adegit: neminem romæ regnare passuros. Deinde quo plus uirium in se
natu frequentia etiam ordinis faceret cædibus regis diminutum patrum
numerum primoribus equestris gradus lectis ad trecentos summam exple
uit. Traditum unde fertur: ut in senatum uocarentur: qui patres quiq; cõ
scripti essent. Conscriptos uidelicet nouum senatum appellabant lectos. Id
mirum q̃tum profuit ad concordiam ciuitatis: iungendosq; patribus plebis
animos. Rerum deinde diuinarum habita cura. Et quia quædam publica
sacra per ipsos reges fabricata erant: necubi regum desiderium esset: sacrifi
colum creant. Id sacerdotium pontifici subiecere: ne addito nomini honos
aliquid libertati cuius nunc prima erat cura officeret. Ac nescio an nimis
undiq; eam minimisq; rebus muniendo modum excesserint. Consulis enim
alterius cum nihil aliud offenderet: nomen inuisum ciuitati fuit. Nimiũ
tarquinios regno assuesse: initium a prisco factum. Regnasse dein seruiũ
tullium: ne interuallo quidem facto oblitum tanq̃ alieni regni superbũ
tarquinium uelut hereditatem gentis scelere ac ui repetisse: pulso super-
bo penes collatinum imperium esse. Nescire tarquinios priuatos uiuere:
non placere nomen: periculosum libertati esse. Hinc primo sensim tenta-
tium animos sermo per totam ciuitatem est datus: solicitamq; suspicione
plebem brutus ad contionem uocat. Ibi omnium primum iusiurandum
populi recitat: Neminem regnare passuros: nec esse romæ: unde pericu
lum libertati foret. Sed summa ope tuendum esse: neq; ullam rem: quæ
eo pertineat contemnendam. Inuitum se dicere hominis causa: nec dictu-

2.

rum fuisse: ni caritas rei.p. uinceret. Non credere populum.r. solidam li
bertatem recuperatam esse: regium genus regium nomen non solum inci
uitate: sed etiam in imperio esse. Id officere. id obstare libertati. Hunc tu
inquit tua uoluntate. L. tarquini remoue metum. Meminimus: fatemur:
eiecisti reges: absolue beneficium tuum: aufer hinc regium nomen. Res tu
as tibi non solum reddent ciues tui auctore me: sed siquid deest: munifice
augebunt. A meus abi: exonera ciuitatem uano forsitan metu. Ita persua
sum est animis cum gente tarquinia regnum hinc abiturum. Consuli pri
mo tam noue rei ac subitæ admiratio inclusérat uocem. Dicere deinde in
cipientem primores ciuitatis circumsistunt: eadem multis precibus orant. Et
ceteri quidem mouebant minus. Postq̃ spurius lucretius maior ætate ac
dignitate socer præterea ipsius agere uarie rogando, alternis suadendo ce
pit ut uinci se consensu ciuitatis pateretur. Timens consul ne postmodum
priuato sibi eadem illa cum bonorum amissione additaq, alia insuper igno
minia abdicauit se consulatu: rebusq, suis omnibus lauinium translatis ci
uitate cessit. Brutus ex senatus consulto ad populum tulit: ut omnes tarq
niæ gentis exules essent. Collegam sibi comitiis centuriatis creauit. p. uale
rium: quo adiutore reges eiecerat. Cum haudquaq̃ in dubio esset: bellum a
tarquiniis imminere: id quidem spe omnium serius fuit. Ceterum id q̃d
non timebant: per dolum ac proditionem prope amissa libertas est. Erat
in romana iuuentute adolescentes aliquot: nec hi tenui loco orti: quorũ
in regno libido solutior fuerat. æquales sodalesq, adolescentium tarquinio
rum assueti more regio uiuere. Eam tum æquato iure omnium licentiã
quærentes. libertatem aliorum in suam uertisse seruitutem inter se con
querebantur. Regem hominem esse: a quo impetres ubi uis: ubi iniuria
opus sit: esse gratiæ locum: etiam beneficio & irasci & ignoscere posse: Inter
amicum atq, inimicum discrimen nosse. Leges rem surdam inexorabilẽ:
salubriorem meliorem q, inopi: q̃ potenti: Nihil laxamenti nec ueniæ ha
bere: si modum excesseris, periculosum esse: in tot humanis erroribus so
la innocentia uiuere. Ita iam sua sponte egris animis legati a regibus su
perueniunt: sine mentione reditus bona tantum repetentes. Eorum ver
ba postq̃ in senatu audita sunt: per aliquot dies ea consultatio tenuit: ne
non reddita belli causa: reddita belli materia & adiumentum esset. Interim
legati alii alia moliri: aperte bona repetentes: clam recuperandi regni con
silia struere: & tanq̃ ad id quod agi uidebatur ambientes nobilium adole
scentium animos pertentant. A quibus placide oratio accepta est. His lite

accidérent

3.

Vitellii & aquilij. 4.

ras a tarquiniis reddunt: & de accipiendis clam nocte in urbem regibus col-
locuntur. Vitelliis aquiliisq; primo commissa res est. Vitelliorum soror con-
sulii nupta bruto erat: Iamq; ex eo matrimonio adolescentes erant liberi
titus tyberiusq;. Eos quoq; in societatem consilii auunculi assumunt. Pre
terea aliquot nobiles adolescentes conscii assumpti: quorum uetustate me
moria abiit. Iterum cum in senatu uicisset sententia quæ censebat red
denda bona: eamq; ipsam causam more in urbe haberent legati: quod spa
tium ad uehicula comparanda a consulibus sumpsissent: quibus regū asper
tarent res: omne id tempus cum coniuratis absumunt. Euincuntq; unsta
do: ut litteræ sibi ad tarquinios darentur. Nam aliter qui credituros eos
non uana a legatis super rebus tantis afferri? Date litere: ut pignus fidei
essent manifestum facinus fecerunt. Nam cum pridie q̄ legati ad tarqui
nios proficiscerentur: & cenatum forte apud uitellios esset: coniuratiq; ibi
remotis arbitris multa inter se de nouo ut fit consilio egissent: sermone
eorum ex seruis unus excepit qui iam antea id senserat agi. Sed eam oc
casionem ut litteræ legatis darentur quæ deprehense rem coarguere pos
sent expectabat. Postq̄ datas sensit: rem ad consules detulit. Consules ad
deprehendendos legatos coniuratosq; profecti domo sine tumultu rem
omnem oppressere. Literarum in primis habita cura ne interciderent:
proditoribus extemplo in uincla coniectis de legatis paululum addubi
tatum est. Et quanq̄ uisi sunt commisisse: ut hostium loco essent: uis ta
men gentium ualuit. De bonis regis que reddi ante censuerant res in
tegra refertur ad patres. Illi uicti ira uetuere reddi: uetuere in publicū
redigi: diripienda plebi sunt data: ut contacta regia præda spem ī per
petuum cum iis pacis amitterent. Ager tarquiniorum qui inter urbem
ac tyberim fuit consecratus marti martius deinde campus fuit. Forte
ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi: quem campi fructum,
quia religiosum erat consumere: desectam cum stramento segetem magna
uis hominum simul immissa corbibus fudere in tyberim tenui fluente
aqua: ut medius solet caloribus: Ita in uadis hesitantis frumenti aceruos
sedisse illitos limo. Insulam inde paulatim & aliis que fert temere flu
men eodem iniectis factam: postea credo additas moles manibusq; adiu
tum: ut tam eminens area firmaq; templis quoq; ac porticibus sustinen
dis esset. Direptus bonis regum damnati proditores sumptumq; supplicii
conspectius eo quod penæ capiendæ ministerium patri de liberis consu
latus imposuit: & qui spectator erat amouendus: eum ipsum fortuna exactore

5

Insula in tyberi ūn.

supplicii dedit. Stabant deligati ad palum nobilissimi iuuenes: Sed aceteris
uelut abignotis capitibus consulis liberi omnium in se auerterant oculos:
miserebatq; non pene magis homines: q̃ sceleris, quo penam meritti essent.
Illos eo potissimum anno patriam liberatam: patrem liberatorem: consula-
tum ortum ex domo iunia: patres: plebem: quicqd deorum hominumq;
romanorum esset: induxisse in animum ut superbo quondam regi tum
infesto exulli proderent. Consules in sedem processere suam: missiq; lecto-
res ad sumendum supplicium: nudatos uirgis cedunt securiq; feriunt. Cũ
inter omne tempus pater uultusq; & os eius spectaculo esset: eminente ani-
mo patrio inter publicae penae ministerium. Secundum penam nocentiũ
ut in utranq; partem arcendis sceleribus exemplum nobile esset: premiũ
indici, pecunia ex aerario, libertas & ciuitas data. Ille primum dicitur uin-
dicta liberatus. Quidam uindiciae quoq; nomen tractum ab illo putãt: uin-
dicio ipsi nomen fuit: post illum obseruatum ut qui ita liberati essent in
ciuitatem accepti uiderentur. His sicut acta erant nuntiatis: incensus
tarquinius non dolore solum tante ad irritum cadentis spei sed etiam
odio iraq; postq̃ dolo uiam obseptam uidit bellum aperte moliendum
ratus circuire supplex etruriae urbes: orare maxime uehientes tarquien-
sesq; ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modo
regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos perire sineret. Alios pe-
regre in regnum romam accitos. Se regem augentem bello romanum
imperium a proximis scelerata coniuratione pulsum. Eos inter se qa
nemo unus satis dignus regno uisus sit: partes regni rapuisse: bona sua
diripienda populo dedisse: ne quis expers sceleris esset: patriam se regniq;
suum repetere: & persequi ingratos ciues uelle: ferrent opem: adiuuarẽt:
suas quoq; ueteres iniurias ultum irent. Totiens caesas legiones: agrum
ademptum. Haec mouerunt uehientes: ac pro se quisq; romano saltẽ du-
ci ignominias demendas belloq; amissa repetenda minaciter fremunt.
Tarquiniense nomen ac cognatio mouet. Pulchrum uidebatur rome suos
regnare. Ita duo duarum ciuitatum exercitus ad expetendũ regniũ bel-
loq; persequendos romanos secuti tarquinium. Postq̃ in agrum romanum
uentum est: obuiam hosti consules eunt. Valerius quadrato agmine pedi-
tem ducit. Brutus ad explorandum cum equitatu antecessit. Eodẽ mo-
do primus eques hostium agminis fuit: Preerat arrunt tarquinius filius
regis. Rex ipse cum legionibus sequebatur. Arrunt ubi ex lictoribus pro-
cul consulem esse: deinde iam propius ac certius facie quoq; brutũ cogno-

uit inflammatus ira: Ille est uir inquit qui nos extorres expulit patria: ipse en ille nostris decoratus insignibus magnifice incedit. Dii regum ultores adeste. Concitat calcaribus equum: atq. in ipsum infestus consulem dirigit.
Sensit in se brutus: decorum erat cum ipsis capessere pugnam ducibus. Auide uaq. se certamini offert: adeoq. infestis animis concurrerunt: neuter dum hostem uulneraret sui protegendi corporis memor: ut contrario ictu per parmam uterq. transfixus duabus herentes hastis moribundi ex equis lapsi sunt. Simul & cetera equestris pugna cepit: neq. ita multo post & pedites superueniunt. Ibi uaria victoria & uelut æquo marte pugnatum ē.
Dextra utrinq. cornua uicere: leua superata. Vehientes uinci a romano milite assueti fusi fugatiq. Tarquiniensis nouus hostis non steit solum sed etiam a sua parte romanum pepulit. Ita cum pugnatum esset: tantus terror tarquinium atq. etruscos incessit: ut omissa urrita re nocte ambo exercitus uehiens tarquiniensisq. suas quisq. abirent domos. Adiciunt miracula huic pugne: Silentio proximæ noctis ex silua arsia ingentem editā uocem: Siluani uocem eam creditam: Hæc dicta: uno plus tuscorum ceciduisse in acie: uincere bello romanum. Ita certe inde abiere romani ut victores: etrusci pro victis. Nam postq̃ illuxit nec quisq̃ hostium in conspectu erat. p. ualerius consul spolia legit: triumphansq. inde romam rediit. Collegæ funus q̃to tum potuit apparatu fecit. Sed multo maius morti decus publica fuit mestitia: eo ante omnia insignis: quia matronæ annum ut parentem eum luxerunt: quod tam acer ultor uiolate pudicitiæ fuisset.
Consuli deinde qui superfuerat: ut sunt mutabiles uulgi animi: ex fauore non inuidia modo: sed suspicio etiam cum atroci crimine orta: regnum eū affectare fama ferebat: quia nec collegam subrogauerat in locum bruti: & edificabat in summa uelia alto atq. munito loco arcem inexpugnabilem fore. Hæc dicta uulgo creditaq. cum indignitate angerent consulis animū: uocato ad consilium populo submissis fascibus in contionem ascendit. Gratum id multitudini spectaculum fuit: submissa sibi esse imperii insignia: confessionemq. factam: populi q̃ consulis maiestatem uimq. maiorem esse. Vbi audire iussi: Consul laudare fortunam collegæ: quod liberata patria in summo honore pro re. p. dimicans matura gloria nec dum se uertente in inuidiam morte occubuisset. Se superstitem gloriæ suæ: ad crimen atq. inuidiā superesse: Ex liberatore patriæ ad aquilio se uitelliosq. recidisse. Nunq̃ne ergo inqt ulla adeo a uobis spectata uirtus erit: ut suspicione uiolari nequeat? Ego me illum acerrimum regum hostem ipsum cupiditatis regni

iri

7

Triumphus.

crimen subituru timerem? Ego si in ipsa arce capitolioq; habitarem: me
tui me posse crederem a ciuibus meis? Tam leui momento mea apud uos fa
ma pendet? Adeo ne est fundata leuiter fides: ut ubi sim: q̃ qui sim magis
referat? Non obstabunt .p. ualerii edes libertati uestre quir. Tuta erit uo
bis uelia: deferam non in planum modo edes: sed colli etiam subiciam: ut uos
supra suspectum me ciuem habeteis. In uelia edificent quibus melius q̃ .p. ua
lerio creditur libertas. Delata confestim materia omnis infra ueliam: & ubi
nunc uia publica est: domus in infimo cliuo edificata. Late deinde leges 8.
non solum que consulem regni suspicione absoluerent: sed que adeo in cõ
trarium uerterent: ut popularem etiam facerent. Inde cognomen factum
publicolae est. Ante omnes de prouocatione aduersus magistratus ad popu
lum sacrandoq; cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia iniissent.
Grate in uulgus leges fuere: quas cum solus pertulisset: ut sua uniuis in bis q̃ gratia
esset: tum deinde comitia college subrogando habuit. Creatus sp. lucretius
consul qui magno natu non sufficientibus iam uiribus ad consularia mune
ra obeunda intra paucos dies moritur. Suffectus in lucretii locum .m. hora
tius pulullus. Apud quosdam uetereis auctores non inuenio lucretiũ cõsule
bruto statim horatium suggerunt: credo quia nulla gesta res insignem fe
cerit: consulatum memoria intercidisse. Non dum dedicata erat in capito
lio iouis edes. Valerius horatiusq; consules sortiti uter dedicaret: horatio
sorte euenit. Publicola ad uehientium bellum profectus. Egrius q̃ dignũ
erat tulere necessarii ualerii: dedicationem tam inclyti templi horatio da
ri. Id omnibus modis impedire conati postq̃ alia frustra tentata erant: po
stem iam tenenti consuli fedum inter precationem deum nuntium incu
tiunt: mortuum eius filium esse: funestaq; familia dedicare eum templum
non posse. Non crediderit factum: an tantum animo roboris fuerit: nec
traditur certum: nec interpretatio est facilis. Nihil aliud ad eum nuntiũ
a proposito auersus: q̃ ut cadauer efferri iuberet: tenens postem precatione
peragit & dedicat templum. Hec post exactos reges domi militieq; gesta
primo anno. Inde .p. ualerius iterum .t. lucretius consules facti. Iam tarqui 9.
nii ad lartem porsenam clusinum regem perfugerant. Ibi miscendo cõsiliũ
preceq; nunc orabant: ne se oriundos ex etruscis eiusdem sanguinis nomi
nisq; egentes exulare pateretur: nunc monebant. etiam ne orientem more
pellendi reges inuletum sineret. Satis libertatem ipsam habere dulcedinis:
nisi q̃ta ui ciuitates eam expetant: tanta regna reges defendant. Equari su
ma infimis: nihil excelsum: nihil, quod supra cetera emineat in ciuitatibus

.Porsenna.

fore: Adesse finem regnis: rei inter deos hominesq. pulcherrime. Porsenna cū
regem esse romę: tum etruscę gentis regem amplum tuscis ratus: romā infe
sto exercitu uenit. Non unq̄ alias ante tantus terror senatum inuasit: adeo
ualida res tum clusina erat: magnumq. porsennę nomen. Nec hostes modo
timebant: sed suosmet ipsos ciues: ne romana plebs metu perculsa receptis
in urbem regibus uel cum seruitute pacem acciperet. Multa igitur blan
dimenta plebi per id tempus a senatu data. Annonę in primis habita cu
ra. Et ad frumentum comparandum missi: alii in uolscos: alii cumas. Salis
quoq. uendendi arbitrium: quia impenso pretio uenibat in publicum
omni sumptu ademptum priuatis: portoriisq. & tributo plebe liberata: Vt
diuites conferrent: qui oneri ferendo essent: pauperes satis stipendii pen
dere: si liberos educent. Itaq. hęc indulgentia patrum asperis postmodū
rebus in obsidione ac fame adeo concordem ciuitatem tenuit: ut regnī
nomen non summi magis: q̄ infimi horrerent. nec quisq̄ unus magis ar
tibus postea tam popularis esset: q̄ tum bene imperando uniuersus sena
tus fuit. Cum hostes adessent pro se quisq. in urbem ex agris demigrant:
Vrbem ipsam sepiunt presidiis: alia muris: alia tyberi obiecto uidebantur
tuta. Pons sublicius iter pene hostibus dedit: ni unus uir fuisset horatius
cocles. Id munimentum illo die fortuna urbis romanę habuit: Qui po
situs fere in statione pontis cum captum repentino impetu ianiculum
atq. inde citatos decurrere hostes uidisset: trepidamq. turbam suorum
arma ordinesq. relinquere: reprensans singulos obsistens obtestansq. deū
& hominum fidem: testabatur nequicq̄ deserto presidio eos fugere: si
transitum pontem a tergo reliquissent: iam plus hostium in palatio: q̄
capitolioq.: q̄ in ianiculo fore. Itaq. monere: predicere: ut pontem fer
ro igni: quacunq. ui possint interrumpant: Se impetum hostium q̄tum
corpore uno posset obsisti excepturum. Vadit inde in primum aditū
pontis insignisq. inter conspecta cedentium pugnę terga obuersis comi
nus ad ineundum prelium armis: ipso miraculo audacię obstupefecit
hostes: duos tamen cum eo pudor tenuit, spurii lartii ac. t. herminii.
ambos claros genere factisq. Cum his primam periculi procellam & q̄d
tumultuosissimum pugnę erat, parumper sustinuit: deinde eos quoq.
ipsos exigua parte pontis relicta reuocantibus qui rescindebant cede
re in tutum coegit. Circūferens inde truces minaciter oculos ad proce
res etruscorum nunc singulos prouocare: nunc increpare omnes: serui
tia regum superborum suę libertatis immemores alienam oppugnatū

10.

. Horatius cocles.

uenire. Cunctati aliq̃diu sunt: dum alius alium ut prelium incipiant
circũspectant. Pudor deinde commouit aciem: & clamore sublato undiq;
in unum hostem tela conniciunt. Que cum in obiecto cuncta scuto hesis-
sent: neq; ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret gradu: tã impe-
tu conabantur detrudere uirum: cum simul fragor rupti pontis simul
clamor romanorum alacritate perfecti operis sublati pauore subito im-
petum sustinuit. Tum cocles tyberine pater inquit te sancte precor: hec
arma & hunc militem propitio flumine accipias. Ita sic armatus in tybe-
rim desilyt: multisq; super incidentibus telis incolumis ad suos transna-
uit. Rem ausus plus fame habituram ad posteros: q̃ fidei. Grata erga tã-
tam uirtutem ciuitas fuit: Statua in comitio posita: agri q̃tum uno die
circũarauit datum. Priuata quoq; inter publicos honores studia eminebãt.
Nam in magna inopia pro domesticis copiis unusquisq; ei aliquid fraudãs
se ipse uictu suo contulit. Porsenna primo conatu repulsus consiliis abop-
pugnanda urbe ad obsidionem uersis: presidio in ianiculo locato ipse in
plano ripisq; tyberis castra posuit: nauibus undiq; accitis & ad custodiã ne
quid romam frumenti subuehi sinerent: & ut predatum milites trans-
flumen per occasiones aliis atq; aliis locis trancerent: breuiq; adeo infe-
stum omnem agrum romanum reddidit: ut non cetera solum ex agris:
sed pecus quoq; omne in urbem compelleretur: neq; quisq̃ extra portas
propellere auderet. Hoc tantum licentie etruscis non metu magis: q̃ cõ-
silio concessum est. Nanq; ualerius consul intentus in occasionem multos
simul & effusos improuiso adoriundi: in paruis rebus negligens ulctor: gra-
uem se ad maiora uindicem seruabat. Itaq; ut eliceret predatores: edi-
cit suis postero die: frequentes porta exquilina que auersissima ab hoste
erat expellerent pecus: scituros id hostes ratus: quod in obsidione & fame
seruitia infida transfugerent: Et xie scire perfugæ inditio multoq; plures ut
in spem uniuerse prede flumen trancunt. P. ualerius consul. m. herminium
cum modicis copiis ad secundum lapidem gabinia uia occultum
considere iubet. Spurii largium cum expedita iuuentute ad portam
collinam stare: donec hostis pretereat: inde se obiicere: ne sit ad flumen
reditus. Consulum alter: p. lucretius porta neuia cum aliquot manipulis
militum aggressus. Ipse ualerius celio monte cohortes delectas educit:
hiq; primi apparuere hosti. Herminius ubi tumultum sensit: concurrit
ex insidiis uersisq; in lucretium etruscis terga cedit: dextra leuaq; hĩc a
porta collina illinc a neuia redditus clamor: Ita cesi in medio predatores

11.

12.

. Corneliuſ mutiuſ.

neq; ad pugnam uiribuſ pareſ: & ad fugam ſeptiſ omnibuſ uiiſ: finiſq; illeta
effuſe euagandi etruſciſ fuit. Obſidio erat nihilominuſ. & frumenti cum ſu
ma caritate inopia: ſedendoq; expugnaturum ſe urbem ſpem porſena ha
bebat. Cum corneliuſ mutiuſ adoleſcenſ nobiliſ: cui indignius uidebatur:
populum .r. ſeruientem cum ſub regibuſ eſſet nullo bello: nec ab hoſtibuſ ul
liſ obſeſſum eſſe: liberum eundem populum ab inſidiiſ etruſciſ obſideri quo
rum ſepe exercitum fuderit. Itaq; magno audaciq; aliquo facinore eam
indignitatem uindicandam ratuſ primo ſua ſponte penetrare in hoſtium
caſtra conſtituit. Dein metuenſ ne ſi conſulum iniuſſu & ignariſ omnibuſ
iret: deprehenſuſ forte a cuſtodibuſ romaniſ retraheretur ut tranſfuga for
tuna tum urbiſ crimen affirmante ſenatum adit. Tranſire tyberim inq;
patreſ & intrare ſi poſſum caſtra hoſtium uolo: non predo non populatio
num inuicem ulctor. Maiuſ ſi dii iuuant in animo eſt facinuſ. Approbat
patreſ. Abdito intra ueſtem ferro proficiſcitur. Vbi eo uenit: in confertiſ
ſima turba prope regium tribunal conſtitit. Ibi cum ſtipendium militi
buſ forte daretur: & ſcriba cum rege ſedeniſ pari fere ornatu multa age
ret: cum militeſ uulgo adiret: timenſ ſciſcitari uter porſenna eſſet: ne
ignorando regem ſe met ipſe aperiret, quiſ eſſet: quo temere traxit for
tuna facinuſ: ſcribam pro rege obtruncat. Vadentem inde qua per trepi
dam turbam cruento mucrone ſibi ipſe fecerat uiam: cum concurſu ad cla
morem facto comprehenſum regii ſatelliteſ retraxiſſent ante tribunal re
giſ deſtituituſ. tum quoq; inter tantaſ fortune minaſ metuendiuſ magiſ q̃
metuenſ: Romanuſ ſum inquit ciuiſ: corneliuſ mutiuſ uocant: hoſtiſ
hoſtem occidere uolui: nec ad mortem minuſ animi eſt: q̃ fuit ad cedem.
Et facere & pati fortia romanum eſt. Nec unuſ in te ego hoſ animoſ geſſi: lo
guſ poſt me ordo eſt idem petentium decuſ. Proinde in hoc diſcrimen ſi
uiuat attingere: ut in ſinguläſ horaſ capite dimiceſ tuo: ferrum hoſtemq;
in ueſtibulo habeaſ regie: hoc tibi iuuentuſ romana indicimuſ bellum: nul
lam aciem nullum prelium timueriſ: uni tibi & cum ſinguliſ reſerit. Cum
rex ſimul ira infenſuſ periculoq; conterrituſ circũdari ignes minitabun
duſ iuberet: niſi expromeret propere quaſ inſidiarum ſibi minaſ per am
bageſ iaceret. En tibi inquit: ut ſentiaſ q̃ uile corpuſ ſit hiſ qui magnam
gloria petunt: dextramq; accenſo ad ſacrificium foculo iniciit. Quam cũ
uelut alienato a ſenſu torreret animo: prope attonituſ miraculo rex cũ
a ſede ſua proſiliſſet. amoueriq; ab altaribuſ iuuenem iuſſiſſet: Tu uero abi
inquit in te magiſ q̃ in me hoſtilia auſuſ: Iuberem macte uirtute eſſe ſi pro

mea patria ista uirtus staret. Nunc iure belli liberum te intactum inuiola
tumq. hinc dimitto. Tum mutius quasi remunerans meritum: quandoqdem
inquit est apud te uirtuti honos: ut beneficio tuleris a me: quod minus negsti:
trecenti coniurauimus principes iuuentutis romanae: ut te hac uia grassare
mur. Mea prima sors fuit: ceteri ut cuiq. ceciderit primo quod adte opor
tunum fortuna dederit suo quisq. tempore aderit. Mutium dimissum cui 13.
postea sceuole a clade dexterae manus cognomen inditum: legati a porsen
na romam secuti sunt: Adeo moverat eum & primi periculi casus quo ni
hil se praeter errorem insidiatoris texisset: & subeundi dimicatio totiesq.
coniurati superessent: ut pacis conditiones ultro ferret romanis. Iactatum in
conditionibus nequicq. de tarquiniis in regnum restituendis: magis quia id
negare ipse nequiverat tarquinius: q. quod negatum iri sibi a romanis ignora
agro ret: Quanq. de uehientibus restituendo impetratum: Expressaq. necessitas
obsides dandi romanis: si ianiculo praesidium deduci uellent. His conditioni
bus composita pace exercitum a ianiculo deducit porsenna & ex agro roma
no excessit. Patres cornelio mutio uirtutis causa trans tyberim agrum do
no dedere: quae postea mutia sunt prata appellata. Ergo ita honorata uir
tute: femine quoq. ad publica decora excitate. Et cloelia uirgo una ex . Cloelia uirgo .
obsidibus cum castra etruscorum forte haud procul ripa tyberis locata es
sent: frustrata custodes dux agminis uirginum inter tela hostium tyberim
transnatauit: sospitesq. omnes romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi
nuntiatum est: primo incensus ira oratores romam misit ad cloeliam obside
deposcendam: alias haud magnifacere: Deinde in admirationem uersus su
pra coclites mutiosq. dicere id facinus esse: & pre se ferre: quemadmodu si
non dedatur obses pro rupto fedus se habituum: sic deditam inuiolatamq.
ad suos remissurum. Vtrinq. constitit fides: & romani pignus pacis ex fede
re restituerunt: & apud regem etruscum non tuta solum: sed honorata
etiam uirtus fuit: laudatamq. uirginem parte obsidum se donare dixit:
ipsa quos uellet legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur: qd
uirginitati decorum & consensu obsidum ipsorum probabile erat: eam eta
tem potissimum liberari ab hoste: quae maxime oportuna iniuriae esset.
Pace redintegrata romani nouam in femina uirtutem nouo genere hono
ris statua equestri donauere. In summa sacra uia fuit posita uirgo insidens equo. Hu . sacra uia
ic tam pacate profectioni a urbe regis etrusci abhorrens mos traditus a anti 14.
quis usq. ad nostram etatem inter cetera solemnia manet: Bona porsenne
regis uendendi: cuius originem moris necesse est aut inter bellum natam

esse: neq; omissam in pace: aut a mitiore creuisse principio: q̃ hic prese
ferat titulus: bona hostiliter uendendi. Proximum uero est ex his quæ
traduntur. Porsennam discedentem a ianiculo castra opulenta conuecto
ex propinquis ac fertilibus etruriæ aruis commeatu romanis dono de-
disse: inopi tum urbi a longinqua obsidione. E a deinde ne populo ĩmis-
so diriperentur hostiliter uenisse: bonaq; porsennæ appellata: gratiam
muneris magis significante titulo: q̃ auctionem fortunæ regiæ: quæ ne
in potestate quidem populi .r. esset. Omisso romano bello porsenna ne fru-
stra in ea loca exercitus adductus uideretur cum parte copiarum filium
arruntem ariciam oppugnatum misit. Primo aricinos res nec opinata
perculerat. Accersita deinde auxilia & a latinis populis & a cumis tantũ
spei fecere: ut acie decernere auderent. Prelio inito adeo concitato im-
petu se intulerant etrusci: ut funderent ipso incursu aricinos. Cumanæ
cohortes arte aduersus uim uisæ declinauere paululum effusesq; prela-
tos hostes conuersis signis a tergo adorte sunt. Ita in medio prope iam
victores cæsi etrusci: pars perexigua duce amisso quia nullum propius
perfugium erat romam inermes & fortuna & specie supplicum delati
sunt. Ibi benigne excepti diuisiq; in hospitia curatis uulneribus alii pro-
fecti domos nuntii hospitalium beneficiorum: multos romæ hospitum
urbisq; caritas tenuit. His locus ad habitandum datus: quem deinde tu-
15. scum uicum appellarent. Spurius lucretius inde & p. ualerius publicola
consules facti. Eo anno postremum legati a porsenna de reducendo in re-
gnum tarquinio uenerunt. Quibus cum responsum esset: missurũ ad
regem senatum legatos: missi confestim honoratissimus quisq; e patribus:
non quin breuiter reddi responsum potuerit: non recipi reges. Ideo
potius delectos patrum ad eum missos: q̃ legatis eius romæ daretur re-
sponsum: sed ut in perpetuum mentio eius rei finiretur: neq; in tantis
mutuis beneficiis inuicem animi solicitarentur: cum ille peteret quod
contra libertatem esset populi .r. esset: romani nisi in perniciem suam
faciles esse uellent: negarent cui nihil negatum uellent. Non in regno
populum .r. sed in libertate esse. Ita induxisse in animum: hostibus po-
tius q̃ regibus portas patefacere. Ea esse uota: eam esse uoluntate om-
nium: ut qui libertati erit in illa urbe finis: idem sit urbi. Proinde si
saluam esse uellet romam: ut patiatur liberam esse orare. Rex uerecũ
dia victus: Quando id certum atq; obstinatum est inquit: neq; ego ob-
tundam eadem sæpius nequicq̃ agendo: nec tarquinios spe auxilii quod

nullum in me est frustrabor. Alium hinc seu bello est opus: seu quieto
exilio querant locum: nequid meam uobiscum pacem distineat. Dictis
facta amiciora adiecit. Obsidum quod reliquum erat reddidit. Agrū
uehientem federe ad ianiculum icto ademptum restituit. Tarquinius
spe omnis reditus incisa exulatum ad generum mamilium octauium
tusculanum abiit. Romanis pax fida ita cum porsenna fuit. Consules
.m. ualerius. p. postumius. Eo anno bene pugnatum cum sabinis est. Con
sules triumpharunt. Maiore inde mole sabini bellum parabant. Aduer
sus eos & nequid simul a tusculo: unde & si non apertum: suspectum tam
bellum erat: repentini periculi oriretur. p. ualerius quarto. t. lucretius
iterum consules sunt facti. Seditio inter belli pacisq; auctores orta in sa
binis. aliq̄tum inde uirium transtulit ad romanos. Nanq; accius clausus:
cui postea appio claudio fuit rome nomen: cum pacis ipse auctor a tur
batoribus belli premeretur: nec par factioni esset: a regillo magna clie
tum comitatus manu romam transfugit. His ciuitas data agerq; trans
anienem. Vetus claudia tribus additis postea nouis tribulibus qui ex eo
uenirent agro appellata. Appius inter patres lectus: haud ita multo
post in principum dignitatem peruenit. Consules infesto exercitu in
agrum sabinum profecti cum ita uastatione: dein prelio afflixissent
opes hostium: ut diu nihil inde rebellionis timere possent: triumphan
tes romam redierunt. P. ualerius omnium consensu princeps belli pacisq;
artibus anno post agrippa menenio. p. postumio consulibus moritur glo
ria ingenti: copiis familiaribus adeo exiguis: ut funeri sumptus deesset:
de publico est datus. Luxere matrone: ut brutum. Eodem anno due
colonie latine pometia & cora ad aruncos deficiunt. Cum auruncis
bellum initum: fuisseq; ingenti exercitu qui se ingredientibus fines
consulibus ferociter obtulerat: omne auruncum bellum pometiā com
pulsum est. Nec magis post prelium: q̄ in prelio cedibus temperatū est.
Et cesi aliq̄to plures erant: q̄ capti: & captos passim trucidauerunt. Ne ab
obsidibus quidem, qui .ccc. numero erant ira belli abstinuit. Et hoc an
no rome triumphatum. Secuti consules opiter uerginius spurius cassius
pometiā primo ui: deinde uineis altisq; opibus oppugnatum. In quos au
runci magis iam inexpiabili odio: q̄ spe aliqua aut occasione coorti. cū
plures igni. q̄ ferro armati excurrissent: cede incendioq; cuncta cōplent.
Vineis incensis multis hostium uulneratis & occisis: consulum quoq; alterū,
sed uerum nomen auctores non adiicunt. graui uulnere ex equo deiectū

16.

.Accius clausus: qui postea appius claudius.

al. dignationem

17.

prope interfecerunt. Romam inde male re gesta reditum: inter multos
saucios consul spe incerta uite relictus. Interiecto deinde haud magno spa
tio, quod uulneribus curandis supplendoq; exercitui satis esset: cum ira ma
iore bellum tum uiribus etiam auctis pometie arma illata. Et cum uine
is refectis aliaq; mole belli iam in eo esset ut in muros euaderet miles: de
ditio est facta. Cæterum nihilo minus fede dedita urbe: q̃ si capta foret.
Aurunci passim principes securi percussi: sub corona uenierunt coloni alii:
opidum dirutum. ager uenit. Consules magis obiras grauiter uisetas: q̃
ob magnitudinem perfecti belli triumpharunt. Insequens annus postu
mium comitium &.t. largium consules habuit. Eo anno, romæ cum per ludos
a sabinorum iuuentute per lasciuiam scorta raperentur: concursu homi
num rixa ac prope prelium fuit. Parua ex re ad rebellionem spectare
res uidebatur. Supra belli latini metum id quoq; accesserat: quod .xxx.
iam coniurasse populos concitante octauio mamilio satis constabat. In hac
tantarum expectatione rerum solicita ciuitate: dictatoris primũ crean
di mentio orta: sed nec quo anno: nec quibus factis consulibus: quia ex
factione tarquiniana essent: id quoq; enim traditur: parum creditum sit:
nec quis primum dictator creatus sit: satis constat. Apud ueterrimos ta
men auctores .t. largium dictatorem primum: sp. cassium magistrũ eq
tum creatos inuenio. Consulares legere ita lex iubebat de dictatore cre
ando lata: Eo magis adducor: ut credam largium, qui consularis erat potius,
q̃ .m. ualerium fusium uolesi nepotem, qui non dum consul fuerat mode
ratorem & magistrum consulibus appositum: qui si maxime ex ea familia
legi dictatorem uellent: patrem multo potius .m. ualerium spectate uir
tutis & consularem uirum legissent. Creato dictatore primum romæ postq̃
præferri secures uiderunt: magnus plebem metus incessit: ut intentiores
essent ad dicto parendum. Neq; enim ut in consulibus, qui pari potesta
te essent: alterius auxilium neq; prouocatio erat: neq; ullum usq̃ nisi in
cura parendi auxilium. Sabinis etiã creatus romæ dictator: eo magis qd
creatum propter se crediderant metum incussit. Itaq; legatos de pace mit
tunt: quibus orantibus dictatorem senatumq; ut ueniam erroris homini
bus adolescentibus darent: responsum ignosci adolescentibus posse: senibus
non posse: qui bella ex bellis sererent. Actum tamen est de pace: impera
taq; foret: si quod impense factum in bellum erat prestare sabini: id eni
postulatum erat: in animum induxissent: Bellum indictum: quietũ annũ
tenuere. Consules seruilius sulpicius .m. manlius tullus: Nihil dignũ memoria

. Primus dictator.

18.

∴ tacite induciæ

19.

actum.

cons.

actum. T. ebutius deinde &. c. uetusius. His consulibus fidenæ obsesse: cru
stumeria capta: preneste a latinis ad romanos desciuit. Nec ultra bellum la
tinum gliscens iam per aliquot annos dilatum. Aurelius postumius dicta
tor. t. ebutius magister equitum magnis copiis equitum peditumq; profecti
ad lacum regillum in agro tusculano agmini hostium occurrerunt. Et quia
tarquinios esse in exercitu latinorum auditum est: sustineri ira non potuit:
quin extemplo confligerent. Ergo etiam prelium aliqto q̃ cetera grauius
atq; atrocius fuit. Non enim duces ad regendam modo consilio rem affuere:
sed suis met ipsis corporibus dimicantes miscuere certamina. Nec quisq̃ pro
cerum ferme hac aut illa ex acie sine uulnere præter dictatorem romanũ
excessit. In postumium prima in acie suos adhortantem instruentemq; tar
quinius superbus quanq̃ iam ætate & uiribus erat grauior: equum infestus
admisit: ictusq; a latere concursu suorum receptus in tutum est. Et ad alterũ
cornu ebutius magister equitum in octauium mamilium impetum dede
rat: nec fefellit uenientis tusculanum ducem: contra quem & ille concitat
equum: tantaq; uis infestis uenientium hastis fuit: ut brachium ebutio tra
iectum sit: mamilio pectus percussum. Hunc quidem in aciem latini rece
pere. Ebutius cum saucio brachio tenere telum non posset: pugna excessit. ∴ secundam
Latinus dux nihil deterritus uulnere prelium ciet. Et quia suos percussos ui
debat: accersit cohortem exulum romanorum: cui. L. tarquinii frater perat.
Ea quo maiore pugnabat ira obereptа bona patriamq; ademptam: parũper
pugnam restituit. Referentibus iam pedem abea parte romanis. m. ualerius 20.
publicolæ frater conspicatus ferocem iuuenem tarquinium ostentantem se
in prima hostium acie domestica etiam gloria accensus: ut cuius familiæ
decus eiecti reges erant: eiusdem interfecti forent: subdit calcaria equo &
tarquinium infesto spiculo petit. Tarquinius retro in agmen suorum infen
so cessit hosti. Valerium temere inuectum in exulum aciem ex transuerso
quidam adortus transfigit: nec quicq̃ equitis uulnere equo retardato mo
ribundus romanus labentibus super corpus armis ad terram defluxit. Dicta
tor postq̃ cecidisse talem uirum exules ferociter citato agmine inuehi: su
os percussos cedere animaduertit: coborti suæ quam delecta manu presidii
causa circa se habebat: dat signum: ut quem suorum fugientem uiderint
pro hoste habeant. Ita metu ancipiti uersi a fuga romani in hostem & resti
tuta acies. Cohors dictatoris tum primum prelium init integris corporib
animisq; fessos adorti exules cedunt. Ibi alia inter proceres coorta pugna.
Imperator latinus ubi cohortem exulum a dictatore romano ppe circũuentã

uidit: ex subsidiariis manipulos aliquot in primam aciem secum rapit. Hos
in agmine uenientes. t. herminius legatus conspicatus: interq; eos insigne
ueste armisq; mamilium noscitans tanto ui maiore: q̃ paulo ante magister
equitum cum hostium duce prelium iniit: ut & uno ictu transfixum per la
tus ceciderit mamilium: & ipse inter spoliandum corpus hostis ueruto p
cussus. cum in castra uictor esset relatus. inter primam curationem expi
rauerit. Tum ad equites dictator aduolat obtestans: ut fesso iam pedite
descendant ex equis & pugnam capessant. Dicto paruere: desiliunt ex
equis: prouolant in primum: & pro antesignanis parmas obiciunt. Reci
pit extemplo animum pedestris acies: postq̃ iuuentutis proceres æquato
genere pugnæ secum partem periculi sustinentes uidit. Tum demum im
pulsi latini: perculsa inclinauit acies equitum. Admoti equi: ut persequi
hostem possent: secuta & pedestris acies. Ibi nihil nec diuinæ: nec humanæ
opis dictator pretermittens: edem castori uouisse ferunt: ac pronuntias
se militi premia: qui primus: qui secundus castra hostium intrasset. Tan
tusq; ardor fuit: ut eodem impetu quo fuderant hostem romani castra
caperent. Hoc modo ad lacum regillum pugnatum est. Dictator & ma
21. gister equitum triumphantes in urbem redierе. Triennio deinde nec
certa pax nec bellum fuit. Consules. q. cloelius & .t. largius. Inde .a. sem
pronius & .m. minucius. His consulibus edes saturno dedicata: saturnalia
institutus festus dies. Aulus deinde postumius & .t. uerginius consules fa
cti. Hoc demum anno ad regillum lacum pugnatum apud quosdã inue
nio. Aulũs postumiũs quia collega dubiæ fidei fuerat se consulatu abdi
casse: dictatorem inde factum. Tanti errores implicant temporum: ali
ter apud alios ordinatis magistratibus: ut nec quibus consulibus secundũ
quosdam: nec quid quoq; anno actum sit in tanta uetustate non rerũ
modo: sed etiam auctorum diggerere possis. Appius claudius deinde &
.p. seruilius consules facti. Insignis hic annus est nuntio mortis tarquinii.
Mortuus est cumis: quo se post fractas opes latinorum ad aristodemum ty
rannum contulerat. Eo nuntio erecti patres: erecta plebs. Sed patribus
nimis luxuriosa ea fuit licentia. Plebi cui ad eam diem summa ope ser
uitum erat: iniuriæ a primoribus fieri cepere. Eodem anno signia colo
nia quam rex tarquinius deduxerat suppleto numero colonorũ iterũ
deducta est. Romæ tribus una & triginta facte. Edes mercurii dedica
22. ta est idibus maiis. Cum uolscorum gente latino bello neq; pax neq; bel
lum fuerat. Nam & uolsci comparauerant auxilia quæ mitterет latinis:

ni maturatum a dictatore romano esset: & maturauit romanus: ne prelio
uno cum latino uolscos contenderet. Hac ira consules in uolscum agrū
legiones duxere. Volscos consilii penam non metuentes nec opinata res
perculit. Armorum immemores obsides dant. ccc. principum a cora
atq. pomeria liberos. Ita sine certamine inde abducte legiones. Nec
ita multo post uolsci leuatis metu suum rediit ingenium. Rursus oc
cultum parant bellum: hernicis in societatem armorum assumptis. Le
gatos quoq. ad solicitandum latium passim dimittunt. Sed recens ad re
gillum lacum accepta clades latinos ira odioq. eius quicunq. arma sua
deret: ne a legatis quidem uiolandis abstinuit: Comprehensos uolscos ro
mam duxere: Ibi traditi consulibus indicatumq. est: uolscos hernicosq.
parare bellum romanis. Relata re ad senatum adeo fuit gratum pa
tribus: ut captiuorum sex milia latinis remitterent: & de federe quod
prope in perpetuum negatum fuerat. rem ad nouos magistratus rei
cerent. Enim uero tum latini gaudere facto: pacis auctores in ingēti
gloria esse: coronam auream ioui donum in capitolium mittunt. Cu
legatis donoq. captiuorum. qui remissi ad suos fuerant magna circūfu
sa multitudo uenit: pergunt domos eorum. apud quem quisq. seruie
rat: gratias agunt: liberaliter habiti cultiq. in calamitate sua. Inde ho
spitia iungunt. Nunq̄ alias ante publice priuatimq. latinum nomen
romano imperio coniunctius fuit. Sed & bellum uolscum imminebat: 23.
& ciuitas secum ipsa discors intestino inter patres plebemq. flagrabat o
dio: maxime propter nexos ob es alienum: fremebant se foris pro liber
tate & imperio dimicantes domi a ciuibus captos & oppressos esse: Tutio
remq. in bello. q̄ in pace: & inter hostes: q̄ inter ciues libertatem plebis
esse. Inuidiamq. eam sua sponte gliscentem insignis unius calamitatis
accendit. Magno natu quidam cum omnium maiorum suorum insi
gnibus se in forum proiecit. Obsita erat squalore uestis: fedior corporis
habitus pallore ac macie perempti. Ad hec promissa barba & capilli ef
ferauerant speciem oris: Noscitabatur tamen in tanta deformitate: & or
dines duxisse aiebant: aliaq. militie decora uulgo miserantes eum iacta
bant. Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerso
pectore ostentabat. Scisitantibus unde ille habitus: unde deformitas:
cum circūfusa turba esset prope in contionis modum: sabino bello ait
se militantem: quia propter populationes agri non fructu modo carue
rit: sed uilla incensa fuerit: direpta omnia: pecora abacta: tributū iniquū

suo tempore imperatum es alienum fecisse: Id cumulatum usuris primo se
agro paterno auitoq excusse: deinde fortunis alijs: postremo uelut tabem
peruenisse ad corpus: ductum se a creditore non in seruitium, sed in erga
stulum & carnificinam esse. Inde ostentare tergum recentibus uestigiis uer
berum. Ad hec uisa auditaq clamor ingens oritur. Non iam foro se tumul
tus sustines: sed passim urbem totam peruadit. Nexu uincti solutiq se un
diq in publicum proripiunt: implorant quiritum fidem. Nullo loco deest
seditionis uoluntarius comes. Multis passim agminibus per omnes uias in
forum curritur magno cum clamore: magno cum periculo suo, qui forte
patrum in foro erant in eam turbam inciderunt. Nec temperatum mani
bus foret: nisi propere consules p. seruilius & appius claudius ad comprime
dam seditionem interuenissent. At in eos multitudo uersa ostentare uin
cula sua deformitatemq aliam. Hæc se meritos dicere: exprobrantes sua
quisq aliis alii militiam: postulare multo minaciter magis q̃ supplici ter:
ut senatum uocarent: curiamq ipsi futuri arbitri moderatoresq publici
consilii circunsistunt. Pauci admodum patrum, quos casus obtulerat co
tracti a consulibus: ceteros metus non curia modo, sed etiam foro arcebat:
nec agi quicq̃ per infrequentiam poterat senatus. Tum uero eludi atq ex
trahi se multitudo putare: & patrum qui abessent non casu non metu: sed
impediendæ rei causa abesse. Et consules ipsos tergiuersari: nec dubie lu
dibrio esse miserias suas. Iam prope erat, ut ne consulum quidem maie
stas coherceret iras hominum: cum incerti morando an ueniendo plus pe
riculi contraherent. Tandem in senatum ueniunt: frequentiaq tandem
curia non modo inter patres: sed ne inter consules quidem ipsos satis con
ueniebat. Appius uehementis ingenii uir imperio consulari rem agendā
censebat: uno aut altero abrepto, quietiores alios. Seruilius lenibus reme
diis aptior concitatos animos flecti: q̃ frangi putabat: cum tutius, tum fa
cilius esse. Inter hæc maior alius terror. Latini equites cum tumultuoso
aduolant nuntio: uolscos infesto exercitu ad urbem oppugnandā ueni
re. Que audita adeo diuas ex una ciuitate discordia fecerat: longe aliter
patres ac plebem affecere: Exultare gaudio plebs: Victores superbie patri
adesse dicere deos: Alius alium confirmare: ne nomina darent: cum omni
bus potius: q̃ solos perituros: patres militarent: patres arma caperent: ne pe
nes eosdem pericula belli: penes quos premia essent. At uero curia mesta
ac trepida anciptiti metu & a ciue & abhoste: seruilium consulem, cui in
genium magis populare erat, orare: ut tantis circũuentam terroribus ex

24.

∴ fedum

pediret rem.p. Tum consul misso senatu in contionem prodit. Ibi curā
esse patribus ostendit: ut consulatur plebi: ceterum deliberationi de ma-
xima quidem illa: sed tamen parte ciuitatis metum pro uniuersa re.p. in
teruenisse: nec posse: cum hostes prope ad portas essent: bello preuertisse
quicq̄. Nec si sic laxanti aliquid: aut plebi honestum esse: nisi mercede p̄
uis accepta arma pro patria non cepisse: neq; patribus satis decorū per metū
potius: q̄ postmodo uoluntate afflictis ciuium suorum fortunis cōsuluisse.
Contioni deinde edicto addidit finem: quo edixit: ne quis ciuem romanū
uictum aut clausum teneret: quo minus ei nominis edendi apud consules
potestas fieret: ne quis militis donec in castris esset bona possideret: aut ue-
deret: liberos nepotes ue eius moraretur. Hoc proposito edicto & qui aderāt
nexi profiteri extemplo nomina. & undiq; ex tota urbe proripientium se
ex priuato: cum retinendi ius creditori non esset: concursus in forū ut sa-
cramento dicerent fieri. Magna ea manus fuit: neq; aliorū magis in uul-
sco bello uirtus atq; opera enituit. Consul copias contra hostem educit: par-
uo diuīante interuallo castra ponit. Proxima inde nocte uulsci discordia
romana freti: si qua nocturna transitio proditione fieri posset: tentant ca-
stra. Sensere uigiles: excitatus exercitus: signo dato concursum est ad ar-
ma. Ita frustra id inceptum uulscis fuit. Reliquum noctis utrinq; quieti
datum. Postero die prima luce uulsci fossis repletis uallum inuadunt: iāq;
ab omni parte munimenta uellebantur: cum consul quanq̄ cuneis undiq;
& nexi ante omnes ut signum daret clamabant: experiendi animos multi
tum causa paruper moratus: postq̄ satis apparebat ingens ardor: dato ta-
dem ad erumpendum signo militem auidum certaminis emittit: primo
statim incursu pulsi hostes: fugientibus quoad insequi pedes potuit terga
cesa: equos usq; ad castra pauidos egit. Mox ipsa castra legionibus circūda-
tis cum uulscos iam etiam pauor expulisset: capta direptaq;. Postero die
ad suessam pometiam quo confugerant hostes legionibus ductis intra
paucos dies opidum capitur: captum prede datum. Inde paulum recreā-
tus egens miles. Consul cum maxima gloria sua uictorem exercitum ro
mam reduxit. Decedentem romam ecetranorum uulscorum legati reb̄
suis timentes post pometiam captam adeunt. His ex senatus consulto data
pax: ager ademptus. Confestim & sabini romanos territauere. Tumultus
tum fuit uerius: q̄ bellum. Nocte in urbem nuntiatum est: exercitum sa-
binum predabundum ad anienem amnem peruenisse. Ibi passim diripi
atq; incendi uillas: Missus extemplo eo cum omnibus copis equitū. a. po-

25.

26.

stumius. qui dictator bello latino fuerat. Secutus consul seruilius cū de
lecta manu peditum. plerosq; palantes eqtes circūuenit: nec aduenienti
peditum agmēni restitit sabina legio. Fessi cum itinere: tum populatione
nocturna, magna pars in uillis repleti cibo uinoq; uix fugę quod satis es
set uirium habuere. Nocte una audito perfectoq; bello sabino postero die
in magna iam spe undiq; parte pacis legati auruncī senatum adeunt: ni
decedatur uulsco agro bellum indicentes. Cum legatis simul exercitus au
runcorum domo profectus erat: cuius fama haud procul iam ab aricia
in tanto tumultu conciuit romanos: ut nec consuli ordine patres: nec pa
catum responsum arma inferentibus arma ipsi capientes dare posset. Ari
ciam infesto agmine itur: nec procul inde cum auruncis signa collata &
prelio uno debellatum est. Fusis auruncis victor tot intra paucos dies bel
lis romanus promissa consulis fidemq; senatus expectabat. Cum appius &
insita superbia animo. & ut collegę uanam facere fidem: q̄ asperrime po
terat ius de creditis pecuniis dicere: deinceps & qui ante nexi fuerant cre
ditoribus tradebantur & necabantur alii. Quod ubi cui militi inciderat col
legam appellabat. Concursus ad seruilium fiebat: illius promissa iactabat:
illi exprobrabant sua quisq; belli merita cicatricesq; acceptas. Postulabant,
ut aut referret ad senatum: aut ut auxilio esset consul ciuibus suis: impe
rator militibus. Mouebant consulem hec: sed tergiuersari res cogebat:
adeo in alteram causam non collega solum preceps erat: sed omnis factio
nobilium. Ita medium se gerendo nec plebis uitauit odium: nec apud pa
tres gratiam inuit. Patres mollem consulem & ambitiosum rati: plebs falla
cem: breuiq; apparuit adequasse eum appii odium. Certamen consulibus
inciderat: uter dedicaret mercurii ædem. Senatus a se rem ad populum
reiecit. Vtri eorum dedicatio iussu populi data esset: eum preesse anno
nę: mercatorum collegium instituere: solemnia pro pontifice iussit su
scipere. Populus dedicationem ædis dat. m. letorio primi pili centurioni:
quod facile appareret: non tam ad honorem eius cui curatio altior fasti
gio suo data esset factum: q̄ ad consulum ignominiam. Seuire inde utiq;
consulum alter patresq;: Sed plebi creuerant animi: & longe alia q̄ primo
constituerant uia grassabantur. Desperato enim consulum senatusq; au
xilio cum in ius duci debitorem uidissent undiq; conuolabant: neq; de
cretum exaudiri consulis pre strepitu & clamore poterat: neq; cum de
cresset: quisq; obtemperabat. Vi agebatur: metus omnis & periculū liber
tatis cum in conspectu consulis singuli a pluribus uiolarentur: in credito

res a debitoribus uerterant. Super hæc timor incessit sabini belli delectuq
decreto nemo nomen dedit. furente appio & insectante ambitionē collegæ,
qui populari silentio rem.p. proderet: & ad id quod de credita pecunia iuſ
non dixisset adiiceret: ut ne delectum quidem ex senatusconsulto haberet:
non esse tamen desertam omnino rem.p. neq; proiectum consulare impe
rium: Se unum & suæ & patrum maiestatis uindicem fore. Cum circūsta
ret quotidiana multitudo licentia accensa: arripi unum insignem ducē
seditionum iussit. Ille cum a lictoribus iam traheretur prouocauit: nec
cessisset prouocationi consul: quia non dum bine erat populi iudicium: nisi egre
uicta pertinacia foret: consilio magis ac auctoritate principum: q̄ populi
clamore: adeo supererant animi ad sustinendam inuidiam. Crescere in
de malum in dies non clamoribus modo apertis: sed quod multo perni
tiosius erat: secessione occultisq; colloquiis. Tandem inuisi plebi consules ma
gistratu abeunt. Seruilius neutris: appius mire gratus. Aulus uerginius patribus 28.
inde &.c. uetusius consulatum ineunt. Tum uero plebs incerta quales ha
bitura consules esset: cætus nocturnos pars exquiliis, pars in auentino fa
cere: ne in foro subitis trepidaret consiliis: & omnia temere ac fortuito a
geret. Eam rem consules rati ut erat perniciosam ad patres deferunt: sed
delatam consulere ordine non licuit: adeo tumultuose excepta est clamo
ribus undiq; & indignatione patrum: si quod imperio consulari exequē
dum esset: inuidiam eius consules ad senatum reiicerent: profecto si esset
in re.p. magistratus: nullum futurum fuisse romæ, nisi publicum consi
lium. Nunc in mille curias contionesq; cum alia in exquiliis, alia in auē
tino fiant concilia: dispersam & dissipatam esse rem.p. Vnum hercule
uirum: id enim plus esse: q̄ consulem: qualis ap. claudius fuerit: momen
to temporis discussurum illos cætus fuisse. Correpti consules cum quid
ergo se facere uellent: nihil enim segnius mollius ue: q̄ patribus placeat
acturos percontarentur: decernunt ut delectum q̄ acerrimum habeant:
ocio lasciuire plebem. Dimisso senatu consules in tribunal ascendunt:
citant nominatim iuniores: cum ad nomen nemo responderet: circū
fusa multitudo in contionis modum negare ultra decipi plebem posse:
nunq̄ unum militem habituros: ni prestaretur fides: publicam liberta
tem unicuiq; priius reddendam esse: q̄ arma danda: ut pro patria cui
busq; non pro dominis pugnent. Consules quid mandatum esset a sena
tu uidebant: sed eorum qui intra parietes curiæ ferociter loquerentur
neminem adesse inuidiæ suæ participem. Et apparebat atrox cū plebe

certamen. Prius itaq. q̃ ultima experirentur: senatum iterum consulere placuit. Tum uero ad sellas consulum conuolauere minimus quisq. natu patrum: abdicare consulatu iubentes & deponere imperium: ad quod tuendum animus deesset: utraq. satis experta. Tum demum consules ne prechetum negetis patres conscripti: adest ingens seditio: postulamus ut hi qui maxime ignauiam increpant adsint nobis habentibus delectum. Acerrimi cuiusq. arbitrio quando ita placet rem agemus. Redeunt in tribunal: citari nominatum unum ex his qui in conspectu erant dedita opera iubet.

29.

Cum staret accitus & circa eum aliquot hominum ne forte uiolaretur constitisset globus: lictorem ad eum consules mittunt. Quo repulso: tum uero indignum facinus esse clamitantes: qui patrum consulibus aderant de tribunali: ut lictori auxilio essent. Sed a lictore nihil q̃ prehendere prohibito cum conuersus in patres impetus esset: consulum interciu rixa sedata ē.

∴ deuolant

Inqua tamen sine lapide: sine telo: plus clamoris atq. irarum q̃ iniuriae fuerat. Senatus tumultuose uocatus tumultuosius consulitur: questionem postulantibus his qui pulsati fuerant: decernente ferocissimo quoq. non sententiis magis: q̃ clamore & strepitu. Tandem cum ira resedisset exprobratibus consulibus nihilo plus sanitatis in curia: q̃ in foro esse: ordine consili cepit. Tres fuere sententiae. P. uergiuius rem non uulgabat. De his tantum qui fidem secuti. p. seruilii consulis uulsco aurunco sabinoq. militassent bello: agendum censebat. T. largius non id tempus esse: ut merita tatummodo exoluerentur: totam plebem aere alieno demersam esse: nec sisti posse: ni omnibus consulatur. Quin si alia aliorum sit conditio: accendi magis discordiam: q̃ sedari. Appius claudius & natura immitis & efferatus: hinc plebis odio: illinc patrum laudibus: non miseriis ait sed licentia tantam cōcitam turbam: & lasciuire magis plebem: q̃ seuire. Id adeo malum exp uocatione natum: quippe minas esse consulum non imperium: ubi ad eos qui una peccauerint prouocare liceat. Agedum inquit: dictatorem a quo non est prouocatio creemus: Iam hic quo nunc omnia ardent conticescet furor: pulset tum hic lictorem qui sciet ius de tergo uitaq. sua penes illum unum esse: cuius maiestatem uiolauit. Multis ut erat horrida & atrox uidebatur appii sententia. Rursus uergiuii largiiq. exemplo: haud salubrem utiq. largii putabant sententiam que totam fidem tolleret. Medium maxime & moderatum utroq. consilium uergiuii habebatur: Sed factione respectuq. rerum priuatarum que semper offecere officientq. publicis consiliis appius uicit: ac prope fuit ut dictator ille idē

30.

crearetur. Quae res utiq; alienasset plebem periculosissimo tempore: cui uul
sci equiq; & sabini forte una omnes in armis essent. Sed curae fuit consuli
bus & senioribus patrum: ut imperium natura sua uehemens mansueto
permitteretur ingenio. Marcum ualerium dictatorem uolesi filiū cre
ant. Plebs & si aduersus se creatum dictatorem uidebat: tamen cum pro
uocationem sacris lege haberet: nihil ex ea familia triste nec superbum
timebat. E dictum deinde a dictatore propositum confirmauit animos:
seruili fere consulis edicto conueniens. Sed & homini & potestati melius
rati credi: omisso certamine nomina dedere. Quantus nunq; exercitus ante
legiones decem effecte. Ternae unde date consulibus: quatuor dictator usus.
Nec iam poterat bellum differri. Equi latinum agrum inuaserant. Oratores
latinorum a senatu petebant: ut aut mitterent subsidium: aut se ipsos tu
endorum finium causa capere arma sinerent. Tutius uisum est defendi
inermes latinos: q; pati retractari arma. Vetusius consul missus est. Is finis
populationis fuit. Cessere equi campis: locoq; magis: q; armis freti summis
se iugis montium tutabantur. Alter consul in uulscos profectus ne & ipse
tereret tempus uastandis maxime agris hostem ad conferenda propius
castra dimicandumq; acie excuit. Medio inter castra campo ante sui
quisq; uallum infestis signis constitere. Multitudine aliq;tum uulsci su
perabant. Itaq; effusim & contempti pugnam iniere. Consul romanus nec
promouit aciem: nec clamorem reddi passus defixis pilis stare suos iussit.
Vbi ad manum uenisset hostis: tum coortos tota ui gladius rem gerere. Vul
sci cursu & clamore fessi cum se uel stupentibus metu intulissent romanis.
postq; impressionem sensere ex aduerso factam & ante oculos micare gla
dios: haud secus: q; insidias incidissent turbati uertunt terga. Et ne ad fu
gam quidem satis uirium fuit: quia cursu in prelium ierant. Romani cō
tra qui a principio pugne quieti steterunt uigentes corporibus facile adep
ti fessos & castra impetu ceperunt: & castris exutum hostem uelitras per
secuti uno agmine victores cum uictis in urbem irrupere: plusq; ibi sangui
nis promiscua omnium gentis caede: q; in ipsa dimicatione factum. Paucis
data uenia: qui inermes in deditionem uenere. Dum hec in uulscis gerū
tur: dictator sabinos ubi longe plurimum belli fuerat fundit fugatq;
exuitq; castris. Equitatu immisso mediam turbauerat hostiū aciem: qua
dum se cornua lateri pandunt, parum apte introrsum ordinibus aciem
firmauerant. Turbatos pedes inuasit: Eodem impetu capta castra debel
latumq; est. Post pugnam ad regillum lacum non alia illis annis pugna cla

at : fratris

31.

rior fuit. Dictator triumphans urbem inuehitur. Super solitos honores locus in circo ipsi posterisq; ad spectaculum datus. Sella in eo loco curulis posita. Vulscis deuictis ueliternus ager ademptus. Velitras coloni ab urbe missi & colonia deducta. Cum equis post aliq̃to pugnatum est inuito quidem consule: quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. Sed milites extrahi rem criminantes: ut dictator prius q̃ ipsi redirent in urbe magistratu abiret: ꝛ̃ uitaq; sicut ante consulis promissa eius caderet perpulere: ut forte temere in aduersos montes agmen erigeret. Id male commissum ignauia hostium in bonum uertit: qui prius q̃ ad coniectum teli ueniretur: obstupefacti audacia romanorum relictis castris, que in munitissimis tenuerant locis in aduersas ualles desiliere: ubi satis prede & victoria incruenta fuit. Ita trifariam re bello bene gesta de domesticarum rerum euentu nec patribus nec plebi cura decesserat. Tanta cum gratia, tum arte preparauerant feneratores: que no modo plebem: sed ipsum etiam dictatorem frustrarentur. Nanq; ualerius post uetusti consulis reditum omnium actionum in senatu prima habuit pro uictore populo: retuliq; quid de nexis fieri placeret. Que cum reiecta relatio esset: Non placeo inquit concordie auctor. Optabitis mediusfidius prope diem: ut mei similes romana plebs patronos habeat. Quod ad me attinet: neq; frustrabor ultra ciues meos: neq; ipse frustra dictator ero: & discordie intestine bellum externum fecere: ut hoc magistratu egeret res. p. Pax foris parta est: domi impeditur: priuatus potius: q̃ dictator seditioni interero. Ita curia egressus dictatura se abdicauit. Apparuit causa plebi suam uicem indignantem magistratu abisse. Itaq; uelut persoluta fide: q̃m per eum non stetisset, quin p̃ staretur. Decedentē domum cum fauore ac laudibus prosecuti sunt.

32. Timor inde patres incessit: ut si dimissus exercitus foret: rursus cetus occulti coniurationesq; fierent. Itaq; quanq̃ per dictatorem delectus habitus esset: tamen q̃m in consulum uerba iurassent: sacramento teneri militem rati per causam renouati ab equis belli educi ex urbe legiones iussere. Quo facto maturata est seditio. Et primo agitatum dicitur de cōsulum cede: ut soluerentur sacramento. Doctos deinde nullam scelere religionem exolui: Sicinio quodam auctore iniussu consulum in sacru montem secessisse: transanienem amnem tria ab urbe milia passuum.

. Secessio plebis a pribus.

Ea frequentior fama est: q̃ cuius piso est auctor: in auentinum secessionē factam esse. Ibi sine ullo duce uallo fossaq; communitis castris quieti re

nullam nisi necessariam ad uictum sumendo, per aliquot dies neq, lacessiti, neq, lacessentes se se tenuere. Pauor ingens in urbe metuq, mutuo suspensa erant omnia. Timere relicta a suis plebs uiolentiam patrum. timere patres residem in urbe plebem: incerti manere eam, an abire mallent. q̃ diu autē tranquillam, que secesserit, multitudinem fore. quid futurum deinde: si quod externum interim bellum existat. nulla profecto nisi in concordia ciuium spem reliquam ducere: eam per equa per iniqua reconciliandam ciuitati esse. Placuit igitur oratorem ad plebem mitti. Menenium agrippam facundum uirum & quod inde oriundus erat, plebi carum. Is intromissus in castra prisco illo dicendi & horrido modo nihil aliud, q̃ hoc narrasse fertur. Tempore, quo in homine non ut nunc omnia in unum consentiebant: sed singulis membris suum cuiq, consilium, suus sermo fuerit: indignatas reliquas partes sua cura suo labore ac ministerio uentri omnia queri: uentrem in medio quietum nihil aliud, q̃ datis uoluptatibus frui. Conspirasse inde: ne manus ad os cibum ferrent: nec os acciperet datum: nec dentes conficerent. Hac ira dum uentrem fame domare uellent: ipsa una membra totumq, corpus ad extremam tabem uenisse. Inde apparuisse uentris quoq, haud segne ministerium esse: nec magis ali, q̃ alere eum reddentem nutrimentum in omnes corporis partes: hunc, quo uiuimus uigemusq, diuisum pariter in uenas mature confecto cibo sanguinem. Comparando hinc, q̃ intestina corporis seditio similis esset ire plebis in patres: flexisse mentes hominum. Agi deinde de concordia ceptum: concessumq, in conditiones: ut plebi sui magistratus essent sacrosancti: quibus auxilii latio aduersus cōsules esset: neue cui patrum capere eum magistratum liceret. Ita tribuni plebei creati duo. c. licinius & .l. albinus. Hi tres collegas sibi creauerunt: In his licinium fuisse seditionis auctorem: De duobus, qui fuerit, minus conuenit. Sunt, qui duos tantum in sacro monte creatos tribunos esse dicant: ibiq, sacratam legem per secessionem plebis. Spurius cassius & postumius cominius consulatum inierunt. His consulibus cum latinis populis icitum fedus. Ad id feriendum consul alter rome mansit alter ad uulscum bellum missus antiates uulscos fundit fugatq,. Compulsos in opidum longulam persecutus menibus potitur. Inde protinus mucamitem uulscorum cepit. Tunc magna ui adortus est coriolos. Erat tum in castris inter primores iuuenum .cn. martius adolescens & consilio & manu promptus, cui cognomen postea coriolano fuit. Cum subito exercitū

.Menenius agrippa.

.Fabula.

33.

.Cn. marti' coriolanus.

romanum coriolos obsidentem: atq. in opidanos quos intus clusos habebat
intentum: sine ullo metu extrinsecus imminentis belli uulscae legiones
profecte ab antio inuasissent: eodemq. tempore ex opido erupissent hostes:
forte in statione martius fuit. Is cum delecta militum manu non modo
impetum erumpentium retudit: sed per patentem portam ferox irru-
pit: cedeq. in proxima parte urbis facta ignem temere arreptis imminē-
tibus muro edificiis iniecit. Clamor inde opidanorum mixtus muliebri
pueriliq. ploratu ad terrorem ut solet primo ortus, & romanis auxit ani-
mum & turbauit uulscos: utpote capta urbe: qui ad ferendam opem ue-
nerant. Ita fusi uulsci antiates: corioli opidum captum. Tantumq. sua lau
de obstitit famae consulis martius: ut nisi fedus cum latinis columna enea
insculptum monumento esset: a sp. cassio uno quia collega abfuerat rectū:
Postumium cominium bellum gessisse cum uulscis memoria cessisset. Eodē
anno agrippa menenius moritur uir omni uita patribus pariter ac plebi
carus: post secessionem carior plebi factus. Huic interpreti arbitroq. cōcor-
diae ciuium legato patrum ad plebem, reductori plebis romanae in urbē
sumptus funeri defuit. Extulit eum plebs sextantibus collatis in capita.
34. Consules deinde .t. geganius .p. minucius facti. Eo anno cum & foris quieta
omnia a bello essent & domi sanata discordia: aliud multo grauius malum
ciuitatem inuasit. Caritas primum annonae ex incultis per secessionem ple-
bis agris: Fames deinde: qualis clausis solet: uentumq. ad interitum seruitio
rum, utiq. & plebis esset: ni consules prouidissent: dimissis passim ad frume-
tum coemendum non in etruriam modo dextris ab ostia litoribus leuoq.
per uulscos mari usq. ad cumas: sed quaesitum in siciliam quoq.: adeo finitimo
rum oris longinquis coegerant indigere auxiliis. Frumentum cumis cū
coemptum esset naues pro bonis tarquiniorum ab aristodemo tyranno qui
heres erat retente sunt. In uulscis pomptinoq. ne emi quidem potuit: peri
culum quoq. ab impetu hominum ipsis frumentatoribus fuit. Ex tuscis fru
mentum tyberi uenit: eo sustentata est plebs. Incommodo illo in tam arctis
commeatibus uexati forent: ni uulscos iam mouentes arma pestilentia inges
tuasisset. Ea clade conterritis hostium animis: ut etiam ubi ea remisisset ter-
rore aliquo tenerentur. Et relictos auxere numerum colonorum romani:
& norbe in montis nouam coloniam, quae arx in pomptino esset miserunt.
.M. minucio deinde & ap. sempronio consulibus magna uis frumenti ex sici
lia aduecta: Agitatumq. in senatu, q̄tum plebi daretur. Multi uenisse tē
pus premendae plebis putabant, recuperandique iura, quae extorta secessione

uelitis

ac ui patribus essent. In primis martius coriolanus hostis tribunitiae potesta
tis: Si annonam inquit ueterem uolunt: ius pristinum reddant patribus.
Cur ego plebeios magistratus: cur sicinium petentem uideo? sub iugum mis-
sus tanq̃ a latronibus redemptus. Ego ne has indignitates diutius patiar: q̃
necesse est? Tarquinium regem qui non tulerim sicinium feram? Sece-
dat nunc: auocet plebem: patet uia in sacrum montem aliosq; colles. Ra
piant frumenta ex agris nostris: quemadmodum tertio anno rapuere?
fruantur: utantur annona, quam furore suo fecere? Audeo dicere hoc
malo domitos ipsos potius cultores agrorum fore: q̃ ut armati per seces-
sionem coli prohibeant. Haud tam facile dictu est: faciendum ne fuerit:
q̃ potuisse arbitror fieri: ut conditionibus laxandi annonam & tribuni
tiam potestatem: & omnia inuitis iura imposita patres demerent sibi. Et
senatui nimis atrox uisa sententia est: & ira plebem prope armauit? fa-
me se iam sicut hostes peti: cibo uictuq; fraudari: peregrinum frumen-
tum, quae sola alimenta ex insperato fortuna dederit abore rapi: nisi en.
martio uincti dedantur tribuni: nisi de tergo plebis romanae satisfiat?
eum sibi carnificem nouum exortum: qui aut mori, aut seruire iube
at. In exeuntem e curia impetus factus est: ni peroportune tribuni diem
dixissent: ibi ira suppressa est: Se uidicem quisq; se dominum uite necisq;
inimici factum uidebat. Contemptim primo martius audiebat minas tri
bunitias: auxilii non pene uis datum illi potestati: plebisq; non patrum tri
bunos esse. Sed adeo infensa erat coorta plebs: ut unius pena defungen
dum esset patribus. Restiterunt tamen aduersa inuidia: usiq; sunt quam
suis quisq. quã totius ordinis uiribus. Ac primo tentata res est: si dispositis
clientibus absterrendo singulos a contionibus conciliisq; disicere rem pos
sent. Vniuersi deinde processere qui aderant patrum: reos diceres: preci
bus plebem exposcentes: unum sibi ciuem, unum senatorem si innocentẽ
absoluere nollent: pro nocente donarent. Ipse cum die dicta non adesset perseueratum in ira est.
damnatus absens in uulscos exulatum abiit minitans patriae hostilesq; tã
tum spiritus gerens. Venientem uulsci benigne excepere: benigniusq; in
dies colebant: quo maior ira in suos eminebat: Crebriq; nunc querelae,
nunc minae percipiebantur. Accii tullii longe is tum princeps uulsci no
minis erat romanis semper infestus: ira cum alterum uetus odium alte
rum ira recens stimularet? consilia conferunt de romano bello. Haud fa
cile credebant plebem suam impelli posse: ut totiens infeliciter tentata
arma caperent: Multis saepe bellis pestilentia postremo amissa iuuẽtute

∴ pollentem ꝓ

35.

. Coriolanus exulat.

∴ Hospitio utebatur

. Ludi magni. 36.

fractos spiritus esse. Arte agendum in excoleto iam uetustate odio: ut
recenti aliqua ira exacerbarentur animi. Ludi forte ex instauratione
magni romae parabantur. Instaurandis hac causa fuerat ludis. Mane
seruum quidam pater familias non dum commisso spectaculo sub furca
caesum medio egerat circo. Cepti inde ludi: uelut ea res nihil ad religio
nem pertinuisset. Haud ita multo post. t. latinio de plebe homini
somnium fuit: uisus iupiter dicere sibi. ludi presultatorem displicuis
se: nisi magnifice instaurentur hi ludi. periculum urbi fore: Ire: ea
consulibus nuntiaret: haud sane liber erat religione animus: uerecu
dia tamen maiestatis magistratuū timorē uicit: ne in ora hominum
pro ludibrio abiret. Magno illi ea cunctatio stetit: filium nanq; inter
paucos dies amisit. Cuius repentinae cladis ne causa dubia esset: egro ani
mi eadem illa in somnis obuersata species uisa est rogitare: Satin ma
gnam spreti numinis haberet mercedem: maiorem instare: ni ea pro
pere annuntiet consulibus. Iam presentior res erat: cunctantem tū
ac prolatantem ingens uis morbi adorta est debilitate subita. Tunc
enim uero deorum ira admonuit: Fessus igitur malis preteritis insta
tibus consilio propinquorum adhibito cum uisa & audita & obuersa
tum totiens somno iouem minas iraq; celestes representatas casibus su
is exposuisset: consensu inde haud dubie omnium qui aderāt in forū
ad consules lectica defertur. Inde in curiam iussu consulum delatus
eadem illa cum patribus ingenti omnium admiratione narrasset: ec
ce aliud miraculum: qui captus omnibus membris delatus in curiam
esset: eum functum officio pedibus suis domum rediisse traditum me
37. morie est. Ludi q̄ amplissimi ut fierent senatus decreuit. Ad eos lu
dos auctore accio tullio uis magna uulscorum uenit. Prius q̄ commit
terentur ludi Tullius ut domi compositum cum martio fuerat ad cō
sules uenit: dicit esse quae secreto agere de re. p. uelit arbitris remotis.
Inuitus inquit quo sequi iussi de meis ciuibus loquor: non tamen admis
sum quicq̄ ab his criminatum uenio: sed cautum ne admittant. Nimio
plus q̄ uelim nostrorum ingenia sunt mobilia: multis id cladibus sensi
mus: quippe qui non nostro merito: sed uestra patientia incolumes su
mus. Magna hic nunc uulscorum multitudo est: ludi sunt: spectaculo
intenta ciuitas erit. Memini quid per eandem occasionem a sabinoy
iuuentute in hac urbe commissum sit: horret animus ne quid incon
sulte ac temere fiat. Hec nostra causa uestraq; prius dicenda uobis con

sules ratus sum: Quod ad me attinet: extemplo hinc domum abire in animo est: ne cuius facti dicti ue contagione praesens uoler. Haec locutus abiit. Consules cum ad patres rem dubiam sub auctore certo detulissent: auctor magis ut fit: q̃ res ad precauendum uel ex superuacuo mouit: fcoq, senatus consulto: ut urbe excederent uulsci: precones dimittuntur: ut eos omnes proficisci ante noctem iuberent: ingens pauor primo discurrentes ad suas res tollendas in hospitia pertulit. Proficiscentibus deinde indignatio oborta: se ut conscelerates contaminatosq, a ludis festis diebus cetu quodammodo hominum deorumq, abactos esse. Cum prope continuato agmine irent: pregressus tullius ad campum ferentinum: ut quisq, euenirent: primores eorum excipiens querendo indignandoq, & eos ipsos sedulo audientes secunda ire uerba: & per eos multitudinem alia in subiectum ire campum deduxit. Ibi in contionis modum orationem exorsus uetere populi r: iniurias cladesq, gentis uulscorum: Vt omnia unquit obliuiscamini alia: hodiernam hanc contumeliam quo tandem animo ferts: qua per nostram ignominiam ludos commisere. An non sensistis triumphatum hodie de uobis esse: Vos omnibus ciuibus peregrinis tot populis spectaculo abeuntes fuisse: Vestras coniuges: uestros liberos traductos per ora hominum: Quid eos qui audiuere uocem praeconis: quid qui uos uidere abeuntes: quid eos qui huic ignominioso agmini fuere obuii existimasse putatis: nisi aliquid profecto nefas esse: quod si interfimus spectaculo uiolaturi simus ludos piaculumq, meriturl. Ideo nos a sede piorum cetu conciliioq, abigi. Quid deinde illud: non succurrit uiuere uos quia maturauimus proficisci: si haec profectio & non fuga est. Et hac urbem uos non hostium dicitis: ubi si unum diem morati essetis moriendum omnibus fuit: Bellum uobis indictum est: magno eorum malo, qui indixere: si uiri estis. Ita & sua sponte irarum plen & incitati domos inde digressi sunt: Incitandoq, suos quisq, populos effecere: ut omne uulscum nom deficeret. Imperatores ad id bellum de omnium populorum sententia lecti acciius tullius & en martius exul romanus: in quo aliqto plus spei repositum. Quam spem nequaq̃ fefellit: ut facile appareret: ducibus ualidiore q̃ exercitu rem romanam esse. Circeios profectus primum colonos inde romanos expulit: liberamq, eam urbem uulscis tradit. Inde in latinam uia traiectis tramitibus transgressus Satricum, longulam & polusca: coriolos, nouellam: haec romanis ademit. Inde lauinium recepti. Tum deinceps corbionem: uitellam: trebium: labicos: pedum cepit. Postremum ad urbem apedo

finitimis

38.

39.

Not.

ducit & ad fossas cluuillas quinq; ab urbe milia passuum castris positis po
pulatur inde romanum agrum custodibus inter populatores missis qui
patritiorum agros intactos seruarent: siue infensus plebi magis: siue ut
discordia inde inter patres plebemq; oriretur. Que profecto orta esset: adeo
tribuni iam ferocem per se plebem criminando in primores ciuitatis insti
gabant. Sed externus timor maximum concordie uinculum: quis suspe
ctos infensosq; inter se iungebat animos. Id modo non conueniebat: quod
senatus consulesq; nusq; alibi spem: q; in armis ponebant: plebs omnia: q;
bellum malebat. Spurius nautius iam & sex. furius consules erat. Eos re
censentes legiones presidia per muros aliaq; in quibus stationes uigiliasq;
esse placuerat loca distribuentes: multitudo ingens pacem poscentium
primum seditioso clamore conterruit: Deinde uocare senatum: referre
de legatis ad. cn. martium mittendis coegit. Acceperunt relationem pres.
Postq; apparuit labare plebis animos: missiq; de pace ad martium oratores
atrox responsum retulerunt: Si uulscis ager redderetur: posse agi de pa
ce: Si preda belli per ocium frui uelint: memorem se & ciuium iniurie
& hospitum beneficii ammisurum: ut appareat exilio sibi irritatos animos
non fractos esse. Iterum deinde idem missi non recipiuntur in castra. Sa
cerdotes quoq; suis insignibus uelatos isse supplices ad castra hostium tradi
tum est: nihilo magis q; legatos flexisse animum. Tum matrone ad ue
turiam matrem coriolani uolumniaq; uxorem frequentes coeunt. Id pu
blicum consilium. an muliebris timor fuerit: parum inuenio. Peruiccere
certe: ut & ueturia magno natu mulier & uolumnia duos paruulos ex
martio ferens filios secum in castra hostium irent. Et qm armis uiri de
fendere urbem non possent: mulieres precibus lachrymisq; defenderet.
Vbi ad castra uentum est: nuntiatumq; est coriolano adesse ingens mulier
agmen: primo ut qui nec publica maiestate in legatis, nec in sacerdotib
tanta effusa oculis animoq; religione motus esset: multo obstinatior ad
uersus lachrymas muliebres erat. Deinde familiarium quidam qui ob
insignem mestitiam inter ceteras cognouerat ueturiam inter nurum nepo
tesq; stantem: Nisi me frustrantur inquit oculi: mater tibi coniuxq; & li
beri adsunt. Coriolanus prope ut amens consternatus a sede sua cum fer
ret matri obuie complexum: mulier in iram ex precibus uersa: Sine pri
us q; complexum accipio sciam inquit ad hostem, an ad filium uenerim:
captiua mater ne in castris tuis sim. In hoc me longa uita & senecta infe
lix traxit: ut exulem te: deinde hostem uiderem. Potuisti populare hac

40.

Verba ueturie mris ad co
riolanum.

terram quae te genuit atq. aluit? Non tibi quis infesto animo & minaci
peruenerat ingredienti fines ira cecidit? Non cum in conspectu roma fu-
it succurrit: intra illa menia domus ac penates mei sunt: mater: coniux
liberiq.? Ergo ego nisi peperissem roma non oppugnaretur: nisi filiū habe-
rem libera in libera patria mortua essem. Sed ego nihil iam pati nec tibi
turpius: q̄ mihi miserius possum: nec ut sim miserrima diu futura sum. De
his uideris: quos si pergis aut immatura mors: aut longinqua seruitus manet.
Vxor deinde ac liberi amplexi fletusq. ab omni turba mulierum ortus & cō-
ploratio sui patriaeq. fregere tandem uirum. Complexus inde suos dimittit:
& ipse retro ab urbe castra mouit. Abductis deinde legionibus ex agro ro-
mano inuidia rei oppressum perisse tradunt. Alii alio loco: Apud fabium
longe antiquissimum auctorem usq. ad senectutem uixisse eum inuenio.
Refert certe hanc sepe eum excacta aetate usurpasse uocem: multo miserius
seni exilium esse. Non inuiderunt laudes suas mulieribus uiri romani adeo
sine obtrectatione gloriae alienae uiuebatur. Monumentum quoq. quod
esset templum fortunae muliebri aedificatum dedicatumq. est. Rediere
deinde uulsci adiunctis equis in agrum romanum. Sed equi accium tullium
haud ultra tulere ducem. Hinc ex certamine uulsci equi ne imperatorem
coniuncto exercitui darent seditio. deinde atrox prelium ortum. Ibi for-
tuna populi .r. duos hostium exercitus haud minus pernitiose: q̄ pertina-
ci certamine confecit. Consules .t. sifinius & .cn. aquilius: Sicinio uulsci. aq
lio hernici: nam hi quoq. in armis erant; prouincia euenit. Eo anno herni
ci deuicti. Cum uulsis aequo marte discessum est. Sp. cassius deinde & pro-
culus uerginius consules facti: Cum hernicis fedus ictum. Agri partes duae
adempte. Inde dimidium latinis dimidium plebi diuisurus consul cassius
erat. Adiuuebat hunc muneri agri aliq̄tum: quem publicum possideri a
priuatis criminabatur. Id multos quidem patrum ipsos possessores periculo
rerum suarum terrebat. Sed & publica patribus solicitudo inerat: Largi
tionem consulem periculosas libertati opes struere. Tunc primum lex agra-
ria promulgata. Nunq̄ deinde usq. ad hanc memoriam sine maximis moti-
bus rerum agitata. Consul alter largitioni resistebat auctoribus patribus:
nec omni plebe aduersante: que primo ceperat fastidire munus uulga-
tum a ciuibus esse in socios. Sepe deinde & uerginium consulem in con-
tionibus uelut uaticinantem audiebat pestilens collegae munus esse: Agros
illos seruitutem his qui acceperant laturos: regno uiam fieri. Quid ita
enim assumi socios & nomen latinum? Quid attinuisset hernicis paulo

41.

ante hostibus capti agri partem tertiam reddi: nisi ut hæ gentes pro coriolano duce cassium habeant. Popularis iam esse dissuasor & intercessor legis agrariæ ceperat. Vterq; deinde consul certatim plebi indulgere: Verginius dicere: passurum se assignari agros: dum ne cui nisi ciui romano assignentur. Cassius quia in agraria largitione ambitiosus in sociis; eoq; ciuibus uilior erat: ut alio munere sibi reconciliaret ciuium animos iubere pro siculo frumento pecuniam acceptam retribui populo. Id uero haud secus: q̃ presentem mercedem regni aspernata plebs: Adeo per suspicionem insitam regni uelut abundarent: omnia munera eius in animis hominum respuebantur: quem ubi primum magistratu abiit damnatum necatumq; constat. Sunt qui patrem auctorem eius supplicii ferant: Eum cognita domi causa uerberasse ac necasse: peculiumq; filii cereri consecrauisse: Signum inde factum esse: & inscriptum ex cassia familia datum. Inuenio apud quosdam idq; propius fidem est: a q̃ storibus cesone fabio & .l. ualerio diem dictam perduellionis damnatiq; populi iudicio: dirutas publice ædes. Ea est area ante telluris ædem.

Latinos

42.

Cæterum siue illud domesticum siue publicum fuit iudicium: damnatur Seruio cornelio .q. fabio consulibus. haud diuturna uia populi in cassium fuit dulcedo agrariæ legis ipsa per se dempto auctore subibat animos: accensaq; ea cupiditas est malignitate patrum: qui deuictis eo anno uolscis equisq; militem præda fraudauere. Quicquid captum ex hostibus est uendidit fabius consul ac redegit in publicum. Inuisu erat fabium nomen plebi propter nouissimum consulem: obtinuere tamen patres: ut cum .l. emilio ceso fabius consul crearetur. Eo infestior facta plebs seditione domestica bellum externum exciuit: Bello deinde ciuiles discordiæ intermisse. Vno animo patres ac plebs rebellantes uolscos & equos duce emilio prospera pugna uicere: Plus tamen hostium fuga q̃ prelium absumpsit: adeo pertinaciter fusos insecuti sunt equites. Castoris ædes eodem anno idibus quintilibus dedicata est. Vota erat latino bello postumio dictatore. Filius et duumuir ad ipsu creatus dedicauit. Solicitati & eo anno sunt dulcedine agrariæ legis animi plebis. Tribuni plebis popularem potestatem populari lege celebrabant. Patres satis supq; gratuiti fauoris in multitudine credentes esse: largitionis temeritatisq; inuitamenta horrebant. Acerrimi patribus duces ad resistendu consules fuere. Ea uero pars rei .p. uicit: nec in presens modo sed in uenientem etiam annum .m. fabium cesonis fratrem & magis inuisum alteru

plebi accusatione sp. cassiū. l. ualerium consules dedit. Certatum quoq;
eo anno cum tribunis est. Vana lex uaniq; legis auctores iactando ir-
ritum munus facti. Fabium inde nomen ingens post tres continuos con-
sulatus unoq; uelut tenore omnes expertos tribunitis certaminibus ba-
bitum. Itaq; ut bene locatus mansit in ea familia aliq̃diu honos. Bellū
inde uehiens initium & uulsci rebellarunt. Sed ad bella externa prope
supererat uires: abutebanturq; his inter se met ipsos certando. Accesse-
re ad egras iam omnium mentes prodigia celestia, prope quotidianas
in urbe agrisq; ostentantia minas: Motiq; ira numinis causam nullam
aliam uates canebant publice priuatimq; nunc extis nunc per aues cō-
sulti: q̃ haud rite sacra fieri. Qui terrores tamen eo euasere: ut oppia
uirgo uestalis damnata incesti penas dederit. Q. fabius deinde & c. tul-
lius consules facti. Eo anno non segnior discordia domi & bellum foris
atrocius fuit. Ab equis arma sumpta. Vehientes agrum quoq; romanū
populantes inierunt. Quorum bellorum crescente cura ceso fabius &
sp. furius consules fiunt. Ortonam latinam urbem equi oppugnabant.
Vehientes pleni iam populationum romam ipsam se oppugnaturos mina-
bantur. Qui terrores cum compescere deberent auxerunt insuper ani-
mos plebis: redibatq; non sua sponte plebi mos detrectandi militiā. Sed
sp. licinius tribunus pl. uenisse tempus ratus per ultimam necessitatē le-
gis agrariæ patribus iniungendæ susceperat rem militarem impedien-
dam. Ceterum tota inuidia tribunitiæ potestatis uersa in auctorem est.
Nec in eum consules acrius: q̃ ipsius eius collegæ coorti sunt: auxilioq; eoq;
delectum consules habent. Ad duo simul bella exercitus scribitur duce-
dus: fabio in uehientes in equos furio datur. Et in equis quidem nihil
dignum memoria gestum est. Fabio aliq̃to plus negotii cum ciuibus:
q̃ cum hostibus fuit. Vnus uir ille ipse consul rem p. sustinuit: quā exer-
citus odio consulis q̃tum in se fuit prodebat. Nam cum consul preter
ceteras imperatorias artes quas parando gerendoq; bello edidit pluri-
mas: ita instruxisset aciem: ut solo equitatu emisso exercitum hostiū
funderet: insequi fusos pedes noluit. Nec illos & si non adhortatio inui-
si ducis suum saltem flagitium & publicum in presentia dedecus: postmo-
do periculum si animus hosti redisset: cogere potuit gradum accelera-
re: aut si aliud nihil instaret: instructos. Inuissu signa referunt: mestiq;
crederes uictores execrantes nunc imperatorem: nunc nauatam abeq;
te operam redeunt in castra. Nec huic tam pestilenti exemplo remedia

43.

ulla ab imperatore quesita sunt: adeo excellentibus ingeniis ciuius defue
rit ars qua ciuem regant: q̃ qua hostem superent. Consul romam redit
non tam belli gloria aucta: q̃ irritato exacerbatoq; in se militum odio. Ob
tinuere tamen patres: ut in fabia gente consulatus maneret. M. fabiũ cõ
44. sulem creant. Fabio collega. cn. mamiliũs datur. Et hic annus tribunũ au
ctorem legis agrariæ habuit: Tatius pontificius fuit. Is eandem uiã uelut
processit sp. licinius ingressus delectum pauliſper impediit. Perturbatis ite
rum patribus appius claudius uetam tribunitiam potestatem dicere po
re anno: in presentia re ipsa: exemplo in perpetuum: quando inuentũ sit
suis ipsam uiribus dissolui. Neq; enim unq̃ defuturum qui ex collega
uictoriam sibi & gratiam melioris partis bono publico uelit quesitã. Et
plures si pluribus opus sit tribunos ad auxilium consulum paratos fore:
& unum uel aduersus omnes satis esse: Darent modo & consules & primo
res patrum operam: ut si minus omnes: aliquos tamen ex tribunis rei. p.
ac senatui reconciliarent. Preceptis appii moniti pres & uniuersi comiter
ac benigne tribunos appellare & consulares: ut cuiq; eorum priuatim ali
quid iuris aduersus singulos erat: partim gratia: partim auctoritate ob
tinuere: ut tribunitiæ potestatis uires salubres uellent rei. p. esse: nouẽq;
tribunorum aduersus unum moratorem publici commodi auxilio de
lectum consules habent. Inde ad uebiens bellum profecti quo undiq;
ex etruria auxilia conuenerant non tam uebientiũ gratia concitata:
q̃ quod in spem uentum erat: discordia intestina dissolui rem romanã
posse: Principes in omnium etruriæ populorum conciliis fremebant: eter
nas opes esse romanas: nisi inter se met ipsi seditionibus seuiant. Id unũ
uenenum eam labem ciuitatibus opulentis repertam: ut magna impe
ria mortalia essent: Diu sustentatum id malum: partim patrum consi
lis: partim patientia plebis: Iam ad extrema uenisse: duas ciuitates ex u
na factas: suos cuiq; parti magistratus suas leges esse. Primũ in delectib;
seuire solitos eosdem in bello tamen paruisse ducibus: qualicunq; urbis sta
tu manente disciplina militari stari posse. Iam non parendi magistratib;
morem in castra quoq; romanum militem sequi. Proximo bello in ipsa
acie in ipso certamine: consensu exercitus traditam ultro uictoria uictis
equis: signa deserta: imperatorem in acie relictũ: inuissu in castra reditũ:
profecto si instetur: suo milite uinci romam posse. Nihil aliud opus esse:
q̃ indici ostendiq; bellum. Cætera sua sponte fata & deos gesturos. Hæ spes
45. etruscos armauerant: multis inuicem casibus uictos uictoresq;. Cõsules quoq;

romani nihil preterea aliud: q̃ suas uires sua arma horrebant: memoria pes-
simi proximo bello exempli terrebantur: ne rem committerent eo: ubi due
acies simul timendæ essent. Itaq; castris se tenebant tam ancipiti periculo
auersi: diem tempus forsitan ipsum leniturum iras sanitatemq; animis alla
turum. Vehiens hostis etiusciq; eo magis prepropere agere: lacessere ad pu
gnam primo obequitando castris prouocandoq;. Postremo ut nihil moue
bant: quã consules ipsos: quã exercitum increpando simulationem intesti
næ discordiæ remedium timoris inuentum. Et consules magis non con
fidere: q̃ non credere suis militibus. Nouum seditionis genus silentium
ocium q; inter armatos. Ad hæc in nouitate generis originisq; qua uera,
qua falsa iacere. Hæc cum sub ipso uallo portasq; streperent: haud egre
consules pati. At imperite multitudini nunc indignatio nunc pudor pe
ctora uersare: & ab intestinis auertere malis: nolle inuictos hostes: nolle
successum: non patribus: non consulibus: Externa & domestica odia certa
re in animis: tandem superant externa. adeo superbe insolenterq; hostis
eludebat. Frequentes in prætorium conueniunt: poscunt pugnam: po
stulant: ut signum detur. Consules uelut deliberabundi: capita confe
runt: diu collocuntur: pugnare cupiebant: Sed retro reuocanda & addẽ
da cupiditas erat: ut aduersando remorando q; incitato semel militi adde
rent impetum: redditur responsum: immaturam rem agi: non dũ tẽpus
pugnæ esse: castris se tenerent: Edicunt inde: ut abstineant pugna: siq;
imissus pugnauerit: ut in hostes animaduersurus. Ita dimissis: quo mi
nus consules uelle credunt crescit ardor pugnandi. Accendunt insuper
hostes ferocius multo: ut statuisse non pugnare consules cognitum est: qppe
impune se insultaturos: non credi militi arma: rem ad ultimum seditio
nis erupturam finemq; uenisse romano imperio. His freti occursant por
tis: ingerunt probra. Egre abstinent: quin castra oppugnent. Enim ue
ro non ultra contumeliam pati romanos posse: totis castris undiq; ad con
sules curritur: non iã sensim ut ante per centurionum principes postulãt:
sed passim omnes clamoribus agunt. Matura res erat: tergiuersantur
tamen. Fabius deinde accrescente tumultu iam metu seditionis concedẽ
te collega cum silentium classico fecisset: Ego inquit istos Gnæ mamili
posse uincere scio: uelle ne scirem ipsi fecerunt. Itaq; certum atq; decretũ
est non dare signum: nisi victores se redituros ex hac pugna iurent. Con
sulem romanum miles semel in acie fefellit: deos nunq̃ fallet. Centurio erat
.m. flauoleius inter primores pugnæ flagitator: Victor inquit .m. fabi reuer-

rati

tar ex acie. Si fallat: iouem patrem gradiuumq, martem aliosq, iratos
inuocat deos. Idem deinceps omnis exercitus in se quisq, iurat. Iuratis da
tur signum: arma capiunt: eunt in pugnam irarum speiq, pleni: nunc q
iubent etruscos probra iacere: nunc armati sibi quisq, lingua promptiū
hostem offerri. Omnium illo die qua plebis, qua patrum eximia uirtus
fuit. Fabium nomen, fabia gens maxime enituit: Multis ciuilibus cer-
taminibus infensos plebis animos illa pugna sibi reconciliare statuunt.
46. Instruitur acies: nec uehiens hostis etruscaeq, legiones detrectant: prope
certa spes erat: non magis secum pugnaturos: q̄ pugnauerīt cum equis.
Maius quoq, aliquod in tam irritatis animis & occasione ancipiti haud de
sperandum esse facinus. Res aliter longe euenit. Nam non alio ante bel
lo infestior romanus: adeo hinc contumeliis hostes, hinc consules mora
exacerbauerant: Prelium iniit: Vix explicandi ordinis spatium etruscis
fuit: Cum pilis inter primam trepidationem abiectis temere magis q̄ emis
sis pugna iam ad manus, iam ad gladios ubi mars est atrocissimus uene-
rat. Inter primores genus fabium insigne spectaculo exemploq, ci-
uibus erat. Ex his, q. fabium, tertio hic anno ante consul fuerat prin
cipem in confertos uehientes euntem ferox uiribus & armorum arte
tuscus incautum inter multas uersantem hostium manus gladio per
pectus transfigit. Telo extracto preceps fabius in uulnus abiit. Sensit
utraq, acies unius uiri casum: cedebatq, inde romanus: cum. m. fabius
consul transiliuit iacentis corpus: obiectaq, parma hoc iurastis inq̄t
milites fugientes uos in castra redituros? Adeo ignauissimos hostes
magis timetis: q̄ iouem martemq, per quos iurastis? At ego iniuratus
aut victor reuertar: aut prope te hic. q. fabi dimicans cadam. Consuli
tum. c. fabius prioris anni consul: Verbis ne istis frater: ut pugnent
te impetraturum credis? Dii impetrabunt, per quos iurauere: Et nos
ut decet proceres: ut fabio nomine est dignum: pugnando potius:
q̄ adhortando accendamus militum animos: Sic in primum infen
sis hastis prouolant duo fabii, totamq, mouerunt secum aciem. Pre
47. lio ex una parte restituto nihilo segnius in cornu altero. cn. mamili
consul pugnam ciebat: ubi prope similis fortuna est uersata. Nā ut
in altero cornu. q. fabium: sic in hoc ipsum consulem mamiliū iā ue-
lut fusos agentem hostes & impigre milites secuti sunt: & ut ille gra
ui uulnere ictus ex acie cessit, interfectum rati gradum retulere:
cessissentq, loco: ni consul alter cum aliquot turmis equitū in eā par-

tem citato equo aduectus uiuere clamitans collegam se victorem fu
so exercitu altero cornu adesse: rem inclinatam sustinuisset. Mami
lius quoq; ad restituendam aciem se ipse coram offert. Duorũ consu
lum cognita ora accendunt militum animos. Simul & uanior iã erat
hostium acies: dum abundante multitudine freti subtracta subsidia
mittunt ad castra oppugnanda: In quae haud magno certamine im
petu facto dum prede magis q̃ pugne memores terunt tempus: tria
rii romani qui primam irruptionem sustinere non potuerãt: missis ad
consules nuntiis quo loco res essent: conglobati ad prætorium redeũt:
& sua sponte ipsi prelium renouant. Et mamilius consul reiectus in castra
ad omnes portas milite apposito hostibus uiam clauserat. Ea desperatio
tuscis rabiem magis q̃ audaciam accendit. Nam cum incursantes q̃cũq;
exitum spes ostenderet: uano aliquotiens impetu issent: globus iuuenũ
unus in ipsum consulem insignem armis uadit. Prima excepta a circũsta
tibus tela: sustineri deinde uis nequit. Consul mortifero uulnere ictus
cadit: fusiq; circa omnes. Tuscis crescit audacia: romanos terror per tota
castra trepidos agit. Et ad extrema uentum foret: ni legati rapto con
sulis corpore patefecissent una porta hostibus uiam. Ea erumpunt: con
sternatoq; agmine abeuntes in victorem alterũ incidunt consulem. Ibi
iterum cesi fusiq; passim. Victoria egregie parta: tristis tamen duobus
tam claris funeribus. Itaq; consul decernente senatu triumphum: Si exer
citus sine imperatore triumphare possit pro eximia eo bello opera: faci
le passurum respondit: se familia funesta. q. fabii fratris morte re. p. ex
parte orba consule altero amisso publico priuatoq; deformem luctu lau
ream non accepturum. Omni acto triumpho depositis triumphis cla
rior fuit: adeo spreta in tempore gloria interdum cumulatior redit.
Funera deinde duo collegæ fratrisq; ducit. Idem in utroq; laudatur: cũ
concedendo illis suas laudes ipse partem magnam earũ ferret. Neq; im
memor eius quod initio consulatus imbiberat reconciliandi animos
plebis: saucios milites curandos diuidit patribus. Fabius plurimi dati: n̄
alibi maiore cura habiti. Inde populares iam esse fabii: nec hoc ulla
alia re: nisi salubri rei. p. parte. Igitur non patrum magis q̃ plebis stu
dis. en. fabius cum. t. uerginio consul factus neq; bella neq; delectus.
neq; ullam aliam priorem curam agere: q̃ ut iam aliqua ex parte in
choata concordiæ spe primo quoq; tẽpore cũ patribus coalesceret ani
mi plebis. Itaq; principio anni censuit prius q̃ quisq̃ agrariæ legis auctor

48.

tribunus existeret: occuparent patres ipsi suum munus facere: Captuum
agrum plebi q̃ maxime aequaliter darent? Verum esse habere eos. quorũ
sanguine ac sudore partus sit. Aspernati patres sunt: questi quoq. quida
nimia gloria luxuriare & euanescere uiuidum quondam illud cesonis
ingenium. Nullae deinde urbanae factiones fuere. Vexabantur mansio
nibus equorum latini. Eo cum exercitu ceso missus in ipsorũ equorum
agrum depopulandum transit. Equi se in opida receperunt murisq. se te
nebant: eo nulla pugna memorabilis fuit. At a uehiente hoste clades ac
cepta temeritate alterius consulis: actumq. de exercitu foret: ni ceso fabi
us in tempore subsidio uenisset. Ex eo tempore nec pax. neq. bellum cum
uehientibus fuit: Res proxime in formam latrocinii uenerat. Legionibus
romanis cedebant in urbem, ubi abductas senserant legiones: agros incur
sabant bellum quiete: quietem bello inuicem eludentes. Ita neq. omitti
tota res ãeq. perfici poterat. Et alia bella aut presentia instabat ab equis
uulsciisq. non diutius q̃ recens dolor proxime cladis transiret quiescentib:
aut mox moturos se apparebat sabinos semper infestos etruriamq. omnẽ.
Sed uehiens hostis assiduus magis q̃ grauis contumeliis sepius q̃ periculo ani
mos agitabat: quod nullo tempore negligi poterat: aut auerti alio sinebat.
Tum fabia gens senatum adiit: consul pro ea gente loquitur. Assiduo magis
q̃ magno presidio ut scitis patres. c. bellum uehiens eget. Vos alia bella cu
rate: fabios hostes uehientibus date. Auctores sumus, tutam ibi maiestatẽ
romani nominis fore: nostrum id nobis uelut familiare bellum priuato
sumptu gerere in animo est. Res. p. & milite illic & pecunia uacet. Gratie
ingentes acte. Consul e curia egressus comitante fabiorũ agmine: qui in
uestibulo curie senatus consultũ expectantes steterant domum redit. Ius
si armati postero die ad limen consulis adesse: domos inde discedunt. Ma
nat tota urbe rumor: fabios ad celum laudibus ferunt: Familiam unã
subisse ciuitatis onus. Vehiens bellum in priuatam curam in priuata ar
ma uersum. Si sint due roboris eiusdem in urbe gentes: deposcant hec
uulscos sibi, illa equos: populo. r. tranquilla gente pacem: omnes finiti
mos subigi populos posse. Fabii postera die arma capiunt: quo iussi erant
conueniunt. Consul paludatus egrediens in uestibulis gentem omne sua
instructo agmine uidit. Acceptus in medũ signa ferri iubet. Nunq̃ exer
citus neq. minor numero. neq. clarior fama ad admirationem hominũ
per urbem incessit: Sex & trecenti milites omnes patritii, omnes unius
gentis: quorũ neminem ducem sperneret egregius quibuslibet tẽporib:

. Fabia gẽs uehiẽs bellũ sibi poscit a. p. r.

49.

senatus. Ibant uniuſ familiae uiribuſ uehienti populo peſtem minitates.
Sequebatur turba propria alia cognatorum ſodaliumq; nihil medii nec
ſpem nec curam: ſed immenſa omnia uoluentium animo. Alia publica ſo
licitudine excitata fauore & admiratione ſtupens: Ire fortes: ire felices
iubent: inceptis euentis pares reddere. Conſulatus inde ac triumphos oia
premia a ſe omnes honores ſperare. Pretereuntibus capitolium arceq; & alia
templa quicquid deorum oculis quicquid animo occurrit precantur:
ut illud agmen fauſtum atq; felix mittant: ſoſpites breui in patria ad pa
rentes reſtituant. In caſſum miſſe preces. Infelici uia dextro iano porte
carmentalis profecti ad cremeram flumen peruenium. Iſ opportunus ui
ſus locus communiendo præſidio. L. emilius inde & cn. ſeruilius conſules
facti. Et donec nihil aliud q̃ in populationibus reſ fuit: non ad preſidiū
modo tuendum fabii ſatis erant: ſed tota regione qua tuſcus ager roma
no adiacet: ſua tuta omnia infeſta hoſtium uagantes per utrunq; finem
fecere. Interuallum deinde haud magnum populationibus fuit: dum &
uehientes accito ex etruria exercitu præſidium cremerae oppugnat. Et
romanae legiones a .l. emilio conſule adducte cominus cum etruſcis di
micant acie: quanq̃ uix dirigendi aciem ſpatium uehientibus fuit: adeo
inter primam trepidationem dum poſt ſigna ordines introeunt ſubſidiaq;
locant: inuecta ſubito a latere romana equitum ala non pugnae modo
incipiendae ſed conſiſtendi ademit locum. Ita fuſi retro ad ſaxa rubra ubi
caſtra habebant: pacem ſupplices petiunt. Cuius impetrate abinſita
animis leuitate ante deductum cremera romanū præſidium penituit.
Rurſus cum fabiis erat uehienti populo ſine ullo maioris belli apparatu
certamen. Nec erant incurſiones modo in agros: aut ſubiti impetus in
curſantium: ſed aliquotiens æquo campo collatiſq; ſignis certatū: Genſq;
una populi .r. ſepe ex opulentiſſima ut tum res erant etruſca ciuitate
victoriam tulit: Id primo acerbum indignumq; uehientibus eſt uiſū
Inde conſilium ex re natum: inſidiis ferocem hoſtem captandi: gaude
re etiam multo ſucceſſu fabiis audacia creſcere. Itaq; & pecora predan
tibus aliquotiens uelut caſu incidiſſent obuiam acta: & agreſtiū fuga
uaſti relicti agri & ſubſidia armatorū ad arcendas populationes miſſa
ſepius ſimulato, q̃ uero pauore fugerent. Iamq; fabii adeo contemp
ſerant hoſtem, ut ſua inuicta arma nec loco nec tempore ullo crederet
poſſe ſuſtineri. Hæc ſpes prouexit eo ut ad conſpecta procul a cremera ma
gno campi interuallo pecora quanq̃ rara hoſtium apparebant arma de

50.

currerent. Et cum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter
locatas superassent. palatiq. passim uaga ut fit pauore iniecto rape
rent pecora: subito ex insidiis consurgitur. Et aduersi & undiq. hostes
erat: primo clamore circulatos exterruit: dein tela ab omni parte ac
cedebant: coeuntibusq. etruscis iam continenti agmine armatorū sep
ti: quo magis se hostis inferebat cogebantur breuiori spatio & ipsi or
bem colligere. Que res & eorum paucitatem insignem & multitudi
nem etruscorum multiplicatis in arcto ordinibus faciebant. Tum omis
sa pugna. quā in omnes partes parem intenderant: in unum locū se
omnes inclinant. Eo nisi corporibus armisq. rupere cuneo uia: duxit
uia in editum leniter collem. Inde primo restitere: mox ut respiran
di superior locus spatium dedit: recipiendiq. a pauore tanto animum
pepulere etiam subeuntes: uincebatq. auxilio loci paucitas: ni iugo
circumissus uehiens in uerticem collis euasisset. Ibi superior rursus ho
stis factus: fabii cesi ad unum omnes presidiumq. expugnatū. Trecē
tos sex perisse satis conuenit. Vnum prope puberem etate relictum.
stirpem genti fabie: dubiisq. rebus populi r. sepe domi belliq. uel ma
ximum futurum auxilium. Cum hec accepta clades esset: iam c. hora
tius & t. menenius aduersus tuscos uictoria elatos confestim missus. Tum
quoq. male pugnatum est: & ianiculum hostes occupauere: obsessaq. urbs
foret. super bellum annona premente: transierant enim etrusci tyberi:
ni horatius consul ex uulsciis reuocatus esset. Adeoq. id bellum ipsis insti
tit menibus: ut primo pugnatum ad spei sit equo marte: Iterū ad por
tam collinam: Ibi quanq̄ paruo momento superior romana res fuit: me
liorem tamen militem pristino animo in futura prelia id certamen fe
cit. Ap. uerginius & .p. seruilius consules fiunt. Post acceptam proxime
pugne cladem uehientes abstinuere acie. Populationes erant: & uelut
ab arce ianiculi passim in romanum agrum impetus dabant: Nō usq̄
pecora tuta non agrestes erant. Capti deinde eadem arte sunt: qua
ceperant fabios. Secuti dedita opera passim ad illecebras propulsa peco
ra precipitauere in insidias: quo plures erant maior cedes fuit. Ex hac
clade atrox ira maioris cladis causa atq. initium fuit. Traiecto enī no
cte tyberi castra seruilii consulis adorti sunt oppugnare. Inde fusi ma
gna cede in ianiculum egre se recepere. Confestim consul & ipse trāsit
tyberim: castra sub ianiculo communit. Postero die luce orta nō nihil
ex hesterna felicitate pugne ferox: magis tamen quod inopia frumēti

51.

cōsules erāt. Menen'

recepto

q̃uis in precipitia dum celeriora essent agebat consilia, temere aduerso
ianiculo ad castra hostium aciem erexit: fediusq; inde pulsus: q̃ pridie
pepulerat: interuentu collegæ ipse exercitusq; est seruatus. Inter duas acies
etrusci cum inuicem his atq; illis terga darent: occidione occisi sunt. Ita
oppressum temeritate felici uehiens bellum. Vrbi cum pace laxior etiã 52.
annona rediit: & aduecto ex campania frumento & postq̃ timor sibi cuiq; futuræ
inopiæ abiit: eo quod abditum fuerat: prolato. Ex copia deinde ocioq; la
sciuire rursus animi: & pristina mala postq̃ foris deerant: domi querere.
Tribuni plebem agitare suo ueneno agraria lege. In resistentes incitare
patres: nec in uniuersos modo: sed in singulos. Q. considius & .T. genutius
auctores agrariæ legis. T. menenio diem dicunt. Inuidia erat: amissum
cremeræ præsidium: cum haud procul statiua castra consul habuisset.
Eam oppressit: cum & patres haud minus q̃ pro coriolano annixi essẽt:
& patris agrippæ fauor haud dubium exoleuisset: in mulcta tempera
runt tribuni: cum capitis anquisissent: duo milia æris damnato mulctã
edixerunt. Ea in caput uertit: negant tulisse ignominiam egritudineq;
inde morbo absumptum. Alius deinde reus sp. seruilius: ut consulatu
abiit. C. nautio & .p. ualerio cos. initio statim anni a .l. cedicio & .t. sta
tio tribunis die dicta: non ut meneniis precibus suis aut patrũ: sed
cum multa fiducia innocentiæ gratieq; tribunitios impetus tulit. Et
huic prelium cum tuscis ad ianiculum erat crimini. Sed feruidi animi
uir: ut in publico periculo ante: sic tum suo non tribunos modo: sed ple
bem oratione feroci refutando exprobrandoq; T. meneni damnatione
mortemq; cuius patris munere restituta quondam plebs eos ipsos qbus
nunc seuiret: magistratus eas leges haberet: periculum audacia discus
sit. Iuuit & uerginius collega testis productus participando laudes: magis
tamen menenianum adeo mutauerant animum: profuit iudicii. Cer 53.
tamina domi finita: uehiens bellum exortum: quibus sabini arma con
iunxerant. P. ualerius consul accitis latinorum hernicorumq; auxiliis
cum exercitu uehios missus castra sabina: quæ pro menibus sociorũ lo
cata erant confestim aggreditur: tantamq; trepidationem iniecit: ut
dum dispersi alii aliis manipulatim excurrunt ad arcendam uim ho
stium ea porta: cui signa primum intulerat caperetur. Intra uallum
deinde cædes magis: q̃ prelium esse. Tumultus e castris & in urbẽ pene
trat: tanq̃ uehis captis. Ita pauidi uehientes ad arma currunt: pars sa
binis eunt subsidiã: pars romanos toto impetu intentos in castra adoriũt.

Paulisper auersi turbatiq; sunt. Deinde & ipsi utroq; uersis signis resistunt:
& eques a consule immissus tuscos fundit fugatq;. Eadem hora duo exer
∴ finitimae citus duae potentissimae & maximae gentes superatae sunt. Dum haec ad
uehios geruntur: uulsci equiq; in latino agro posuerunt castra: popula
tiq; fines erant. Eos per se ipsi latini assumptis hernicis sine romano aut
duce aut auxilio castris excuerunt. Ingenti praeda praeter suas recupera
tas res potiti sunt. Missus tamen a roma consul in uulscos. c. nautius: mos
credo non placebat sine romano duce exercituq; socios propriis uiribus
consiliisq; bella gerere: nullum genus calamitatis contumeliaeq; non edi
54. ∴ facti tum in uulscos est: nec tamen perpelli potuere: ut acie dimicarent. Lu
cius furius inde & .c. manlius consules. Manlio uehientes prouincia e
uenit: non tamen bellatum. Induciae in annos quadraginta petentibus
datae frumento stipendioq; imperato. Paci externae confestim continua
tur discordia domi. Agrariae legis tribunitius stimulis plebs furebat. Co
sules nihil menenii damnatione: nihil periculo deterriti seruili sumaui
resistunt. Abeuntes magistratu .cn. genutius tribunus tum plebis ar
ripuit. L. emilius & opiter uirginius consulatum ineunt. Vopiscum iu
lium pro uerginio in quibusdam annalibus consulem inuenio. Hoc ano
quoscunq; consules habuerit: rei ad populum furius & manlius circueunt
sordidati non plebem magis q̃ iuniores patrum. Suadent: monent: bono
ribus & administratione rei.p. abstineant. Cosulares uero fasces pretexta
curulemq; sellam nihil aliud q̃ pompam funeris putent: claris insignib
uelut infulis uelatos ad mortem destinari. Quid si consulatus tanta dul
cedo sit: iam nunc ita in animum inducant consulatum captum & oppi
sum a tribunitia potestate esse: consuli uelut apparitori tribunitio oia
ad nutum imperiumq; tribuni agenda esse. Si se commouerit: si respe
xerit patres: si aliud q̃ plebeios esse in re.p. crediderit: exilium .cn. mar
tii: menenii damnationem & mortem sibi proponat ante oculos. His acce
si uocibus patres: consilia inde non publica sed in priuato seductaq; a plu
rium conscientia habuere. Vbi cum id modo constaret iure an iniuria
eripiendos esse reos: atrocissima quaeq; maxime placebat sententia: nec
auctor q̃uis audaci facinori deerat. Igitur iudicii die cum plebs in foro
erecta expectatione staret: mirari primo quod non descenderet tribu
nus. Dein cum iam mora suspectior fieret: deterritum a primoribus cre
dere & desertam ac proditam causam publicam queri. Tandem qui ob
uersati uestibulo tribuni fuerant: nuntiant domi mortuum esse iniecti

Quod ubi in totam contionem pertulit rumor: sicut acies funditur
duce occiso: ita dilapsi passim alii alio. Precipuus pauor tribunos inua
serat: q̃ nihil auxilii sacrate leges haberent monitos morte collegæ. Nec
patres satis moderate ferre lenitiam: adeoq; neminem noxe penitebat:
ut etiam insontes fecisse uideri uellent: palamq; ferretur: malo doman
dam tribunitiam potestatem. Sub hac pessimi exempli uictoria dele 55.
ctus educitur: pauentibusq; tribunis sine intercessione ulla consules re
peragunt. Tum uero irasci plebs tribunorum magis silentio: q̃ consulũ
imperio: Et dicere actum esse de libertate sua: rursus ad antiqua re
ditum: cum genitio una mortuam ac sepultam tribunitiam potestate.
Aliud agendum ac cogitandum: quomodo resistatur patribus. Id autẽ
unum consilium esse: ut se ipsa plebs quando aliud nihil auxilii habe
at defendat. Quatuor & uigintis lictores apparere cõsules: & eos ipsos ple
bis homines: nihil contemptius neq; infirmius si sint qui contemnant:
sibi quenq; ea magna atq; horrenda facere. His uocibus alii alios cũ inci
tassent: ad uoleronem publiũ de plebe hominem quia quod ordines du
xisset: negaret se militem fieri debere. Lictor missus est a consulibus:
Volero appellat tribunos. Cum auxilio nemo esset: consules spoliari hominem
& uirgas expediri iubent. Prouoco inquit ad populũ uolero: qm̃ tribuni
ciuem romanum in cõspectu suo uirgis cedi malunt: q̃ ipsi in lecto suo
a uobis trucidari. Quo ferocius clamitabat: eo infestius circũscindere &
spoliare lictor. Tum uolero & preualens ipse & adiuuantibus aduocatis
repulso lictore: ubi indignantium pro se acerrimus erat clamor: eo se in
turbam confertissimam recepit clamitãs prouoco & fidem plebis implo
ro: adeste ciues: adeste commilitones: nihil est quod expectetis tribu
nos: quibus ipsis uestro auxilio opus est. Concitati homines ueluti ad
prælium se expediunt: apparebatq; omne discrimen adesse: nihil cuiq̃ san
ctum: non publici fore non priuati iuris. Huic tante tempestati cum
se consules obtulissent: facile experti sunt: parum tutam maiestatem
sine uiribus esse. Violatis lictoribus: fasciibus fractis e foro in curiã com
pelluntur: incerti q̃nis uolero exerceret uictoriã. Conticescente den ∴ quatenus
de tumultu cum senatum uocari iussissent: queruntur iniurias suas:
uim plebis: uoleronis audaciam. Multis ferociter dictis sententiis uice
re seniores: quibus ira patrum aduersus temeritatem plebis concertari
non placuit. Voleronem amplexa fauore fauore plebs proximis comi 56.
tiis tribunum plebis creatum in eum annum: qui. l. pinariũ. p. furiũ

consules habuit. Contraq omnium opinionem qui eum uexandis
prioris anni consulibus pertinacissimum administraturum tribuna-
tum credebant. Post publicam causam priuato dolore habito: ne uer-
bo quidem uiolatis consulibus rogationem tulit ad populum: ut ple-
bei magistratus tribunitiis comitiis fierent: haud parua res sub titulo
prima specie minime atroci ferebatur. Sed quæ patritiis omnem po-
testatem per clientium suffragia creandi quos uellent tribunos aufer-
ret. Huic actioni gratissimæ plebi cum summa ui resisterent patres:
neq una uis ad resistendum erat: ut intercederet aliquis ex collegio
auctoritate aut consulum aut principum adduci posset: Res tamen
suo ipsa molimine grauis certaminibus in annum extrahitur. Plebs
uoleronem tribunu reficit. Patres ad ultimum dimicationis rati esse
uenturum: appiu claudium appii filium iam inde a paternis certa-
minibus inuisum infestumq plebi consulem faciunt. Collega ei .t.
quintius datur. Principio statim anni nihil prius: q̃ de lege agreba-
tur. Sed ut inuentor legis uolero: sic letorius collega eius auctor eu
recentior tum acrior erat. Ferocem faciebat belli gloria ingens:
quod ætatis eius haud quisq̃ manu promptior erat. Iscum uolero ni-
hil preter q̃ de lege loqueretur: insectatione abstinens consulu ipse in
accusationem appij familiæq, superbissimæ ac crudelissimæ in plebe
romanam exorsus: cum a patribus non consulem: sed carnifice ad ue-
xandam & lacerandam plebem creatum esse contenderet: rudis in
militari homine lingua non suppeditabat libertati animoq. Itaq
deficiente oratione: quandoqdem non facile loquor inquit: q̃ quod
locutus sum: peto crastino die adeste. Ego hic aut in cospectu uestro
moriar: aut pferam legem. Occupant tribuni templum postero die.
Consules nobilitasq ad impediendam legem in contione cosistunt. Sub-
moueri letorius iubet: preter q̃ qui suffragium ineant. Adolescen-
tes nobiles stabant nihil cedentes uictoria. Tum ex his prehendi q̃s-
dam letorius iubet. Consul appius negare ius esse tribuno inquenq̃:
nisi in plebeium. Non enim populi sed plebis eum magistratum esse.
Nec illum ipsum submouere pro imperio posse more maiorũ: quia ita
dicitur: Si uobis uidetur: discedite quirites. Facile & contemptim de
iure disserendo perturbare letoriũ poterat. Ardens igitur ira tribu-
nus uiatorem mittit ad consulem. Consul lictorem ad tribunũ pri-
uatum esse clamitans: sine imperio: sine magistratu uiolatusq esset

uiatori

tribunus: ni & contio omnis atrox coorta pro tribuno in consulem es-
set: & concursus hominum in forum ex tota urbe concitate multitu-
dinis fieret. Sustinebat tamen appius pertinacia tantam tempestate:
certatumq; haud incruento prelio foret: ni quintius consul alter cō-
sularibus negotio dato: ut collegam ui, si aliter non possent de foro ab-
ducerent: ipse nunc plebem seuientem precibus lenisset: nunc orasset
tribunos: ut concilium dimitterent: darent ire spatium: non uim suā
tempus illis adempturum: sed consilium uiribus additurum: Et patres
in populi & consules in patrum fore potestate. Egre sedata a quintio
plebs: multo egrius consul alter a patribus. Dimisso tandem concilio ple-
bis senatum consules habent. Vbi cum timor atq; ira inuicem senten-
tias uariassent: quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandū
auocabantur: eo plus abhorrebant a certatione animi: adeo ut quintio
gratias agerent: quod eius opera mitigata discordia esset. Ab appio pe-
titur: ut tantam consularem maiestatem esse uellet: qta esse in concor-
di ciuitate posset: Dum consules tribuniq; ad se quisq; omnia trahant:
nihil relictum esse uirium in medio: distractam laceratamq; rem. p. ma
gis quorum in manu sit: q̄ ut incolumis sit queri. Appius contra testa
ri deos atq; homines: rem. p. prodi per metum ac deseri. Non cōsulē
senatui: sed senatum consuli deesse: grauiores accipi leges: q̄ in sacro mō-
te accepte sint. Victus tamen patrum consensu quieuit. Lex silentio
perferitur. Tum primum tribunitiis comitiis creati tribuni sūt: nume-
ro etiam addito: tres perinde ac duo antea fuunt: Piso auctor est: no-
minatq; tribunos. cn. siccium. L. numitorē. m. duellium. sp. ilicium. L. me-
tilium. Vulsci, tum equiq; inter seditionem romanam & bellum coortum
uastauerant agros: ut siqua secessio plebis fieret ad se receptum ha-
beret. Compositis deinde rebus castra retro mouere. Appius claudius in
uulscos missus: quintio equi prouincia euenit. Eadem in militia seuitia
appii, quae domi esse, eo liberior: quod sine tribunitiis uinculis erat. Odis-
se plebem plus q̄ paterno odio: quod se uictum ab ea: se unico consule
electo aduersus tribunitiam potestatem perlatam legem esse: qua mino
re conatu nequaq̄ tanta patrum spe: priores impedirent consules. Haec
ira indignatioq; ferocem animum aduexandum seuo imperio exercitū
stimulabat. Nec ulla ui domari poterant: tantum certamen animis im-
biberant. Segniter: ociose: negligenter: contumaciter omnia agere:
nec pudor: nec metus cohercebat. Si citius agi uellet agmen: tardius se-

57.

58.

dulo incedere. Si adhortator opis adesset: omnes sua sponte motam remit-
tere industriam: presenti uultus demittere: tacite pretereuntem execrari:
ut inuictus ille odio plebeio animus interdum moueretur: omni nequicq̃
acerbitate prompta nihil iam cum militibus ageret: a centurionibus cor-
ruptum exercitum dicere. Tribunos plebeios cauillans: interdum & uole-
59. rones uocare. Nihil eorum uulgi nesciebant: instabantq; eo magis spera-
tes idem certamen animorum aduersus appium habituruum exercitū ro-
manum, quod aduersus fabium consulem habuisset. Ceterum multo ap-
pio: q̃ fabio uiolentior fuit. Non enim uincere tantum noluit: ut fabia-
nus exercitus: sed uinci uoluit. Productus in aciem turpi fuga petit ca-
stra: nec ante restitit: q̃ signa inferentem uulscum munimentis uidit: fe-
damq; extremi agminis cædem. Tum expressa uis ad pugnandum: ut ui-
ctor iam a uallo submoueretur hostis. Satis tamen appareret: capi tantu
castra militem romanum noluisse. Alii gaudere sua clade atq; ignominia.
Quibus nihil infractus ferox appii animus cum insuper seuire uellet contio-
nemq; aduocaret: concurrunt ad eum legati tribuniq; monentes neutriq̃
experiri uellet imperium, cuius uis omnis in consensu obedientium esset.
Negare uulgo milites se ad contionem ituros: passimq; exaudiri uoces postu-
lantium: ut castra ex uulsco agro moueantur: hostem victorem paulo
ante in portis prope ac uallo fuisse. Ingentis mali non suspicionem modo:
sed apertam speciem obuersari ante oculos. Victus tandem quandoqde
nihil præter tempus noxæ lucrarentur: remissa contione iter in seqn-
tem diem pronuntiari cum iussisset: prima luce classico signum pro-
fectionis dedit. Cum maxime agmen castris explicaretur: uulgi ut eo-
dem signo excitati nouissimos adoriuntur: A quibus perlatus ad primos
tumultus eo pauore signaq; & ordines turbauit: ut neq; imperia exau-
diri, neq; instrui acies posset. Nemo ullius, nisi fugæ memor: Ita effuso
agmine per stragem corporum armorumq; euasere: ut prius hostes desi-
steret sequi: q̃ romanus fugere. Tandem collectis ex dissipato cursu milit-
bus cum reuocando nequicq̃ suos persecutus esset: in pacato agro castra
posuit: aduocataq; contione iniectis haud falso in proditorem exerci-
tum militaris disciplinæ: desertorem signorum: Vbi signa: ubi arma esset
singulos rogitans: Inermes milites: signo amisso signiferos. Ad hoc centu-
rionesque duplicariosq; qui reliquerunt ordines uirgis cæsos securi percussit.
60. Cætera multitudo sorte decimus quisq; ad supplicium lecti. Contra ea in eqs
inter consulem ac milites comitate ac beneficiis certatum est. Et natura

quintius erat lenior. & seuitia infelix college: quo is magis gauderet inge-
nio suo effecerat. Huic tante concordiae ducis exercitusq; non ausi offer-
re se equi: uagari populabundum hostem per agros passi. Nec ullo an-
te bello latius inde acte praedae. Ea omnis militibus data est. Addebant
& laudes: quibus haud minus q̃ premio gaudent militum animi: cum
duci, tum propter ducem patribus quoq; placatior exercitus redit. Sibi
parentem: alteri exercitui dominum datum à senatu memorans. Varia
fortuna belli atroci discordia domi forisq; annum exactum insignē ma-
xime comitia tribunitia efficiunt. Res maior uictoria suscepti certami-
nis: q̃ usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est patribus excō-
ciliō submouendo. q̃ uirium aut plebi additum est: aut ademptum pa-
tribus. Turbulentior inde annus excepit. L. ualerio & .t. emilio cōsulibb:
tum propter certamina ordinum de lege agraria: tum propter iudici-
um appii claudii: cui acerrimo aduersario legis causam possessorum pu-
blici agri tanq̃ tertio consuli sustinenti. m. duillius & .cn. siccius diem dixe-
re. Nunq̃ ante tam inuisus plebi reus ad iudicium populi uocatus est: ple-
nus suarum plenus paternarum irarum. Patres quoq; non temere pro ullo
aeque animi sunt: Propugnatorem senatus maiestatisq; uindicem sue ad
omnes tribunitios plebeiosq; oppositum tumultus. modum dumtaxat īcer-
tamine egressum irate obiici plebi. Vnus ē patribus ipse ap. claudius & tri-
bunos & plebem & suum iudicium pro nihilo habebat. Illum non minę ple-
bis: non senatus preces perpellere unq̃ potuere: non modo ut uestem mu-
taret: aut supplex prensaret homines: sed ne ut ex consueta quidē aspe-
ritate orationis cum ad populum agenda causa esset aliquid leniret. Idē
habitus oris: eadem contumacia in uultu: idem in oratione spiritus erat:
adeo ut magna pars plebis appium non minus reum timeret: q̃ consulē
timuerat. Semel causam dixit quo semper agere omnia solitus erat ac-
cusatorio spiritu: adeo constantia sua & tribunos obstupefecit & plebem:
ut diem ipsi sua uoluntate producerent: trahi deinde rem finerent. Haud
ita multum interim temporis fuit: ante tamen q̃ predicta dies ueniret
morbo moritur. Cuius cum laudationem tribunus pl. impedire conaretur:
plebs fraudari solemni honore supremum diem tanti uiri noluit. & lauda-
tionem tam aequis auribus mortui audiuit: q̃ uiui accusationem audie-
rat: & exequias frequens celebrauit. Eodem anno ualerius consul cū exer-
citu in equos profectus cum hostem ad prelium elicere non posset: castra
oppugnare est adortus: prohibuit feda tempestas cum grandine ac toni-

61.

62.

trubus celo deiecta. Admirationem deinde auxit signo receptui dato
adeo tranquilla serenitas reddita: ut uelut numine aliquo defensa ca-
stra oppugnare iterum religio fuerit. Omnis ira belli ad populationem
agri uertit. Alter consul emilius in sabinis bellum gessit. Et ibi qa
hostis menibus se tenebat uastati agri sunt incendiis: deinde nõ uil
larum modo, sed etiam uicorum quibus frequenter habitabatur
sabini excitati cum praedatoribus occurrissent anciptiti prelio di
gressi postero die retulere castra in tutiora loca. Id satis consuli ui
sum: cum pro uicto relinqueret hostem integro inde decedens bel
63. lo. Inter haec bella manente discordia domi consules. t. numicius
priscus. a. uerginius facti. Non ultra uidebatur latura plebs dila
tionem agrariae legis: ultimaq uis parabatur: cum uulscos adesse fu
mo ex incendiis uillarum fugaq agrestium cognitum est. Ea res ma
turam iam seditionem ac prope erumpentem repressit. Consules coa
cti extemplo a senatu ad bellum educta ex urbe iuuentute tranqll
liorem ceteram plebem fecerunt. Et hostes quidem nihil aliud q̃
perfusis uano timore romanis citato agmine abeunt. Numicius an
tium aduersus uulscos: uerginius contra equos profectus. Ibi ex insi
diis prope magna accepta clade uirtus militum rem prolapsam ne
gligentia consulis restituit. Melius in uulscis imperatum est: fusi pri
mo prelio hostes fugaq in urbem antium ut tum res erant opulen
tissimam acti. Quam consul oppugnare non ausus. Cenonem aliud
opidum nequaq̃ tam opulentum abantiatibus cepit. Dum equi uul
sciq romanos exercitus tenent: sabini ad portas urbis populantes in
cessere: deinde ipsi paucis post diebus a duobus exercitibus utroq per
uam consule ingresso in fines plus cladium q̃ intulerant acceperunt.
64. Extremo anno pacis aliquid fuit: Sed ut semper alias solicite pacis cer
tamine patrum & plebis. Irata plebs interesse consularibus comitiis
noluit: per patres clientesq patrum consules creati. t. quintius. q. ser
uilius. Similem annum priori consules habent: Seditiosa initia: bello
deinde externo tranquilla. Sabini crustumerios campos citato agmi
ne transgressi cum cedes & incendia circum amenẽ flumen fecissẽt:
a porta prope collina menibusq pulsi. ingentes tamen praedas hominũ
pecorumq egere. Quos seruilius consul infesto exercitu insecutus ip
sum quidem agmen adipisci equis locis non potuit: populationem
adeo effuse fecit: ut nihil bello intactum relinqueret: multiplicq cap-

ta preda rediret. Et in uulscis res.p. egregie gesta cum ducis tum mi
litum opera. Primum æquo campo signis collatis pugnatum ingenti
cede utrinq; plurimo sanguine. Et romani quia paucitas damno sen
tiendo propior erat gradum retulissent: ni salubri mendacio consul fuge
re hostes a cornu altero clamitans concitasset aciem. Impetu facto dum se
putant uincere: consul metuens ne nimis instando renouaret certamen
signum receptui dedit. Intercessere pauci dies uelut tacitis indutiis utriq;
quiete sumpta. per quos ingens uis hominum ex omnibus uulscis equisq;
populis in castra uenit: haud dubitans si senserint romanos nocte abituros.
Itaq; tertia fere uigilia ad castra oppugnanda uenuiint. Quintius sedato
tumultu quem terror subitus exciuerat: cum quietum manere in ten
toriis militem iussisset: hernicorum cohortem in stationem educit. Corni
cines tubicinesq; in equis impositos canere ante uallum iubet: solicitiq; ho
stem ad lucem tenere. Reliquum noctis adeo tranquilla omnia in castris
fuere: ut somni quoq; romanis copia esset. Vulscos species armatorũ pedi
tum quos & plures esse & romanos putabant: fremitus hinnitusq; equorũ
qui & insueto sedente equite & insuper aures agitante sonitu seuiebant in
tentos uelut ad impetum hostium tenuit. Vbi illuxit romanus integer
satiatusq; somno productum in aciem fessum stando & uigiliis uulscũ pri
mo impetu perculit: quanq̃ cesserunt magis q̃ pulsi hostes sunt: quia a ter
go erant cliui in quos post principia integris ordinibus tutus receptus fu
it. Consul ubi ad iniquum locum uentum est: sistit aciem. Miles egre tene
ri: clamare & poscere: ut perculsis instare liceat. Ferociis agunt eqtes cir
cunfusi duci: uociferantur se ante signa ituros: dum cunctatur cõsul uir
tute militum fretus loco parum fidens: conclamant se ituros: clamoreq;
res est secuta: fixis in terram pilis quo leuiores ardua euaderent: cursu
subeunt. Vulscus effusis ad primum impetum missilibus telis: saxa obiace
tia pedibus ingerit in subeuntes: turbatosq; ictibus crebris urget ex supe
riore loco. Sic prope oneratum est sinistrum romanis cornu: ni referen
tibus iam gradum consul increpando simul ignauiã pudore metũ excus
sisset. Resistere primo obstinatis animis: deinde ut obtinentis locũ uires fe
rebant: audent ultro gradum inferre & clamore renouato commouet
aciem. Tum rursus impetu capto enituntur atq; exuperant iniquitatem
loci. Iam prope erat: ut in summum cliui iugum euaderent: cum terga
hostes dedere: effusoq; cursu pene agmine uno fugientes sequentesq; castris
incidere. In eo pauore castra capiuntur. Qui uulscorum effugere potuerũt:

65.

antium petiunt. Antium & romanus exercitus ductus: paucos circũsessum dies deditur nulla oppugnantium noua ui. sed quod iam inde ab infelici pugna castrisq; amissis ceciderant animi.

SECVNDVS TERTIVS.

EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIPIT SECVNDVS.

ANTIO CAPTO TITVS EMILIVS ET QVINtus fabius consules fiunt. Hic erat fabius quintusq; unus extincte ad cremeram genti superfuerat. Iã priore consulatu emilius dandi agri plebi fuerat auctor. Itaq; secundo quoq; consulatu eius & agrariu se in spem legis erexerant. & tribuni rem contra consules sepe tentatam adiutore utiq; consule obtineri posse rati suscipiunt. Et consul manebat in sua sententia. Possessores & magna pars patrum tribunitiis se iactare actionibus principem ciuitatis & largiendo de alieno popularem fieri querentes totius inuidiam rei a tribunis in consulem auerterant. Atrox certamen aderat. ni fabius consilio neutri parti acerbo rem expedisset. Lucii quintii ductu & auspicio agri capti aliqtum priore anno a uulscis esse. Antium propinquam oportunam & maritimam urbem coloniam deduci posse. Ita sine querelis possessorum plebem in agris ituram. ciuitatem in concordia fore. Hec sententia accepta est. Triumuiros agro dando creat. t. quintium. ap. uerginiũ. p. furium. Iussi nomina dare qui agrum accipere uellet: fecit statim ut fit fastidium copia: adeoq; pauci nomina dedere: ut ad explendum numerum coloni uulsci adderentur. Cetera multitudo poscere rome agrum malle: q̃ alibi accipere. Equi a. q. fabio: is eo cum exercitu uenerat pacem petiere: irritamq; eam ipsi subita incursione in agrum latinum fecere. Quintus seruilius insequenti anno: is enim cum sp. postumio cõsul fuit: in equos missus in latino agro statiua habuit. Intra castra quies necessaria morbo implicitum exercitum tenuit. Extractum in tertium annũ bellum est. q. fabio & t. quintio consulibus. Fabio extra ordinem. quia is uictor pacem equis dederat. ea prouincia data est. Qui haud dubia spe profectus famam nominis sui pacaturam equos: legatos in concilium gentis missos nuntiare iussit. Q. fabium consulem dicere: se ex equis pacem romã tulisse: a roma equis bellum afferre; eadem dextera armatam quam pacatam illis antea dederat: quorum id perfidia & periurio fiat: deos nunc testes esse: mox fore ultores. Se tamen utrunq; sit etiam nunc penitere

2.

sua sponte equos q̃ pati hostilia malle. Si peniteat tutum receptum ad
expertam clementiam fore. Sin periurio gaudeant: diis magis ratis q̃ ho
stibus gesturos bellum. Haec dicta adeo nihil mouerunt quenq̃ ut lega
ti prope uiolati sint. exercitus in algidum aduersus romanos missus. Que
ubi romam sunt nuntiata: indignitas rei magis q̃ periculum consulem
alterum ab urbe exciuit. Ita duo consulares exercitus ad hostem accesse
re: acie instructa ut confestim dimicaret. Sed cum forte haud multum
diei superesset: unus a statione hostium exclamat. Ostentare hoc est roma
ni non gerere bellum. In noctem imminentem instruitis aciem: longio
re luce ad id certamen quod instat nobis opus est. Crastino die oriente so
le redite in aciem: erit copia pugnandi: ne timete. His uocibus irritatis
miles in diem posterum in castra reducitur: longam uenire noctem ratus
que moram certaminis faceret. Tum quidem corpora cibo somnoq; curat.
Vbi illuxit postero die: prior aliq̃to constitit romana acies. Tandem & equi
processere. Prelium fuit utrinq; uehemens: quod & romanus ira odioq; pu
gnabat: & equos conscientia contracti culpa piaculi & desperatio futuræ si
bi postea fidei ultima audere & experiri cogebat. Non tamen sustinuere a
ciem romanam equi: pulsiq; cum in fines suos se recepissent: nihilo inclina
tioribus ad pacem animis ferox multitudo increpare duces: quod in aciem
qua pugnandi arte romanus excellat commissa res sit. Equos populationi
bus incursionibusq; meliores esse: & multas passim manus q̃ magnam mole
unius exercitus rectius bella gerere. Relicto itaq; castris præsidio egressi
tanto cum tumultu inuasere fines romanos: ut ad urbem quoq; terrore
pertulerint: nec opinata etiam res plus trepidationis fecit: quod nihil mi
nus q̃ ne uictus ac prope in castris obsessus hostis memor populationis esset
timeri poterat. Agrestesq; pauidi incidentes portis non populationē nec
prædonum paruas manus: sed omnia uano angentes timore exercitus &
legiones adesse hostium & infesto agmine ruere ad urbem clamabant.
Ab his proxime audita incerta eoq; uaniora ferre ad alios cursus clamorq;
uocantium ad arma: haud multum a pauore captæ urbis abesse. Forte
ab algido quintius consul redierat romam. Id remedium timori fuit: tu
multuq; sedato uictos timeri increpant hostes presidia portis imposuit.
Vocato dein senatu cum ex auctoritate patrum iustitio indicto profectus
ad tutandos fines esset. q. seruilio prefecto urbis relicto hostem in agris
non inuenit. Ab altero consule res gesta egregie est: qui qua venturu
hostem sciebat grauem præda eoq; impeditiore agmine incedente ag-

equorum

3.

gressus funestam ei populationem fecit: pauci hostium euasere exinsi-
dius: praeda omnis recepta est. Sic finem iustitio quod quatriduoū fuit
reditus quintii consulis in urbem fecit. Census deinde actus & condi-
tum a quintio lustrum: censa ciuium capita. ciiij.or milia. ccxiii. di-
cuntur: preter orbos orbasq. In equis nihil deinde memorabile actū:
in opida sua se recepere: uri sua populariq. passi. Consul cum aliquo-
tiens per omnem hostium agrum infesto agmine populabundus isset:
4. cum ingenti laude predaq. romam rediit. Consules inde ap. postumi-
us albus sp. furius fuscus. Furios: fusios: fabios scripsere quidā. Id ad-
moneo: ne quis immutationem uirorū ipsorum esse quae nominum
est putet. Haud dubium erat: quin cum equis alter consul bellum
gereret. Itaq. equi ab eceteranis uulscis praesidium petiere. Quo cupi-
de oblato adeo ciuitates he perpetuo in romanos odio certauere:
bellum summa ui parabatur. Sentiunt hernici & praedicunt roma-
nis ecetranum ad equos descisse. Suspecta & colonia antium fuit: qd
magna uis hominum inde cum opidum captum esset: confugisset ad
equos: Isq. miles per bellum equicum uel acerrimus fuit. Compulsis
deinde in opida equis ea multitudo dilapsa cum antium redisset sua
sponte iam infidos colonos romanis abalienauit. Nec dum matura-
re cum defectionem parari delatum ad senatum esset: datum est
negotium consulibus: ut principibus coloniae romam excitis quere-
rent: quid rei esset. Qui cum haud grauatim uenissent: introducti
a consulibus ad senatum ita responderunt ad interrogata: ut magis
suspecti q̄ uenerant dimitterentur. Bellum inde haud dubiū habere:
Sp. furius consulum alter: cui ea prouincia euenerat profectus in equos
hernicorū in agro populabundū hostem inuenit: ignarusq. multitu-
dinis: quia nusq̄ uniuersa conspecta fuerat: imparem copiis exercitū
temere pugnae commisit. Primo concursu pulsus se intra castra re-
cepit: neq. is finis periculi fuit. Nanq. & proxima nocte & postero die
tanta ui castra sunt circūsessa atq. oppugnata: ut ne nuntius quidē
inde mitti romam posset. Hernici & male pugnatum. & consulē exer-
citumq. obsideri nuntiauerunt: tantumq. terrorem incussere patri-
bus: ut quae forma senatus consulti ultimae semper necessitatis habita
est: Postumio alteri consulum negotiū daretur: uideret ne quid res. p.
detrimenti caperet: Ipsum consulem romae manere ad conscribendos
omnes qui arma ferre possent: optimū uisum est. procōsulē. r. qntiū

subsidio castris cum sociali exercitu mitti. Ad eum explendum latini her-
niciq, & colonia antium dare subitarios milites: ita tum repentina auxi-
lia appellabant iussi. Multi per eos dies metus: multiq, impetus hic atq,
illinc acti: quia superante multitudine hostes carpere multiphariam uires
romanas ut non suffecturas ad omnia aggressi sunt. Simul castra oppu-
gnabantur: simul pars exercitus ad populandum romanum agrum missa:
ipsam urbem siqua fortuna daret tentandam. L. ualerius ad presidium
urbis relictus. Consul postumius ad arcendas populationes finium missus.
Nihil remissum ab ulla parte curae aut laboris. Vigiliae in urbe: stationes
ante portas praesidiaq, in muris disposita. Et quod necesse erat in tanto
tumultu: iustitium per aliquot dies seruatum. Interim in castris furius
consul cum primo quietus obsidionem passus esset: in incautum hostem
decumana porta erupit: & cum persequi posset metu subsistit: ne qua
ex parte altera in castra uis fieret. Furium legatum: frater idem con-
sulis erat: longius extulit cursus: nec suos ille redeuntes persequendi stu-
dio, neq, hostium a tergo incursum uidit. Ita exclusus multis saepe cona-
tibus captis, ut uiam sibi ad castra faceret acriter dimicas cecidit. Et co-
sul nuntio circumuenti fratris conuersus ad pugnam dum se temere magis,
q̃ satis caute in mediam dimicationem infert. Vulnere accepto egre a
circumstantibus ereptus & suorum animos turbauit & ferociores hostes fecit.
Qui caede legati & consulis uulnere accensi nulla deinde ui sustineri potue-
runt. Cum compulsi in castra romani rursus obsiderentur, nec spe nec ui-
ribus pares: uemisseq, in periculum summa rerum: ni. t. quintius cum la-
tino hernicoq, exercitu subuenisset. Is intentos in castra romana equos
legatiq, caput ferociter ostentantes a tergo adortus: simul ad signum
a se procul editum e castris eruptione facta magnam uim hostium cir-
cumuenit. Minor caedes: fuga effusior equorum in agro fuit romano.
In quos palatos praedam agentes postumius aliquot locis quibus oportuna
imposuerat praesidia impetum dedit. Hi uagi dissipato agmine fugien-
tes in quintium uictorem tum a sancio consule reuertente incidere.
Tum consularis exercitus egregia pugna consulis uulnus legati & cohor-
tium uiletus est caedem. Magna clades ultro citroq, illis diebus & illate &
accepte. Difficile ad fidem est in tam antiqua re, quot pugnauerint ceci-
derintq, exacto affirmare numero. Audet tamen annalis ualerius conci-
pere summas: Romanos cecidisse in hernico agro duo milia .ccc. Ex pre-
datoribus equorum qui populabundi in finibus romanis uagabantur: ab

5.

∴ frustra

appio postumio consule tria milia & cccc.tos cæsos. Cæteram multitudinē
prædam agentem quæ inciderit in quintium nequaq̄ pari fide defuncta
esse cæde. Interfecta inde quatuor milia. & exequendo subtiliter numerū
ducentos ait & triginta. Vt romā reditum est: iustitium remissum est. Ce
lum ardere visum est plurimo igni: portentaq. alia aut obuersata oculis:
aut uanas exterritis ostentauere species. His auertendis terroribus in tridu
um ferie indicte: per quas omnia delubra pacem deum exposcentiū uiro
rum mulierumq. turba implebantur. Cohortes inde latine hernicæq. a se
natu gratiis ob impigram militiam actis remisse domos. Antiates mille
6. milites quia serum auxilium post prelium uenerant. prope cum igno
minia dimissi. Comitia inde habita. Creati consules. L. ebutius. p. seruili
us kl. sextilibus. ut tunc principium anni agebatur. consulatum ineunt.
Graue tempus & forte annus pestilens erat urbi agrisq. nec hominibus magis:
q̄ pecori. Et auxere uim morbi terrore populationis pecoribus agrestibusq.
in urbem acceptis. Ea colluuione mixtorum omnis generis animantium
& odore insolito urbanos & agrestem in arcta tecta æstu ac uigiliis angebat:
ministeriaq. inuicem a contagione ipsa uulgabant morbos. Vix instantes
sustinentibus clades repente legati hernici nuntiant in agro suo equos uolscosq.
coniunctis copiis castra posuisse. Inde exercitu ingenti fines suos depopulari.
Preter q̄ quod infrequens senatus inditio erat sociis afflictam ciuitatem pesti
lentia esse: mestum etiam responsum tulere: ut per se ipsi hernici cum latinis
res suas tutarentur. Vrbem romanam subita deum ira morbo populari. Si
qua eius mali quies uenias: ut anno ante: ut semper alias: sociis opem latu
ros. Discessere socii pro tristi nuntio tristiorem domum referentes: quippe
quibus per se sustinendum bellum erat: quod uix romani fulchi uiribus su
stinuissent. Non diutius se in hernico hostis continuit: pergit inde infestus
in agros romanos etiam sine belli iniuria uastatos. Vbi cum obuius nemo
ne inermis quidem fieret: perq. omnia non modo præsidiis deserta: sed et
cultu agresti transirent: peruenere ad tertium lapidem gabinia uia. Mor
tuus ebutius erat romanus consul. Collega eius seruilius exigua in spe ra
bebat animam. Affecti pleriq. principum: patrum maior pars: militaris
fere ætas omnis: ut non modo ad expeditiones quas in tanto tumultu res
poscebat: sed uix ad quietas stationes uiribus sufficerent muniis uigiliarij.
Senatores qui per ætatem ac ualitudinem poterant per se ipsi obibant. Cir
cuitio ac cura edilium plebis erat. Ad eos summa rerum ac maiestas cōsula
ris imperii uenerat. Deserta omnia sine capite: sine uiribus: Di presides

. ac fortuna .

ac fortuna urbis tẽtata est: quæ uulscis equisq. predonum potius mentẽ:
q̃ hostium dedit: Adeo quidem nullam spem non potiundi modo: sed ne adeũ
di quidem romana menia animus eorum cepit: tectaq. procul uisa atq. emi
nentes tumuli auertere mentes eorum: ut totis passim castris fremitu orto
quid in uasto ac deserto agro inter tabem pecorum hominumq. desidessi
ne preda tempus tererent: cum integra tusculanum agrum opimũ copi
is petere possent: signa repente conuellerent: transuersisq. itineribus per laui
canos agros in tusculanos colles transirent: eo uis omnis tempestasq. belli con
uersa est. Interim hernici latinique pudore etiam non misericordia solum
moti: si nec obstitissent communibus hostibus infesto agmine romanã ur
bem petentibus: nec opem ullam obsessis sociis ferrent coniuncto exerci
tu romam pergunt: ubi cum hostes non inuenissent: secuti fama ac uesti
gia obuii fiunt descendentibus a tusculano in albanam uallem. Ibi haud
quaq̃ æquo prelio pugnatum est: fidesq. sua sociis parum felix in presen
tia fuit. Haud minor rome fit morbo strages: q̃ quanta sociorum ferro
facta erat. Consul qui unus supererat moritur. Mortui & alii clari uiri
.m. ualerius. t. uerginius: rutilius augures: Seruius sulpicius: curio maxi
mus. Et maxime per ignota capita late uagata est uis morbi: inopsq. se
natus auxilii humani ad deos populum ac uota uertit. Iussit cum cõiu
gibus ac liberis supplicatum ire: pacemq. exposcere deum. Ad id quod sua
quenq. mala cogebant auctoritate publica euocati omnia delubra implẽt.
Strate passim matres crinibus templa uerrentes ueniam irarum celestium
finemq. pesti exposcunt. Inde paulatim seu pace deum impetrata: seu gra
uiore tempore anni iam circũacto defuncta morbis corpora salubriora
esse incipere: Versisq. animis iam ad publicã curam cum aliquot inter
regna exissent. p. ualerius publicola tertio die q̃ interregnum inierat cõ
sules creat. l. lucretium tricipitinum & .t. ueturium geminum: siue ille ue
tusius fuit. Ante diem tertium idus sextilis consulatum ineunt: Iã satis
ualida ciuitate: ut non solum arcere bellum: sed ultro etiam inferre pos
set. Igitur nuntiantibus hernicis in fines suos transcendisse hostes: impigre
promissum auxilium: duo consulares exercitus scripti. Veturius missus in uul
scos ad bellum ultro inferendum. Tricipitinus populationibus arcendis socio
rum agro oppositus non ultra q̃ in hernicos procedit. Veturius primo p
lio hostes fundit fugatq. Lucretium dum in hernicis sedet predonum
agmen fefellit supra montes prenestinos ductum. Inde dimissum in cam
pos uastauere agros prenestinum gabinumq. Ex gabino in tusculanos fle

xere colles. Vrbi quoq; romanæ ingens prebitus terror: magis in re subi
ta: q̃ quod ad arcendam uim parum uirium esset. Q. fabius preerat urbi.
I armata iuuentute dispositisq; presidiis tuta omnia atq; tranquilla fecit.
I taq; hostes preda ex proximis locis rapta appropinquare urbi nõ ausi
cum circũacto agmine redirent q̃to longius ab urbe hostium absce
derent: eo solutiore cura in lucretium incidunt consulem: iam ante
exploratis itineribus suis instructum & ad certamen intentum. Igitur
præparatis animis repentinus pauore perculsos adorti aliq̃to pauciores
multitudinem ingentem fundunt fugantq; & compulsos in castra ual
les, cum exitus haud inde facilis esset circũueniunt. Ibi uulscum nom
prope deletum est: tredecim milia cccclxx̃ cecidisse in acie ac fuga: Mccl.ta
uiuos captos: signa xxvii. militaria relata in quibusdam annalibus in
uenio. Vbi & si adiectum aliquid numero sit: magna certe cædes fuit.
Victor consul ingenti præda potitus eodem instatiua redit. Tunc con
sules castra coniungunt. Et uulsci equiq; afflictas uires suas in unum
contulere. Tertia illa pugna eo anno fuit. Eadem fortuna victoriã
dedit. Fusis hostibus etiam castra capta. Sic res romana in antiquum
statum redit: secundæq; belli uires extemplo urbanos motus excita
uere. C. terentillus harsa tribunus plebis eo anno fuit. Is consulibus
absentibus ratus locum tribunitis actionibus datum: per aliquot dies
patrum superbiã ad plebem criminatus maxime in consulare impe
rium tanq̃ nimium nec tolerabile liberæ ciuitati inuehebatur. No
mine enim tantum minus inuidiosum: re ipsa prope atrocius q̃ re
gum esse. Quippe duos pro uno dominos acceptos immoderata infi
nita potestate: qui soluti atq; effrenati ipsi omnes metus legũ omniaq;
supplicia uerterent in plebem: Que ne æterna illis licentia sit: legem
promulgaturum: ut quinq; uiri creentur legibus de imperio cõsula
ri scribendis. Quod populus in se ius dederit: eo consulem usurũ: non
ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros. Qua promulga
ta lege cum timerent patres ne absentibus consulibus iugum acciperẽt:
senatus a prefecto urbis. q. fabio uocatur: qui adeo atrociter in rogatio
nem latoremq; ipsum inuectus est: ut nihil si ambo consules infesti cir
cũstarent tribunum, relictum minarum atq; terroris sit. Insidiatũ
eum & tempore capto adortum rem. p. Siquem similem eius priore
anno inter morbũ bellumq; irati dii tribunum dedissent: non potuis
se sisti. Mortuis duobus consulibus iacente egra ciuitate in colluuione

omnium rerum ad tollendum rei.p. consulare imperium laturum
leges fuisse: ducem uulscis equisq; ad oppugnandam urbem futurum. Qd
aut illi non licere: si quid consules superbe in aliquem ciuium, aut cru
deliter fecerint diem dicere: accusare: his ipsis iudicibus: quorum in ali
quem seuitum sit: non illud consulare imperium: sed tribunitia pote
statem inuisam intolerandaq; facere: quam placatam reconciliatamq;
patribus de integro in antiqua redigi mala: neq; illum se deprecari q̃
minus pergat, ut ceperit. Vos inq̃t fabius contra tribuni oramus: ut
primum omnium cogitetis: potestatem istam ad singulorum auxilium
non ad pernitiem uniuersorum comparatam esse: Tribunos pl. uos crea
tos: non hostes patribus. Nobis miserum, inuidiosum nobis est: deserta
rem.p. inuadi. Non ius uestrum: sed inuidia minuetis. Agite cum colle
ga: ut rem integram in aduentum consulum differat. Ne equi qdem
ac uulsci morbo absumptis priore anno consulibus crudeli superboq;
nobis bello institere. Agunt cum terentillo tribuni dilataq; in specie
actione: re ipsa sublata consules extemplo accersiti. Lucretius cum in
genti preda maiore multo gloria redit: & auget gloriam aduenien
exposita omni in campo martio preda: ut suum quisq; per triduum co
gnitum abduceret. Reliqua uendita: quibus domini non extitere: de
bebatur omnium consensu consuli triumphus. Sed lata res est tribu
no de lege agente. Id antiquius consuli fuit. Iactata per aliquot dies
cum in senatu res: tum apud populum est. Cessit ad ultimum maiesta
ti consulis tribunus: & destitit. Tum imperatori exercituiq; honos su
us redditus. Triumphauit de uulscis equisq.: triumphantem secute sut
legiones. Alteri consuli datum: ut ouans sine militibus urbem iniret.
Anno deinde insequenti lex terentilla a toto relata collegio nouos ag
gressa consules est. Erant consules p. uolumnius ser. sulpicius. Eo anno
celum ardere uisum. Terra ingenti concussa motu bouem locutam:
cui rei priore anno fides non fuerat: creditum. Inter alia prodigia
& carnem pluisse: quem imbrem ingens numerus auium interuolita
do rapuisse fertur: quod intercidit sparsum ita iacuisse per aliquot
dies: ut nihil color odor mutaret. Libri per duumuiros sacrorum aditi:
pericula a conuentu alienigenarum predicta: ne qui in loca summa
urbis impetus cedesq; inde fierent. Inter cetera monitum: ut sedi
tionibus abstineretur. Id factum ad impediendam legem tribuni cri
minabantur: ingensq; aderat certamen. Ecce ut idem in singulos an-

st ceteri

nos orbis uolueretur: hernici nuntiant uulscos & equos & si ascise res sit:
reficere exercitus. Antii summam rei positam: Ecetras antiates colonos pa
lam concilia facere: Id caput: eas urbes belli esse: Vt hec dicta in senatu
sunt: delectus edicitur: consules inter se belli administratione dispartiri
iussi: alteri ut uulsci: alteri ut equi prouincia esset. Tribuni in foro cora
personare fabulam compositam uulsci belli: hernicos ad partes paratos.
Iam ne uirtute quidem premi libertatem populi r: sed arte ludi: quia
occidione prope occisos uulscos & equos mouere sua sponte arma posse
iam fides abierit: nouos hostes queri. Coloniam fidam propinquam infa
mem fieri. Bellum innoxiis antiatibus indici: geri cum plebe romana,
quam oneratam armis ex urbe precipiti agmine actum essent: Exilio &
religione ciuium ulciscentes tribunos. Sic ne quid aliud actum putent:
uictam legem esse: nisi dum integra res sit: dum domi: dum rogati sint:
caueant ne possessione urbis pellantur: ne iugum accipiant. Si animus
sit: non defore auxilium. Consentire omnes tribunos: nullum terrore
externum: nullum periculum esse: Caussé deos priore anno: ut tuto
libertas defendi possit. Hæc tribuni. At ex parte altera consules in co
spectu eorum positis sellis delectum habebant: Eo decurrunt tribuni
contionemq. secum trahunt: citati pauci uelut experiunde rei causa
& statim coorta: quencunq. lictor iussu consulis prehendisset tribunus
mitti iubebat. Neq. suum cuiq. ius modum faciebat: sed uirium spe &
manu obtinendum erat quod intenderet. Quemadmodum se tribuni
gessissent in prohibendo delectu: sic patres in lege que per omnes comi
tiales dies ferebatur impedienda gerebant. Initium erat rixe: cum di
scedere populum iussissent tribuni: quod patres se submoueri haud sine
bant. Nec fere seniores rei intererant: quippe que non consilio geren
da: sed permissa temeritati audacieq. esset. Multum & consules se absti
nebant: ne cui in colluuione rerum maiestatem suam contumelie offer
rent. Ceso erat quintius ferox iuuenis qua nobilitate gentis qua corpo
ris magnitudine & uiribus: ad ea munera data a diis & ipse addiderat
multa belli decora. facundiamq. in foro: ut nemo non lingua non ma
nu promptior in ciuitate haberetur. Hic cum in medio patrum agmi
ne constitisset: eminens inter alios uelut omnes dictaturas consulatusq.
gerens in uoce ac uiribus suis unus impetus tribunitios popularesq. pro
cellas sustinebat. Hoc duce sæpe pulsi foro tribuni fusa ac fugata plebs e
qui obuius fuerat mulctatus nudatusq. abibat: ut satis appareret: si sic

. Quintius ceso.

agi liceret: uictam legem esse. Tum prope iam perculsis aliis tribunis aulus
uerginius ex collegio unus cesoni capitis diem dicit. Atrox ingenium acce-
derat eo facto magis q̃ conterruerat: Eo acrius obstare legi: agitare ple-
bem: tribunos uelut iusto persequi bello. Accusator pati rem ruere: inui-
diaeq. flammam ac materiam criminibus suis suggerere. Legem interim
non tam ad spem perferendi q̃ ad lacessendam cesonis temeritatem ferre.
Ibi multa sepe a iuuentute in consules dicta factaq. in unius cesonis suspectu
incidunt ingenium: tamen & legi resistebatur. Et .a. uerginius identidem
plebi: Ecquid sentitis iam uos quirites: cesonem simul ciuem & legem qua
cupitis habere non posse: quanq̃ quid ego legem loquor: libertati obstat:
omnes tarquinios superbia excuperat. Expectate dum consul aut dictator
fiat quem priuatum uiribus & audacia regnantem uidetis. Assentiebantur
multi pulsatos se querentes & tribunum ad rem pergendam ultro incita-
bant. Iam aderat iudicio dies: apparebatq. uulgo homines in damnatione
cesonis libertatem agi credere. Tum demum coactus cum multa indigni-
tate prensabat singulos: Sequebantur necessarii principes ciuitatis. t. qntius
capitolinus qui ter consul fuerat: cum multa referret sua familiaeq. decora:
affirmabat: neq. in quintia gente neq. in ciuitate romana tantam indolem
tam maturae uirtutis unq̃ extitisse: suum primum militem fuisse: se sepe
uidente pugnasse in hostem. Sp. furius ipsum missum a quintio capitolino
sibi eum in dubiis suis rebus uenisse subsidio: neminem unum esse cuius
magis opera putet rem. p. restitutam. Lucretius consul anni prioris rece-
ti gloria nitens suas laudes participare cum cesone: memorare pugnas: re-
ferre egregia facinora nunc in expeditionibus nunc in acie: suadere & mo-
nere: iuuenem egregium instructum naturae fortunaeq. omnibus bonis
maximum monumentum rerum eius ciuitatis in quacunq. uenisset: suum
q̃ alienum mallent ciuem esse. Quod offendet in eo feruorem & audaciam,
etatem quotidie auferre: quod desideretur consilium id in dies crescere:
senescentibus uitiis maturescente uirtute. Sinerent tantum uirum sene
in ciuitate fieri. Pater inter hos .l. quintius cui cincinnato cognomen
erat: non iterando laudes ne cumularet inuidiam: sed ueniam errori
atq. adolescentiae petendo. Sibi qui non dicto non facto quenq̃ offendis-
set ut condonarent filium orabat. Sed alii aduersabantur prece: aut
uerecundia: aut metu. Alii se suosq. mulctatos querentes atroci respo-
iudicium suum preferebant. Premebat reum preter uulgatam inuidia
crimen unum: quod .m. uolscius fictor qui ante aliquot annos tribunus

plebis fuerat testis exciterat: se haud multo post: q̃ pestilentia in urbe
fuerat iuuentutem grassantem in subura incidisse: ibi rixam natam
esse: fratrem suum maiorem natu nec dum ex morbo satis ualidum
pugno ictum a cesone cecidisse semianimem: inter manus domum
allatum mortuumq; inde arbitrari: Nec sibi rem exequi tam atro
cem per consules superiorum annorum licuisse. Hæc uoiscio clamitan
te adeo concitati homines sunt: ut haud multum abfuerit: quin impe
tu populi ceso interiret. Verginius arripi iubet hominem & in uincu
la duci. patritii ui contra uim resistunt. T. quintius clamitat: cui reo
capitalis dies dicta sit: & de quo futurum prope diem iudicium: eu
indemnatum indicta causa non debere uiolari. Tribunus supplicii
negat sumpturum se de indemnato: seruaturum tamen in uinculis es
se ad iudicij diem: ut qui hominem necauerit: de eo supplicium sume
di copia populo r. fiat. Appellati tribuni: medio decreto ius auxilii sui
expediunt: in uincula conici uetant. Sisti reum: pecuniam nisi sistat
populo promitti placere pronuntiant. Summam pecunie: q̃tam æqui
esset: promitti ueniebat in dubium. Id ad senatum reiicitur. Reus du
consulerentur patres retentus in publico est. Vades dare placuit. Vnu
uadem tria milia aeris obligauerunt: quot darentur: permissum tribu
nis est: decem fixerunt. Tot uadibus accusator uadatus est reu. Hic
primus uades publicos dedit: dimissus e foro nocte proxima in tuscu
lum in exilium abiit. Iudicii die cum excusaretur: solum uertisse exci
lii causa: nihilominus uerginio comitia habente collegæ appellati di
misere concilium: pecunia a patre exacta crudeliter: ut uenditis om
nibus bonis aliq̃diu transtyberim ueluti relegatus denio quodã tugu
rio uiueret. Hoc iudicium & promulgata lex exercuit ciuitatẽ: ab
externis armis ocium fuit. Cum uelut victores tribuni perculsis pa
tribus cesonis exilio: prope perlatam esse crederent legem: Et quod
ad seniores patrum pertineret: cessissent possessione rei. p. iuniores id
maxime: quod cesonis sodalium fuit auxere iras in plebem: non mi
nuere animos. Sed ibi plurimum profectum est: quod modo quodam
temperauere impetus suos. Cum primo post cesonis exilium lex cepta
ferri est: instructi paratiq; cum ingenti clientum exercitu sic tribu
nos ubi primum submouentes prebuere causam adorti sunt: ut ne
mo unus inde precipuum quicq̃ glorie domum inuidiæq; ferret:
Mille pro uno cesones extitisse plebs quereretur. Mediis diebus, quibus

tribuni de lege non agerent: nihil eisdem illis placidius aut quietius
erat: Benigne salutare: alloqui plebis homines: domū inuitare: adesse
in foro: tribunos ipsos cetera pati: sine interpellatione concilia habere:
nunq̄ ulli neq; publice: neq; priuatim truces esse: nisi cum de lege agi
ceptum esset: alibi popularis iuuentus erat. Nec cetera modo tribuni
tranquillo peregere: sed refecti quoq; in presentem annū ne uoce qdē
incommoda: ne dum ut ulla uis fieret: paulatim permulcendoq; mā
suefecerant plebem. His per totum annum artibus lex elusa est. Acci
piunt ciuitatem placidiorem consules. c. claudius appii filius & .p. uale
rius publicola. Nihil noui nouus annus attulerat. Legis ferende aut
accipiende cura ciuitatem tenebat. Q̄tum iuniores patrum plebi se
magis insinuabant: eo acrius contra tribuni tendebant: ut plebi suspe
ctos eos criminando facerent: Coniurationem factam cesonū romae es
se: interficiendorum tribunorum trucidande plebis consilia inita. Id
negotium datum a senioribus: ut iuuentus tribunitia potestate è re. p.
tolleret: formaq; eadem ciuitatis esset: que ante sacrum montem occu
patum fuerat. Et a uulscis & equis statutum iam ac prope solemne in
singulos annos bellum timebatur: propiusq; aliud nouum malū nec opi
natum exortum est. Exules seruiq; ad duo milia hominum & quatuor gen
tos duce oppio herdonio sabino nocte capitolium atq; arcem occupare:
confestim in arce facta cede eorum qui coniurare & simul capere arma
uoluerant: Alii inter tumultum precipites panore in forū deuolāt. Al
terne uoces ad arma & hostes in urbe sunt audiebantur. Consules & arma
re plebem & inermem pati timebant: incerti quod malum repentinū
externum an intestinum ab odio plebis an a seruili fraude urbem in
uasisset. Sedabant tumultus: sedando interdum mouebant. Nec enī po
terat pauida & cōsternata multitudo imperio regi. Dant tamen arma
non uulgo tantum ut incerto hoste presidium satis fidum ad omia esset.
Soliciti reliquum noctis incertiq; qui homines: q̄tus numerus hostū esset:
in stationibus disponendis ad oportuna oia urbis loca egere. Lux deinde
aperuit bellum ducemq; belli: Seruos ad libertate appius herdonius ex ca
pitolio uocabat: se miserrimi cuiusq; suscepisse causam: ut exules iniuria
pulsos in patriam reduceret & seruitis graue iugum demeret. Id malle
populo. r. auctore fieri: sed ubi spes non sit: se uulscos & equos & oia extre
ma tentaturum & concitaturum. Dilucere res magis patribus atq; consu
libus: preterea tamen, que denuntiabantur: ne uebientium neu sabinoq;

tractando

at quatuor

id consilium esset timere. Et cum tantum in urbe hostium esset: mox
sabinae etruscaeq. legiones ex composito adessent. Tum eterni hostes uolsci
& equi non ad populandos ut ante fines: sed ad urbem ut ex parte capta
uenirent. Multi & uarii timores: inter caeteros eminebat terror seruilis:
ne suus cuiusq. domi hostis esset: cui nec credere: nec non credendo ne in-
festior fieret. fidem abrogare satis erat tutum. Vixq. concordia sisti uide-
batur posse: Tantum superantibus aliis emergentibus malis nemo tribunos
aut plebem timebat. Mansuetum id malum & per aliorum quietem malo-
rum semper exoriens: tumq. esse peregrino terrore sopitum uidebatur:
ad id prope unum maxime inclinatis rebus incubuit. Tantus enim tribu-
nos furor tenuit: ut non bellum: sed uanam imaginem belli ad auertendos
a legis cura plebis animos capitolium insedisse contenderent patricio-
rum hospites clientesq. Si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant:
maiore q̃ uenerint silentio abituros. Concilium inde legi perferendae
habere: Auocato populo ab armis senatum interim consules habet: alio se
maiore a tribunis metu ostendente: q̃ quem nocturnus hostis intulerat:
Postq̃ arma poni & discedere homines a stationibus nuntiatum. p. ualerius
collega senatum retinente se ex curia proripit: inde in templum ad tri-
bunos uenit: Quid hoc rei est inquit tribuni? Appii herdonii ductu &
auspicio rem. p. euersuri estis: tam felix uobis corrumpendis fuit qui ser-
uitia nunc commouit auctor. Cum hostes supra caput sunt: discedi ab ar-
mis legesq. ferri placet. Inde ad multitudinem oratione uersa: Si uos ur-
bis uestriq. nulla cura tangit: at uos ueremini deos uestros ab hostibus cap-
tos. Iupiter optimus maximus: iuno regina & minerua alii dii deaeq. ob-
sidentur. Castra seruos publicos uestros penates tenent. Haec forma uobis
sane ciuitatis uidetur? tantum hostium non solum intra muros est: sed
in arce supra forum curiamq. Comitia interim in foro sunt: senatus in
curia est. uelut cum ocium superat. senator sententiam dicit: alii quirites
suffragium ineunt. non quicquid patrum plebisq. est: consules tribunos
deos hominesq. hominesq. omnes armatos opem ferre: in capitolium cur-
rere: liberare ac pacare augustissimam illam domum iouis optimi maxi-
mi decuit? Romule pater tu mentem tuam qua quondam arce ab his
iisdem sabinis auro captam recepisti: da stirpi tuae: iube hanc ingredi
uiam. quam tu dux. quam tuus ingressus exercitus est. Primus en ego
consul. q̃tum mortalis deum possum te ac uestigia tua sequar. Vltimum
orationis fuit: se arma capere: uocare omnes quirites ad arma. Siquis

impediat: iam se consularis imperii iam tribunitiae potestatis sacrarumq;
legum oblitum quisquis ille sit in capitolio in foro pro hoste habiturum.
Iuberent tribuni qm in appium herdonium uetarent: in p. ualerium con
sulem sumi arma: ausurum se in tribunis quod princeps familiae suae au
sus in regibus esset. Vim ultimam apparebat futuram: spectaculoq; seditio
nem romanam hostibus fore: nec lex tamen ferri nec ire in capitolium con
sul fuit potuit: nox certamina cepta oppressit. Tribuni cessere nocti timen
tes consulum arma. A motis inde seditionibus auctores patres circuire ple- st seditionis auctoribus
bem inferentesq; se in circulos: sermones tempori aptos serere: admonere
ut uiderent in quod discrimen rem p. adducerent: non inter patres ac
plebem certamen esse: sed simul patres plebemq; arcem urbis templa deo
rum penates publicos priuatosq; hostibus dedi. Dum haec in foro sedande
discordiae causa aguntur: consules interim ne sabinus ne uehiens hostis mo
ueretur: circa portas murosq; discesserat. Eadem nocte & tusculum de ar
ce capta capitolioq; occupato & alio turbate urbis statu nuntij ueniunt
Lucius manlius tusculi tum dictator erat. Is confestim conuocato senatu
atq; retro ductis nuntiis magnopere censet: ne expectent dum a roma le
gati auxilium petentes ueniant: periculum ipsum discrimenq; ac sociales
deos fidemq; federum id poscere: demerendo beneficio tam potentem ta
propinquam ciuitatem nunq; parem occasionem daturos deos. Placet ferri
auxilium: iuuentus conscribitur: arma dantur. Romam prima luce ue
nientes procul speciem hostium prebuere: Equi aut uulsi uenire uisi sunt:
deinde ubi uanus terror abiit: acceptam in urbem agmine in forum desce
dunt. Ibi iam p. ualerius relicto ad portarum praesidia collega instruebat
aciem. Auctoritas uiri mouerat affirmantis capitolio recuperato & urbe
pacata si se doceri sensissent quae fraus a tribunis occulta in lege ferretur:
memorem se maiorum suorum memorem cognominis quod populi colen
di uelut hereditaria cura sibi a maioribus tradita esset concilium plebis
non impediturum. Hunc ducem secuti nequeq; reclamantibus tribunis
in cliuum capitolinum erigunt aciem: Adiungitur & tusculana legio. Cer
tare socii ciuesq; uti recuperate arcis suum decus facerent: dux uterq; suos
adhortatur. Trepidare tum hostes nec ulli satis rei praeter q loco fidere: Tre
pidantibus inferunt signa romani sociq. Iam in uestibulum proruperat
templi: cum p. ualerius inter primores pugnam ciens interficitur. p. uolu
mnius consularis uidit cadentem. Is dato negotio suis ut corpus obtegerent:
ipse in locum uicemq; consulis prouolat. Pre ardore impetuq; tante rei sen

sus non peruenit ad militem: prius uicit: q̃ se pugnare sine duce sentiret.
Multi cede sua fedauere templum: multi uiui capti: herdonius interfectus:
ita capitolium recuperatum. De captiuis ut quisq; liber aut seruus esset
suae fortunae a quoq; sumptum supplicium est. Tusculanis gratiae actae: capi
tolium purgatum atq; lustratum. In consulis domum plebs quadrantes: ut
funere ampliore efferretur iactasse fertur. Parta pace: instare tum tribu
ni patribus: ut. p. ualerii fidem exoluerent: instare claudio ut collegae
deos manes fraude liberaret: agi de lege sineret. Consul ante: q̃ collega
sibi subrogasset: negare passurum agi de lege. Hae tenuere contentiones
usq; ad comitia consulis subrogandi. Decembri mense summo patrum
studio. L. quintius cincinnatus pater caesonis consul creatur: qui magi
stratum statim occiperet. Perculsa erat plebs consulem habitura iratu
potentem fauore patrum: uirtute sua: tribus liberis: quorum nemo ce
soni cedebat magnitudine animi: consilium & modum adhibendo ubi
res posceret priores erant. Is ubi magistratum iniit: assiduus contionib
pro tribunali non in plebe cohercenda: q̃ senatu castigando uehemen
tior fuit: cuius ordinis langore perpetui iam tribuni plebis: non ut in
re. p. populi. r. Sed ut in perdita modo lingua criminibusq; regnarent.
Cum caesone filio suo uirtutem: constantiam: omnia iuuentutis belli do
miq; decora pulsa ex urbe romana & fugata esse. Loquaces seditiosos
semina discordiarū uerum ac tertio tribunos pessimis artibus regia licē
tia uiuere. Aulus inq̃t ille uerginius quia in capitolio non fuit minus
supplicii: q̃ appius herdonius meruit: plus hercule aliq̃to qui uere ex
stimare rem uelit. Herdonius si nihil aliud hostem se fatendo prope
denuntiauit: ut arma caperetis: Hic negando bella esse: arma uobis ade
mit: nudosq; seruis uestris & exulibus obiecit. Et uos. c. claudi & p. uale
ri pace mortui loquar prius in cliuum capitolinum signa intulistis: q̃
hostes hos de foro tollereris. Pudet deorum hominumq; cum hostes in
arce in capitolio essent: exulum & seruorum dux prophanatis omnibus
in cella iouis optimi maximi habitaret. Tusculi ante: q̃ romae sumpta
sunt arma. In dubio fuit: utrū. L. mamilius tusculanus dux: an. p. uale
rius & c. claudius consules romanam arcem liberarent. Et qui ante la
tinos nec prosequidem ipsis cum in finibus hostem haberent, attinge
re arma passi simus: nunc nisi latini arma sua sponte sumpsisset: cap
ti & deleti eramus. Hoc est tribuni auxilium plebi ferre: Inermē eam
hosti trucidandam obiicere. Scilicet siquis uobis humillimus homo de

uestra plebe: quam partem uelut abruptam a cetero populo uestram pa-
triam peculiaremq; rem.p. fecistis: siquis ex his domum suam obsessam
a familia armata nuntiaret: ferendum auxilium putaretis. Iupiter op-
timus maximus exulum atq; seruorum septus armis nulla humana ope
dignus erat. Et hi postulant: ut sacrosancti habeantur: quibus ipsi dii neq;
sacri neq; sancti sunt. At enim diuinis humanisq; obruti sceleribus: lege
uos hoc anno perlaturos dictitatis. Tum hercule illo die: quo ego cōsul
sum creatus male gesta res.p. est: peius multo q̄ cum .p. ualerius consul
perit. Si tuleritis iam primum omnium inq̄t quirites: in uulscos & eqs
mihi atq; collegæ legiones ducere in animo est. Nescio quo pacto magis
bellantes: q̄ pacati propitios habemus deos. Q̄ tum periculum ab illis popu-
lis fuerit: si capitolium ab exulibus obsessum scissent: suspicari de preteri-
to: q̄ re ipsa experiri melius est. Mouerat plebem oratio consulis: erecti
patres: restituitam credere bat̄ rem.p. Consul alter comes animosior: q̄ auctor:
suscepisse collegam priorem actionem tam grauem facile passus in page-
dis consularis officii partem ad se uendicabat. Tum tribuni eludentes ue
lut uana dicta persequi: querendo quonam modo exercitum eductu-
ri consules essent: quos delectum habere nemo passurus esset. Nobis ū
inq̄t quintius nihil delectu opus est: cum quo tempore .p. ualerius ad
recipiendum capitolium arma plebi dedit: omnes in uerba iurauerit:
conuenturos se iussu consulis: nec iniussu abituros. Edicimus itaq; om-
nes qui in uerba iurastis crastina die armati ad lacum regillū adsitis.
Cauillari tum tribuni & populum exsoluere religione uelle: Priuatū eo
tempore quintium fuisse: cum sacramento adacti sunt. Sed non dum
hec que nunc tenet seculum neglegentia deum uenerat: Nec inter-
pretando sibi quisq; iusiurandum & leges aptas faciebat: sed suos potius
mores ad ea accommodabat. Igitur tribuni ut impendende rei nul
la spes erat: de proferendo exercitu agere: eo magis: quod & augures
iussos adesse ad regillum lacum fama exciuerat: locumq; inauguran-
ti: ubi auspicato cum populo agi posset: ut quicqd rome ui tribunitia
abrogatum esset: id comitiis ibi abrogaretur: omnes id iussuros: quod
consules uellent. Neq; enim prouocationem esse longius ab urbe mille
passuum: & tribunos si eo ueniant: in alia turba quiritium subiectos fo-
re consulari imperio. Terrebant hec: sed ille maximus error animos agi
tabat: quod sepius quintius dictitabat: se consulū comitia nō habituru.
Non ita ciuitatē egram esse: ut cōsuetis remediis sisti posset: dictatore op?

esse rei.p. ut qui se mouerit ad solicitandum statum ciuitatis sentiat sine
prouocatione dictaturam esse. Senatus in capitolio erat: eo tribuni cu per
turbata plebe uenimt. Multitudo clamore ingenti nunc consulu nuc pa
trum fidem implorabant. Nec ante mouerunt de sententia consulem: q̃ tri
buni se in auctoritate patrum futuros esse polliciti sunt. Tunc referente co
sule de tribunorũ & plebis postulatis senatus consulta fiunt: neq; tribuni le
gem eo anno ferrent: neq; consules ab urbe exercitum educerent. In reli
quum magistratus continuari. & eos tribunos refici: iudicare senatũ cõtra
rem.p. esse. Consules fuere in patrum potestate. Tribuni reclamantibus co
sulibus refecti. Patres quoq; ne quid crederent plebi & ipsi. L. quintiũ consu
lem reficiebant. Nulla. toto anno uehementior actio consulis fuit. Mirer
inquit si uana uestra pres.c. auctoritas ad plebem est. Vos eleuatis eam: qp
pe quia plebs senatus consultum in continuandis magistratibus soluit: ipsi
quoq; solutum iudicatis: ne temeritati multitudinis cedatis: tanq; id sit plus
posse in ciuitate: plus licentiae habere: Leuius enim uaniusq; p
fecto est: sua decreta & consulta tollere: q̃ aliorum. Imitamini pres.c. turba
inconsultam: & qui exemplo alios esse debetis: aliorum exemplo peccatis po
tius: q̃ alii uestro recte faciant: dum ego ne imiter tribunos: nec me con
tra senatus consulta consulem renuntiari patiar. Te uero.c. claudi adhor
tor: ut & ipse populum.r. hac licentia arceas. & de me hoc tibi persuadeas:
me ita accepturum: ut non honorem meum a te impeditum: sed gloria
spreti honoris auctam inuidiamq; que ex continuato eo impenderet le
uatam putem. Communiter inde edicunt: ne quis. L. quintiũ consulem
faceret: Si quis fecisset: se id suffragium non obseruaturos. Consules creati. q.
tertio fabius bubulanus & .L. cornelius maluginensis. Census actus est eo anno. Lu
strum propter capitolinum captum consulem occisum condi religiosũ fuit.
Quinto fabio. L. cornelio cõsulib principio anni statim res turbulete: Instiga
bant plebem tribuni. Bellum ingens a uulscis & equis latini atq; hernici nu
tiabant. Iam antii uulscorum legiones esse & ipsam coloniã ingens metus
erat. defuturam: Egreq; impetratũ a tribunis ut bellum preuerti sineret.
Consules inde partiti prouincias: Fabio ut legiones antium duceret datum.
Cornelio ut romae presidio esset: ne qua pars hostium qui equis mos erat.
ad populandum ueniret: hernici & latini iussi milites dare ex federe: dueq
partes sociorũ in exercitu. tertia ciuium fuit. Postq; ad diem prestitutum
uenerunt socii: consul extra portam capenam castra locat. Inde lustrato
exercitu antiũ profectus haud procul opido statiuisq; hostium cõsedit. Vbi

cum uulsci quia non dum ab equis uenisset exercitus dimicare non ausi:
quemadmodum quieti uallo se tutarentur pararent. Postero die fabius no
permixtam unam sociorum ciuiumq. sed trium populorum tres separati
acies circa uallum hostium instruxit. Ipse erat medius cum legionibus ro
manis. Inde signum obseruare iussit: ut pariter & soci rem inciperet: refer
rentq. pedem: si receptui cecinisset. Equites item sue cuiq. parti post prin
cipia collocat. Ita trifariam adortus castra circuuenit. Et cum undiq. insta
ret: non sustinentes impetum uulscos uallo deturbat. Transgressus inde mu
nitiones pauidam turbam inclinatamq. in partem unam castris expellit.
Inde effuse fugientes equos. cui superare uallum haud facile fuerat: cū ad
id spectator pugne adstitisset: libero campo adeptus parte victorie fruit.
territos cedendo. Magna & in castris & extra munimenta cedes fugientium
fuit: sed preda maior: quia uix arma secum efferre hostis potuit: deletusq. exer
citus foret: nisi fugientes silue texissent. Dum ad antium hec geruntur: in
terim equi robore iuuentutis premisso arcem tusculanam improuiso nocte
capiunt: reliquo exercitu haud procul menibus tusculi considunt: ut distine
rent hostium copias. Hec celeriter romam. a roma in castra antium perlata
mouent romanos: haud secus q̄ si capitolium captum nuntiaretur. Adeo &
recens erat tusculanorum meritum: & similitudo ipsa periculi reposcere da
tum auxilium uidebatur. Fabius omissis omnibus predam ex castris raptum
antium conuehit: Ibi modico presidio relicto citatum agmen tusculum rapit:
nihil preter arma & quod acoeti ad manum ibi fuit ferre militi licuit. Com
meatum a roma consul cornelius subuehit. Aliquot menses tusculi bellatum.
Parte exercitus consul castra equorum oppugnabat: partē tusculanis dederat
ad arcem recuperandam. Vi nunq̄ eo subire potuit: Fames postremo inde de
traxit hostem. Quo postq̄ uentum ad extremum est: inermes undiq. omnes
sub iugum a tusculanis missi. Hos ignominiosa fuga domum se recipientes
romanus cōsul in algido consecutus ad unum omnes occidit. Victor ad colu
men id loco nomen est exercitu relicto castra locat. Et alter consul postq̄ cō
sul menibus romanis pulso hoste periculum esse desierat: & ipse a roma pro
fectus. Ita bifariam consules ingressi hostium fines ingenti certamine hinc
uulscos hinc equos populantur. Eodem anno desisse antiates apud plerosq.
auctores inuenio. L. cornelium consulem id bellum gessisse opidumq. cepisse:
certum affirmare: quia nulla apud uetustiores scriptores eius rei mentio ē.
non ausim. Hoc bello perfecto tribunitium domi bellum patres territat.
Clamant fraude fieri, quod foris teneatur exercitus: frustrationē eam legis

tollendæ esse. Se nihil minus rem susceptam peracturos. Obtinuit tam. p.
lucretius præfectus urbis: ut actiones tribunitiæ in aduentum consulum
differrentur. Erat & noua exorta causa motus. A. cornelius & q. seruilius
questores. m. uolscio: quod falsus haud dubio testis in cæsonem extitisset die
dixerant. Multis enim eminebat inditis: neq; fratrem uolscii. ex quo semel
fuerit eger: unq; non modo uisum in publico: sed ne assurrexisse quidem
ex morbo multorumq; tabo mensium mortuum. Nec his temporibus,
in quæ testis crimen coniecisset: cæsonem romæ uisum: affirmantibusq;
una meruerant: secum euntem frequentemq; ad signa sine ullo comita
tu fuisse. Nisi ita esset: multi his priuatis ferebant inditium. Cum ad
iudicem ire non auderet: omnes eas res in unum congerentes haud
magis dubiam damnationem uolsci: q; cæsonis uolscio teste fuerat facie
bant. In mora tribuni erant. qui comitia questores habere de reo ni
si prius habita de lege essent: passuros se negabant. Ita extracta res
utraq. in consulum aduentum est. Qui ubi triumphantes victore cu
exercitu urbem inierunt: quia silentium de lege erat: perculsos ma
gna pars credebant tribunos. Ac & enim extremum anni iam erat,
quartum affectantes tribunatum in comitiorum disceptationem a lege
certamen auerterant. Et cum consules nihilominus aduersus conti
nuationem tribunatus: q; si lex minuendæ suæ maiestatis causa pmul
gata ferretur tetendissent. Victoria certaminis penes tribunos fuit.
Eodem anno equis pax est petentibus data. Census res priore anno in
choata perficitur: Idq; lustrum ab origine urbis decimum conditum
ferunt. Censa ciuium capita cxvii. milia. cccxviii. Consulum magna
domi belliq; eo anno gloria fuit: quod & foris pacem peperere & do
mi: & si non concors: minus tamen q; alias infesta ciuitas fuit. L. mi
nucius inde & L. nautius consules facti duas residuas anni prioris cau
sas exceperunt. Eodem modo consules legem tribuni iudicium de
uolscio impediebant. Sed in questoribus nouis maior uis maior aucto
ritas erat. Cum m. ualerio ualerii filio uolesi nepote questor erat. t.
quintius capitolinus, qui ter consul fuerat. Is qm̃ neq; quintiæ familiæ
cæso, neq; rei. p. maximus iuuenum restitui posset: falsum testem qui
dicendæ causæ innoxio potestatem ademisset: iusto ac pio bello perse
quebatur. Cum uerginiius maxime ex tribunis de lege ageret: diuum
mensium spatium consulibus datum est ad inspiciendam legem: ut eu
edocuissent: populum quid fraudis occulte ferretur: sinerent deinde

al cxxxvii

suffragium inire. Hoc interualli datum res tranquillas in urbe fecit. Nec diuturnam quietem equi dederunt: qui rupto federe: quod ictum erat priore anno cum romanis: imperium ad gracchū cloelium deferūt. Is tū longe princeps in equis erat. Gracho duce in latinum agrum inde in tusculanum hostili populatione ueniunt: plenq; prede in algido castra locant. In ea castra .q. fabius .p. uolumnius .a. postumius legati a roma uenerunt questum iniurias & ex eo federe res repetitum. Tunc eos equoꝝ imperator: que mandata habeant a senatu romano ad quercū iubet dicere: se alia interim acturum. Quercus ingens arbor prætorio imminebat: cuius umbra opaca sedes erat. Tum ex legatis unus abiens: Et hec inquit sacrata quercus & quicquid deorum est audiat: fedus a uobis ruptū: nostrisq; & nunc querelis adsint: & mox armis: cum deorum hominumq; simul uiolata iura exequemur. Romam ut redire legati: senatus iussit alterum consulum contra gracchum in algidum exercitum ducere: Alteri populationem finium equorum prouinciam dedit. Tribuni suo more impedire delectum: & forsan ad ultimum impediissent: sed nouus subito additus terror est. Vis sabinorum ingens prope ad menia urbis infesta populatione uenit. Fedati agri: terror iniectus urbi est. Tum plebs benigne arma cepit reclamantibus frustra tribunis: Magni duo exercitus scripti. Alterum nautius contra sabinos duxit: castrisq; ad eretum positis plerunq; per expeditiones paruas: plerunq; nocturnis incursionibus tantā uastitatem in sabino agro reddidit: ut comparati ad eam prope intacti bello romani fines uiderentur. Minucio neq; fortuna neq; uis animi eadem in gerendo negotio fuit. Nam cum haud procul ab hoste castra posuisset: nulla magnopere clade accepta castris se paucius tenebat. Quod ubi senserant hostes: creuit ex metu alieno ut fit audacia: & nocte adorti castra postq̄ parum uis aperta profecerat: munitiones postero die circūdant: que prius q̄ undiq; uallo obiecte clauderent exitus: quinq; equites inter stationes hostium emissi romam pertulere: consulem exercitiq; obsideri. Nihil tam nec inopinatum nec tam insperatum accidere potuit. Itaq; tantus pauor tanta trepidatio fuit: q̄ta si urbem non castra hostes obsiderent. Nautium consulem accersunt: in quo cum parū præsidii uideretur: dictatoremq; dici placeret: qui rem perculsam restitueret. L. quintius cincinnatus consensu omnium dicitur. Operepretū est audire: qui omnia preiudicis humana spernunt: neq; honori magno locum neq; uirtuti putant esse: nisi ubi effuse affluant opes. Spes unica impii

.L. qnti cicinnat dictator.
.Nota..

populi .r. lucius qntius transtyberim contra ipsum locum, ubi nunc naualia
sunt quatuor iugerum colebat agrum, quae prata quintia uocantur. Ibi á le
gatis seu fossam fodiens palo innixus: seu cum araret: operi certe: id quod
constat agresti intentus: salute data mutuem reddita q. rogatus, ut quod be
ne uerteret ipsi reiq.. p. rogatus mandata senatus audiret. Admiratus rogi
tansq. satis ne salua essent omnia, togam propere é tugurio proferre uxore
raciliam iubet. Qua simul abstersо puluere & sudore uelatus processit. Dicta
torem eum legati gratulantes consalutant: in urbem uocant: qui terror sit
in exercitu exponunt. Nauis quintio publice parata fuit: transuectiq. tres
obuiam egressi filii excipiunt. Inde alii propinqui atq. amici: Tum patri
maior pars: Ea frequentia stipatus antecedentibus lictoribus deductus est
domum. Et plebis concursus ingens fuit. Sed ea nequaq̃ tam leta quintii
uidit, & imperii nimium & uirtum in ipso imperio uehementiorem rata. Et
illa quidem nocte nihil praeter: q̃ uigilatum est in urbe. Postero die dictator
cum ante lucem in forum uenisset: magistrum equitum dicit. L. tarquinii
patritie gentis: sed qui tum stipendia pedibus propter paupertatem feci
sset: bello tamen primus longe romane iuuentutis habitus esset. Tum cum
magistro equitum in contionem uenit: Iustitium indicit: claudi tabernas
tota urbe iubet: uetat quenq̃ priuate quicq̃ rei agere. Tum quicunq. ета
te militari essent armati cum cibariis in diem quinq. coctis uallisq. duodenis
ante solis occasum martio in campo adessent. Quibus ætas ad militandum
grauior esset: uicino militi dum is arma pararet uallumq. peteret, cibaria
coquere iussit. Sic iuuentus discurrit ad uallum petendũ. Sumpsere: unde
cuiq. proximum fuit: prohibitus nemo est: impigreq. omnes ad edictum
dictatoris praesto fuere. Inde composito agmine: non itineri magis apti:
q̃ prelio, si res ita tulisset: legiones ipse dictator, magister equitum suos eq
tes ducit. In utroq. agmine quas tempus ipsum poscebat adhortationes erãt:
adderent gradum: maturato opus esse: ut ad hostem nocte peruenire pos
sent: Consulem exercitumq. romanum obsideri: tertiũ diem iam clausos es
se. Quid queq. aut dies ferat incertum esse: punctо sepe temporis maxi
marum rerum momenta uerti: Accelera signifer: sequere miles: inter se
quoq. gratificantes ducibus clamabant. Media nocte in algidum perue
niunt. Et ut sensere iam prope hostes esse: signa constituunt. Ibi dicta
tor q̃tum nocte prospici poterat, equo circũuectus contemplatusq. qui tra
ctus castrorum, queq. forma esset: tribunis militum imperauit: ut sarci
nas conici iubeant: militem cum armis uallo q. redire in ordines suos. Facti

que imperauit: tum quo fuerant ordine in uia longo agmine circũ
dat hostium castrãſ: & ubi ſignum datum ſit: clamorem omneſ tollere
iubet. Clamore ſublato ante ſe queq; ducere foſſam & iacere uallũ. Iuſ- ∴ Edito imperio ſignum ſecunum ē.
ſa miles exequitur: clamor hoſtes circumſonat. Superat unde caſtra ho
ſtium & in caſtra conſulis uenit. Alibi pauorem alibi gaudiũ ingẽs facit.
Romani ciuiles eſſe clamorẽ atq; auxilium adeſſe inter ſe gratulanteſ
ultro exſtationibus ac uigiliis territant hoſtem. Conſul differendũ ne
gat: Ille clamore non aduentum modo ſignificari: ſed rem a ſuiſ cepta:
mirumq; eſſe: ni iam exteriore parte caſtra hoſtium oppugnentur: Itaq;
arma ſuoſ capere & ſe ſubſequi iubet. Nocte initium prelium eſt a legio
nibus dictatoriſ: clamore ſignificant (ſbuq) abea quoq; parte rem in diſcrimi
ne eſſe. Iam ſe ad prohibenda circũdari opera equi parabant: cum ab
interiore hoſte prelio cepto (ne) ut per media ſua caſtra fieret eruptio a mu
nientibus ad pugnantes introrſus uerſi uacuam noctem operi dedere:
pugnatumq; cum conſule ad lucem eſt. Luce prima iam circũuallati a
dictatore erant. Et uix aduerſus unum exercitum pugnam ſuſtinebãt.
Tum a quintiano exercitu, qui confeſtim a perfecto opere ad arma redi
it: inuaditur uallum. Hinc inſtabat noua pugna: illa nihil remiſerat (prior).
Tum anciptiti malo urgente a prelio ad preces uerſi hinc dictatorẽ hinc
conſulem orare: ne in occidione victoriã ponerent: ut inermes ſe inde
abire ſinerent. A conſule ad dictatorem ire iuſſi (f) ignominiam incen
ſus addidit: Gracchum cloelium ducem principeſq; alios uinctos ad ſe ad
duci iubet: opido corbione decedi: ſanguinis ſe equorum non egere: li
cere abire. Sed ut exprimatur tandem confeſſio ſubactam domitãq; eſ
ſe gentem: ſub iugum abituros. Tribus haſtis iugum fit: humiſ fixis dua
buſ ſuperq; eaſ tranſuerſa una deligata. Sub hoc iugo dictator equoſ
miſit. Caſtriſ hoſtium receptiſ pleniſ omnium rerum: nudoſ enim miſe
rat: predam omnem ſuo tantum militi dedit. Conſularem exercitum
ipſumq; conſulem increpanſ: Carebis inqt (f) predæ parte miles ex eo hoſte
cui prope preda fuiſti. Et tu. I. minuti donec conſularem animum inci
piaſ habere: legatus his legionibus preerit. Ita ſe minuciuſ abdicat coſu
latu: iuſſuſq; ad exercitum manet. Sed adeo tum imperio melioni anim
manſuete obedienſ erat: ut beneficii magis: q̃ ignominiæ hic exercituſ
memor & coronam auream dictatori libræ pondo decreuerit & proficiſcẽ
tem eum patronum ſalutauerit. Romæ a. q. fabio prefecto urbis ſenatuſ
habituſ triumphantem quintium quo ueniebant agmine urbem ingredi

iussit. Ducti ante currum hostium duces: militaria signa prelata:
secutus exercitus preda onustus. Epulae instructae fuisse dicuntur
ante omnium domos epulantesq; cum carmine triumphali ex solem-
nibus locis comessantium modo currum secuti sunt. Eo die. L. mamilio
tusculano approbantibus cunctis ciuitas data est. Confestim se dictator
magistratu abdicasset: ni comitia. m. uolscii falsi testis tenuissent. Ea ne
impedirent tribuni dictatoris obstitit metus. Volscius damnatus sanui-
uium in exilium abiit. Quintius xvi. die dictatura in sex menses accep-
ta se abdicauit. Per eos dies consul nautius ad eretum cum sabinis egre-
gie pugnat. Ad uastatos agros ea quoq; clades accessit sabinis. Minucio
fabius qntus successor in algidum missus. Extremo anno agitatu de le-
ge a tribunis est. Sed quia duo exercitus aberant: ne quid ferretur ad
populum patres tenuere: plebs uicit: ut qnto eosdem tribunos crearent.
Lupos uisos in capitolio ferunt a canibus fugatos. Ob id prodigium lustra-
tum capitolium esse. Haec eo anno gesta. Sequuntur consules. c. minucius
. m. horatius puluillus: Cuius initio anni cum foris ocium esset: domi seditiones
idem tribuni eadem lex faciebat: Vlteriusq; uentum foret: adeo
exarserant animis: ni uelut dedita opera nocturno impetu equorū cor-
bione amissum praesidium nuntiatum esset. Senatum consules uocant.
Iubentur subitarium exercitum scribere atq; in algidum ducere. Inde
posito legis certamine noua de delectu contentio orta: uincebatur q̃ co-
sulare imperium tribunitio auxilio: cum alius additur terror. Sabinū
exercitum predatum descendisse in agros romanos: inde ad urbem ue-
nire. Is metus perpulit: ut scribi militem tribuni sinerent: non sine pa-
ctione tamen: ut q̃m ipsi quinquennium elusi essent. paruumq; id ple-
bi praesidium foret: decem deinde tribuni pl. crearentur. Expressit hoc
necessitas patribus. Id modo excepere: ne postea eosdem tribunos uide-
rent. Tribunitia comitia ne id quoq; post bellum ut cetera uanū esset
extemplo habita. Trigesimo sexto anno a primis tribunis pl. decē crea-
ti sunt: bini ex singulis classibus. Itaq; cautum est: ut postea crearent.
Delectu deinde habito minucius contra sabinos profectus non inuenit ho-
stem: horatius cum iam equi corbione intercepto praesidio ortonā etiā
cepissent: in algido pugnat: multos mortales occidit: fugat hostem nō
algido modo: sed a corbione ortonaq;. Corbionem etiā diruit propter
proditum praesidium. Deinde. m. ualerius sp. uerginius consules facti: do-
mi forisq; ocium fuit. Annona propter aquarum intemperiē laboratū ē.

De auentino publicando lata lex est. Tribuni pl. iidem refecti. Hi sequēti
anno. t. romuleo. c. uetturio consulibus legem omnibus contionibus su-
is celebrant: pudere se numen sui nequicq̄ aucti: Si ea res eque suo bi-
ennio iaceret: ac toto superiore lustro iacuisset. Cum maxime hoc a
gerent: trepidi nuntii a tusculo ueniunt: equos in agro tusculano esse:
fecit pudorem recens eius populi meritum morandi auxilii. Ambo cō
sules missi cum exercitu hostem in sua sede in algido inueniunt: ibi
pugnatum: Supra vii. milia hostium cesa. Alii fugati: preda parta
ingens. Eam propter inopiam erarii consules uendiderunt. Inuidie
tamen res ad exercitum fuit. Ea deniq; tribunis materiam criminan-
di ad plebem consules prebuit. Itaq; ut magistratu abiere sp. tarpeio
aulo eternio consulibus dicta dies romuleo a. c. caluino claudio cicero
ne tribunis pl. Veturio a. l. alieno edile plebis. Vterq; magna patrū
indignatione damnatus. Romuleus. x. milibus eris: uetturius xv. mi-
libus. Nec hec calamitas priorum consulum segniores nouos fecerat cō
sules. Et se damnari posse aiebant: & plebem & tribunos legem ferre
non posse: Tum abiecta lege que promulgata consenuerat: tribuni le-
nius agere cum patribus: finem tandem certaminum facerent. Si ple-
bei leges displicerent: at illi communiter legum latores & ex plebe
& ex patribus qui utrisq; utilia ferrent: queq; equande libertatis es-
sent: sinerent creari. Rem non aspernabantur patres: daturum leges
neminem nisi ex patribus aiebant: Cum de legibus conueniret: de la
tore tantum discreparent: missi legati athenas Sp. postumius albus. a.
manlius. p. sulpicius camerinus: iussiq; inclinatas leges solonis describe-
re: Et aliarum græcie ciuitatum instituta mores iuraq; noscere. Ab
externis bellis quietus annus fuit: quietior insequens. p. curatio sex. qn
tilio consulibus perpetuo silentio tribunorum: quod primo legatorū
qui athenas ierant legum peregrinarum expectatio prebuit. Deinde duo
simul mala ingentia exorta fames pestilentiaq;: feda homini: feda pe-
cori. Vastati agri sunt: urbs assiduis exhausta funeribus: Multe & cla
re lugubres domus. Flamen quirinalis Seruius sextus cornelius mortu
us: augur. c. horatius pulullus: in cuius locum. c uetturium eo cupidi
quia damnatus a plebe erat augures legere. Mortuus consul qntilius:
quatuor tribuni pl: Multiplici clade fedatus annus: ab hoste ocio fu
it. Inde consules. c. menenius. p. sestius capitolinus. Neq; eo anno qcq̄
belli extern fuit: domi motus orti. Iam redierant legati cum atticis

∴ ad appio actio

legibus: Eo intentius instabant tribuni: ut tandem scribendarū legū
mutium fieret: placet creari decem uiros sine prouocatione: & ne quis eo
anno alius magistratus esset. Admiscerentur ne plebei: controuersia aliq̃diu
fuit: postremo concessum patribus: modo ut ne lex acilia de auentino aliq̃
sacrate leges abrogarentur. Anno trecentesimo altero. q̃ condita roma
erat: iterum mutatur forma ciuitatis a consulibus ad decē uiros: quemad
modum a regibus ante ad consules uenerat translato imperio. Minus in
signis: quia non diuturna mutatio fuit. Leta enim principia magistra
tus eius nimis luxuriauere. Eo citius lapsa res est: repetitumq; duobus ui
mandaretur consulibus nomen imperiumq;. Decemuiri creati appius clau
dius. t. genutius. p. sestius. l. ueturius. c. iulius. a. manlius. p. sulpicius. p. cu
riatius. t. romuleus. sp. postumius. Claudio & genutio quia designati con
sules in eum annum fuerunt pro honore bonos reddidit. Et sestio alteri
consulum prioris anni: quod eam rem collega inuito ad patres retulerat.
His proximi habiti legati tres qui athenas ierant: simul ut pro legatione ta
longinqua premio esset bonos: simul peritos legum peregrinarum ad cō
dendas noua iura usui fore credebant. Suppleuere ceteri numerum gra
ues quoq; electos etate nouissimis suffragiis ferunt: quo minus ferociter
aliorum sciti aduersarentur. Regimen totius magistratus penes appiu
erat fauore plebis: Adeoq; nouum sibi ingenium induerat: ut plebicola
repente omnisq; aure popularis captator euaderet: pro truci seuoq; inse
ctatore plebis. decimo die ius populo singuli reddebant: Eo die penes p
fectum uiris fasces duodecim erant. Collegis nouem singuli acce si appa
rebant. Et unica concordia inter ipsos qui consensus ne priuatis inter
dum inutilis esset: summa aduersus alios equitas erat. Moderationis eo
rum argumentum exemplum unius rei notasse satis erit. Cum sine pro
uocatione creati essent: defosso cadauere domi apud sestium patritie ge
tis uirum inuento prolatoq; in contionem in re iusta manifesta atq; atro
ci. c. iulius decemuir diem sestio dixit & accusator ad populum extitit:
cuius rei iudex legitimus erat: decessitq; ex iure suo: ut demptum de iu
magistratus populi libertati adiceret. Cum promptum hoc ius uelut ex
oraculo incorruptum pariter ab his sumi infimiq; ferrent: tum legib
condendis opera dabatur: ingentiq; omnium expectatione propositis
decem tabulis populum ad contionem aduocauerunt. Et quod bonu
faustum felixq; rei. p. ipsis liberisq; eorum esset: ire & legere leges propo
sitas iussere. Se q̃tum decem hominum ingeniis prouideri potuerit: oibus

. summis.

.VI.

summis infimisq. iura æquasse. Plus posse multorum ingenia consiliaq.
uersarent in animis secum unãquanq. rem agitarent: deinde sermoni-
bus atq. in medium quid inquaq. re plus minusue esset conferrent. Eas le-
ges habiturum populum .r. quas consensus omnium iuuasisse nõ iussisse
latas magis q̃ tulisse uideri posset. Cum ad rumores hominum de uno
quoq. legum capite edito satis correcte uiderentur: centuriatis comitiis
decem tabularum leges perlatæ. Quæ nunc quoq. in hoc immenso aliay. . Lex decẽ tabulay.
super alias aceruatarum legum cumulo fons omnis publici priuatiq. iu-
ris. Vulgatur deinde rumor: duas deesse tabulas: quibus adiectis absol-
ui posse uelut corpus omnis romani iuris. Et expectatio cum dies comi-
tiorum appropinquaret: desiderium decemuiros iterum creandi fecit.
Iam plebs præter q̃ quod consulum nomen haud secus q̃ regum perosa erat.
ne tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione de-
cemuiris querebat. Postq̃ uero comitia decemuiris creandis in trinũdi-
num indicta sunt: tanta exarsit ambitio: ut primores quoq. ciuitatis
metu credo ne tanti possessio imperii uacuo a se relicto loco haud satis di-
gnis pateret: prensarent homines: honorem summa ope a se impugnatũ
ab ea plebe cum qua contenderent: supplicitER petentes. Dimissa iam in di-
scrimen dignitas ea ætate: hisq. honoribus actis stimulabant ap. clandiũ:
nescires utrum inter decem uiros an inter candidatos numerares: propi-
or interdum petendo q̃ gerendo magistratui erat: criminari optima-
tes: extollere candidatorum lenissimum quenq. humillimumq. Ipse me-
dius inter tribunitios duillios sicinios q. in foro uolitare: per illos se ple-
bi uendicare: donec college quoq. qui iuncti illi dediti fuerant ad id tẽ-
pus conniccere in eum oculos mirantes quid sibi uellet: apparere nihil
sincerii esse: profecto haud gratuitam in tanta superbia comitatẽ fore.
Nimium in ordinem se ipsum cogere & uulgari cum priuatis: non tã pro-
perantis abire magistratu q̃ uiam ad continuandum magistratum que-
rentis esse. Propalam obuiam ire cupiditati parum ausi obsequentes ob-
secundando mollire impetum aggrediuntur. Comitiorum illi habendo-
rum quando minimus natu sit minus consensu iniungunt. Arsea hæc
erat: ne semet ipse creare posset: quod præter tribunos pl. & id ipsum pes-
simo exemplo. nemo unq̃ fecisset. Ille enim uero quod bene uertat habi-
turum se comitia professus impedimentum pro occasione arripuit: de-
iectisq. honore per contentionem duobus quintiis capitolino & cincinna-
to & patruo suo .c. claudio constantissimo uiro in optimatum causa. &

aliis eiusdem fastigii ciuibus nequaq̃ splendore uitę pares decẽ uiros
creat. Se in primis. quod haud secus factum improbabant boni. q̃ ne-
mo facere ausurum crediderat. Creati cum eo. m. cornelius malugi-
nensis. m. sergius. l. minucius. q. fabius uibulanus. q. petilius. t. antoni-
us merenda. c. duillius. sp. oppius cornicen. m. rabuleius. Ille finis ap-
pio alienę personę ferendę fuit. suo iam inde uiuere ingenio cepit.
nouosq; collegas iam prius. q̃ inirent magistratum in suos mores forma-
re. Quotidie coibant remotis arbitris. Inde impotentibus instructi cō-
siliis. quę secreto ab aliis coquebant iam haud dissimulando superbia.
rari aditus colloquentibus. difficiles. ad idus maias rem perduxere. Idus
tum maię solemnes ineundis magistratibus primum honoris diem de-
nuntiatione ingentis terroris insignem fecere. Nam cum ita priores
decem uiri seruasset. ut unus fasces haberet. & hoc insigne regium in
orbem sua cuiusq; uice per omnes iret. subito omnes cum duodenis fa-
scibus prodiere. centum uiginti lictores forum impleuerant. & cū fa-
scibus secures illigatas praeferebant. nec attinuisse demi secures. cū sine
prouocatione creati essent interpretabantur. Decem regum species
erat. multiplicatusq; terror non infimis solum sed primoribus patri-
ratis caedis causam ac principium queri. Vt siquis memorem liberta-
tis uocem aut in senatu aut in populo misisset. statim uirgę securesq;
etiam ad ceterorum metus expedirentur. Nam praeter. q̃ quod in po-
pulo nihil erat praesidii sublata prouocatione. intercessionem quoq;
consensu substulerant. Cum priores decemuiri appellatione collegę
corrigi reddita a se iura tulissent. & quędam quę sui iudicii uide-
ri possent. ad populum retecissent. Aliq̃diu aequatis inter omnes
terror fuit. paulatim totis uertere in plebem cepit. Abstinebatur
a patribus. in humiliores libidinose crudeliterq; consulebatur. homi-
num non causarum toti erant. ut apud quos gratia uim aequi ha-
beret. iudicia domi conflabant. pronuntiabant in foro. Siquis col-
legam appellasset. ab eo. ad quem uenerat ita discedebat. ut penite-
ret eum non prioris decreto stetisse. Opinio etiā sine auctore excie-
rat. non in presentis modo tēporis eos iniuriā conspirasse. sed fedus clā-
destinum inter ipsos iureiurando ictum. ne comitia haberent. perpe-
tuoq; decemuiratu possessum semel obtinerent imperium. Circūspe-
ctare tum patriciorū uultus plebei. & inde libertatis captare auras.
unde seruitutem timendo in eum statum rem. p. adduxerant. Primo

res patrum odisse decem uiros: odisse plebem: nec probare quae fierent:
& credere: haud indignis accidere. Auide ruendo ad libertatē in seruitu
tem lapsos iuuare nolle: cumulare quoq; iniurias: ut tedio presentiū cō
sules duo tandem & status pristinus eorum in desiderium ueniant. Iam &
processerat pars maior anni & duae tabulae legum ad prioris anni decē
tabulas erant adiectae: nec quicq̄ iam supererat: si hae quoq; leges centu
riatis comitiis perlatae essent: cur eo magistratu rei.p. opus esset. Expe
ctabant q̄ mox consulibus creandis comitia dicerentur. Id modo plebem
agitabat: quo modo tribunitiam potestatem munimentum libertati
rem intermissam repararent. Cum interim mentio comitiorū nulla
fieret: decem uiri qui primo tribunitios homines quia id populare ha
bebatur: circū se ostentauerant plebi: patriciis iuuenibus sepserant late
ra: eorum caterue tribunalia obsederant. Hi ferre egre plebem ple
bisq; res: cum fortuna qua quicqd cupitum foret potentioris esset: etiā
ne tergo quidem abstinebatur. Virgis cedi alii securi subiici: & ne gra
tuita crudelitas esset: bonorum donatio sequi domini supplicium. Hac
mercede iuuentus nobilis corrupta non modo non ire obuia iniuriae:
sed propalam licentiam suam malle: q̄ omnium libertatem. Idus maie
uenere nullis subrogatis magistratibus priuati pro decē uiris: neq; ani
mis ad imperium adhibendū imminutis: neq; ad speciē honoris insigni
bus prodeunt. Id uero regnum haud dubie uideri: deploratur in per
petuum libertas: nec uindex quisq̄ existit: aut futurus uidetur: nec ip
si solum desponderant animos: sed contemni cepti erant a finitimis po
pulis: imperiumq; ibi esse: ubi non esset libertas indignabantur. Sabi
ni magna manu incursionem in agrum romanum fecere: lateq; popu
lati cum hominum atq; pecudum multi praedas egissent: recepto ad
eretum: quod passim uagatum erat agmine castra locant: spem in ro
mana discordia ponentes: eam impedimentum delectui fore. Non
nuntii solum: sed per urbem agrestium fuga trepidationem iniecit.
Decem uiri consultant: quid opus facto sit. Destituitis inter patrū odia
& plebis addit terrorem insuper alium fortuna. Equi alia ex parte
castra in algido locant: depopulantur q; inde excursionibus tusculanū
agrum. Legati a tusculo praesidium orantes nuntiant. Is pauor per
culit decem uiros: ut senatum duobus simul circūstantibus urbē bel
lis consulerent. Citari iubent in curiam patres: haud ignari q̄ta inui
dia imminēret tempestas. Omnes uastati agri periculorūq; imminē-

∴ Alii

tium causas in se congesturos: tentationemq, eam fore abolendi sibi ma-
gistratus: ni consensu resisterent imperioq, inhibendo acriter in paucos
preferocis animi conatus aliorum comprimerent. Postq̃ audita uox in
foro est preconis patres in curiam ad decẽ uiros conuocantis: uelut no-
ua res: quia intermiserant iam diu morem consulendi senatus: mirabũ
da plebem conuerti, quidnã incidisset: cur ex tanto interuallo rem de-
suetam usurparent. Hostibus belloq, gratiam habendam: quod solitũ qcq̃
libere ciuitatis fieret. Circũspectare omnibus fori partibus senatorẽ raroq.
usq̃ nosciture: curiam unde ac solitudinem circa decem uiros intueri, cũ &
ipsi consensu inuisum imperium: & plebs quia priuatis ius non esset uoca-
di senatum: non conuenire patres interpretarentur. Iam caput fieri li-
bertatem repetentium: si se plebs comitem senatui det. Et quemadmo-
dum patres uocati non coeant in senatum: sic plebs abnuat delectũ. Hæc
fremunt plebei: patrum haud fere quisq̃ in foro, in urbe rari erant: indi-
gnitate rerum cesserant in agros: suarumq, rerum erant, omissa publica:
tantum abiniuria se abesse rati, q̃tum a cetu congressuq, impotentiũ do-
minorum se amouissent. Postq̃ citati non conueniebant: dimissi circa do-
mos apparitores simul ad pignora capienda sciscitandumq, num consulto
detrectarent: Referunt senatum in agris esse. Letius id decẽ uiris acci-
dit: q̃ si presentes detrectare imperium referrent. Iubent aceiri omnes:
senatumq, in diem posterum edicunt: qui aliq̃to spe ipsorum frequentior
conuenit. Quo facto proditam a patribus plebs libertatem rata: quod bis
qui iam magistratu abissent priuatisq, ius abesset tanq̃ iure cogentibus se-
natus paruisset. Sed magis obedienter uentum in curiam est: q̃ obnoxie di-
ctas sententias accepimus. L. ualerium potitum proditum memorie est:
post relationem ap. claudii prius q̃ ordine sententie rogarentur postulan-
do ut de re. p. liceret dicere: prohibentibus minaciter decẽ uiris, proditu-
rum se ad plebem denuntiante tumultu exciuisse. Nec minus ferociter
m. horatium barbatum isse in certamen decem tarquinios appellantem:
admonentemq, ualerius & horatius ducibus pulsos reges. Nec nominis ho-
mines tum pertesum esse: quippe quo iouem appellari fas sit: quo romu-
lum conditorem urbis deinceps, reges appellatos: quod sacris etiam ut
solemne retentum sit: Superbiam uiolentiamq, tum perosos regis: que
si in rege tum eodem, aut in filio regis ferenda non fuerit: quem latiũ
ut tot priuatis fiderent: ne uetando in curia libere homines loqui qui
extra curiam etiam mouerent uocem. Nec se uidere qui sibi minus pri-

uato ad contionem populum uocare. q̃ illis senatum cogere liceat. Vbi uel
lent. experirentur. q̃to fortior dolor libertate sua uendicanda. q̃ cupiditas
iniusta dominatione esset. De bello sabino eos referre. tanq̃ maius ullum
populi .r. bellum sit. q̃ cum his. qui legum ferendarum causa creati. nihil
iuris inciuitate reliquerint. qui comitia. qui annuos magistratus. qui iu
cissitudinem imperitandi. quod unum exequandæ sit libertatis substu
lerunt. qui priuati fasces & regium imperium habeant. Fuisse regibus
exactis patritios magistratus creatos. postea post secessionem plebis plebe
ios. cuius illi partis essent rogitare. populares. quid enim eos per populu
egisse. Optimates. qui anno iam prope senatu non habuerint. tunc ita ha
beant. ut de re.p. loqui prohibeant. ne nimium in metu alieno spei pone
rent. Grauiora quæ patiantur uideri iam hominibus. q̃ quæ metuant. Hec
uociferante horatio cum decem uiri nec ire nec ignoscendi modum re
perirent. nec quo euasura res esset cernerent. C. claudii qui patruus ap
pii decemuiri erat oratio fuit precibus. q̃ iurgio similis perorantis per sui
fratris parentisq. eius manes. ut ciuis potius societatis in qua natus esset. q̃
federis nefarie icti cum collegis meminisset. Multo magis id se illius cau
sa orare. q̃ rei.p. Quippe rem.p. si a uolentibus nequeat. ab inuitis uis expe
tituram. Sed ex magno certamine magnas excitari ferme iras. earum euē
tum se abhorrere. cum aliud præter de quo retulissent. decem uiri dicere
prohiberent. claudium interpellandi uerecundia fuit. Sententiam igit
peregit. nullum placere senatus consultum fieri. omnesq. ita accipiebant.
priuatos eos a claudio iudicatos. multiq. ex consularibus uerbo assensi sūt.
Alia sententia asperior in specie uim minorem aliq̃to habuit. quæ patri
tios coire ad prodendum interregem iubebat. Censendo enī quoscunq.
magistratus esse. qui senatum haberent iudicabant. quos priuatos fece
rat auctor nullius senatus consulti faciendi. Ita labente iam causa dece
uirorum. L. cornelius maluginensis. m. cornelii decemuiri frater. cum ex co
sularibus ad ultimum dicendi locum consulto seruatus esset. simulando cu
ram belli fratrem collegasq. eius tuebatur. Quonā fato incidisset. mirari se
dictitans. ut decem uiros. qui decemuiratum petissent. aut socii. aut hi
maxime oppugnarent. aut quid ita. cum per tot menses uacua ciui
tate nemo iusti ne magistratus summæ rerum preesset. controuersia
fecerit. Nunc demum cum hostes prope ad portas sint. ciuiles discor
dias serant. nisi quod in turbido minus perspicuum fore putent. qd
agatur. Ceterum neminem maiore cura occupatis animis uerum esse

preiudicium tante rei afferre: Sibi placere de eo, quod ualerius bora
tiusq; ante idus maias decem uiros abisse magistratu insimulent: bellis
que immineant perfectis re. p. in tranquillum redacta senatu discep
tante agi. Et iam nunc ita separare a spurio claudium: ut comitiq;
que decemuiris creandis decemuir ipse habuerit: sciat sibi rationē
reddendam esse: Vtrum in unum annum creati sint: an donec leges,
que deessent perferrentur: in presentia omnia praeter bellum omitti
placere: cuius si falsō famam uulgatam uanamq; non nuntios solum:
sed tusculanorum etiam legatos attulisse putent: speculatores mitten
dos censere: qui certius explorata referant. Sin fides & nuntiis & lega
tis habeatur: delectum quoq; primo tempore haberi: & decem uiros,
quo cuiq; eorum uideatur exercitus ducere: nec rem aliam preuerti.
In hanc sententiam ut discederetur: iuniores patrum euincebant: fero
ciores q; uterum coorti ualerius horatiusq; contra sententiā malugine
sis. Horatius orare: ut de re. p. liceret dicere: dicturum ad populum:
si in senatu per factionem non liceat. Neq; enim sibi priuatos aut in cu
ria, aut in contione posse obstare: neq; se imaginariis fascibus eorū ces
suros esse. Tum appius iam prope esse ratus: ut ni uiolentiae eorum pa
ri resisteretur audacia: victum imperium esset. Non erit melius inq;
nisi de quo consulimus, uocem misisse. Et ad ualerium negantem se
priuato reticere lictorem accedere iussit. Iam quiritium fidem implo
rante ualerio a curiae limine. L. cornelius complexus appium: nō quod
simulabat consulendo: diremit certamen: factaq; per corneliū ualerio
dicendi gratia quae uellet: cum libertas non ultra uocem excessisset:
decemuiri propositum tenuere. Consulares quoq; ac seniores a residuo
tribunitiae potestatis odio: cuius desiderium plebi multo acrius, q̄ con
sularis imperii rebantur esse: prope malebant postmodū ipsos uoluntā
te abire magistratu: q̄ inuidia eorū excurgere rursus plebem. Si leni
ter ducta res sine populari strepitu ad consules rediisset: aut bellis inter
positis aut moderatione consulum imperiis exercendis posse in obliuio
nem tribunorum plebem adduci. Silentio patrum edicitur delectus.
Iuniores cum sine prouocatione imperium esset ad nomina respondēt.
Legionibus scriptis inter se decemuiri comparabant: quos ire ad bellū,
quos preesse exercitibus oporteret. Principes inter decem uiros erāt. q.
fabius & ap. claudius. Bellum domi maius: q̄ foris apparebat: Appii uio
lentiam aptiorem rati ad comprimendos urbanos motus: in fabio minus

in bono constans: q̃ nouum in malitia ingenium esse. Hunc enim uirum
egregium olim domi militiæq; decẽuiratus collegæq; ita mutauerat: ut
appii, q̃ sui similis esse mallet. Huic bellum in sabinis. m. rabuleio &. q.
petilio additis collegis mandatum. M. cornelius in algidum missus cũ. l.
minucio &. t. antonio &. c. duillio &. l. sergio. Spuriũ oppium ap. clau-
dio adiutorem ad urbem tuendam æquo omnium decẽuirorũ impe-
rio decernunt. Nihilo militiæ: q̃ domi melius res. p. administrata est.
Illa modo in ducibus culpa: quod ut odio essent ciuibus fecerant. Alia
omnis penes milites noxa erat: qui ne quid ducti aut auspicio decẽ-
uirorum prospere usq̃ gereretur: uinci se per suum atq; illorum dede-
cus patiebantur. Fusi & a sabinis ad eretum & in algido ab æquis exer-
citus erant. Ab ereto per silentium noctis profugi propius urbem inter
fidenas crustumeriamq; loco edito castra communierant: persecutis ho-
stibus nusq̃ se æquo certamine committentes natura loci ac uallo non
uirtute aut armis tutabantur. Maius flagitium in algido, maior et
clades accepta: castra quoq; amissa erant: exutusq; omnibus utensilib;
miles tusculum se fide misericordiaq; uicturus hospitiũ contulerat: que
tamen non fefellerunt. Romam tanti erant iam terrores allati: ut po-
sito iam decẽuirali odio patres uigilias in urbe habendas censerẽt. Om-
nes qui per ætatem arma ferre possent custodire menia ac pro portis
stationem agere iubentes: arma tusculum ad supplementũ decernerẽt.
decẽuirosq; ab arce tusculi digressos in castris militem habere: Castra a-
lia a fidenis in sabinũ agrum transferri: belloq; ultro inferendo deter-
reri hostes a consilio urbis oppugnandæ: Ad clades ab hostibus acceptas
duo nefanda facinora decẽuiri belli domiq; adiiciunt. L. siccium in
sabinis per inuidiam decẽuiralem tribunorum creandorum secessionisq;
mentiones ad uulgus militum sermonibus occultis serentem. prospecu-
latum ad locum castris capiendum mittunt. Datur negotium militib;
quos miserant expeditionis eius comites: ut eum oportuno adorti loco
interficerent. Nam circa repugnantem aliquot insidiatores cecidere:
cum ipse se preualiduis pari uiribus animo, inter circũuentus tutaretur. Nun-
tiant in castra ceteri precipitatum in insidias esse. Siccium egregie pugnã-
tem milites q; quosdam cum eo amissos. Primo fides nuntiantibus fuit. p-
fecta deinde cohors ad sepelliendos qui ceciderant decẽuirorum pmis-
su: Postq̃ nullum spoliatum ibi corpus siccium q; in medio iacentem ar-
matum q; omnibus in eum uersis corporibus uidere: hostium neq; cor-

Haud inulctum interfecere

pus: neq uestigia abeuntium: profecto a suis interfectum memorantes,
retulere corpus: Inuidiaeq plena castra erant: & romam ferri protinus
siccium placebat: ni decemuiri funus militare ei publica impensa face
re maturassent. Sepultus ingenti militum mestitia pessima decem uirorũ
in uulgus fama est. Sequitur aliud in urbe nefas a libidine ortum haud
minus fedo eventu: q̃ quod per stuprum caedemq lucretiae urbe regnoq
tarquinios expulerat: ut non finis solum idem decemuiris, qui regibus: sed
causa etiam eadem amittendi imperii esset. Appium claudium uirginis
plebeae stuprandae libido cepit. Pater uirginis. L. uerginius honestum or
dinem in algido ducebat: uir exempli recti domi militiaeq: perinde uxor
instituta fuerat liberiq instituebantur. Desponderat filiam. L. icilio tribu
nitio uiro acri & pro causa plebis experte uirtutis. Hanc uirginẽ adultã
forma excellentem appius amore ardens pretio ac spe pellicere adortus:
postq̃ omnia pudore septa animaduerterat: ad crudelem superbamq uim
animum conuertit. M. claudio clienti negotium dedit: ut uirginẽ inser
uitutem assereret: neq cederet secundum libertatem postulantibus uindi
cis: quod pater puellae abesset locum iniuriae esse ratus. Virgini uenienti
in forum ibi nanq in tabernis litterarum ludi erant: minister decẽuiri
libidinis manum iniecit serua sua natam seruamq appellans esse: sequiq se
iubebat: cunctantẽ ui abstracturum. Pauida puella stupente ad clamo
rem nutricis fidẽ quiritium implorantis fit concursus. Verginii patris spo
siq icilii populare nomen celebrabatur. Notos gratia turbam indignitas rei
uirgini conciliat. Iam a ui tuta erat: cum assertor nihil opus esse multi
tudine concitata ait: se iure grassari: non ui. Vocat puellam in ius auctõ
ribus, qui aderant ut sequerentur. Ad tribunal appii peruentum ẽ: No
tam iudici fabulam: petitor quippe apud ipsum auctorem argumenti
peragit: puellam domi suae natam, furtoq inde in domum uerginii trãsla
tam suppositũm ei esse. Id se indicio compertum afferre: probaturũq uel
ipso uerginio iudice: ad quem maior pars iniuriae eius attineat. Interi
dominum sequi ancillam aequum esse. Aduocati puellae cum uerginiũ
rei. p. causa dixissent abesse: biduo affuturum, si nuntiatum ei sit. Iniquũ
esse absentũ de liberis dimicare. Postulant: ut rem integram in patris ad
uentum differat. Lege abipso lata: uindicias det secundũ libertatem: neu
patiatur uirginem adultam fame prius q̃ libertate periculũ adire. Ap
pius decreto praefatus q̃ libertati fauerit: eam ipsam legem declarare: quã
uerginii amici postulationi suae praetendant. Ceterum ita in ea lege liber

tati firmum sit præsidium: si nec causis nec personis uariet. In his enim
qui asserantur in libertatem quia quiuis lege asseri possit: id iuris esse: In ea
que in patris manu sit neminem esse alium cui dominus possessione cedat.
Placere itaq patrem accersiri: Interea iuris sui iacturam assertorem non fa-
cere: quin ducat puellam: sistendamq in aduentu eius qui pater esse di-
catur promittat. Aduersus iniuriam decreti cum multi magis fremerent:
q̃ quisq̃ unus recusare auderet. p. numitorius puellæ auus & sponsus icilius
interueniunt: dataq inter turbam uia cum multitudo icilii maxime
interuenti resisti posse appio crederet: lictor decresse ait: uociferanteq
icilium submouet. Placidum quoq ingenium tam atrox iniuria accen-
disset: Ferro hinc tibi submouendus sum appi inquit: ut tacitum feras,
quod celari uis. Virginem ego hanc sum ducturus: ductamq pudicam
habiturus. Proinde omnes collegarum lictores conuoca: expediri uirgas
& secures iube: non manebit extra domum patris sponsa icilii: Non si tri-
bunitium auxilium & prouocationem plebi romanæ duas arces tuendæ
libertatis ademistis: ideo in liberos quoq nostros coniugesq regnum uestræ
libidini datum est. Seuite in tergum & in ceruices nras: pudicitia saltem
in tuto sit. Huic si uis afferretur: ego presentium quiritium pro sponsa
uerginius militum pro unica filia omnes deorum hominumq implorabi-
mus fidem. Neq tu istud unq̃ decretum sine cede nostra referes. Postulo
appi etiam atq etiam consideres: quo progrediare. Verginius uiderit de
filia ubi uenerit quid agat: hoc tantu sciat: si sibi huius uindictis cesserit:
conditionem filiæ querendam esse. Me uendicantem sponsam in liberta-
tem uita citius deseret q̃ fides. Concitata multitudo erat: certamenq instare
uidebatur: Lictores icilium circustiterant: nec ultra minas tamen pro-
cessum est: Cum appius non uerginiam defendi a icilio: sed inquietum
hominem & tribunatum etiam nunc spirantem locum seditionis quere-
re diceret: non prebiturum se illi eo die materiam. Sed ut iam scire no
id petulantiæ suæ: sed uerginio absenti & patrio nomini & libertati datu:
Ius eo die se non dicturum neq decretum interpositurum: a .m. claudio pe-
titurum: ut cederet iure suo: uendicariq puellam in posterum diem pa-
teretur. Quod nisi pater postero die adfuisset: denuntiare se icilio simili-
busq icilii: neq legi suæ latorem: neq decemuiro constantiam defore. Neq
se utiq collegarum lictores conuocaturum ad cohercendum seditionis
auctores: contentum se suis lictoribus fore. Cum dilatum tempus iniu-
riæ esset: secessissent aduocati puellæ: placuit omnium primu fratre

fratrem icilii filiumq; numitorii impigros iuuenes pergere unde re-
cta ad portam & q̃tum accelerari posset uerginium accire e castris: in
eo uerti puellae salutem: si postero die uindex iniuriae ad tempus p̃
sto esset. Iussi pergunt: citatisq; equis nuntium ad patrem perferẽt.
Cum instaret assertor puellae ut uindicaret: sponsoresq; daret: atq; id
ipsum agi diceretur: icilius sedulo tempus terens: dum praeciperent
uter nuntii missi in castra: manus tollere utq; multitudo & se qsq;
paratum ad spondendum icilio ostendere: Atq; ille lachrymabun-
dus gratum est inquit: crastina die uestra opera utar: sponsorũ nũc
satis est. Ita uindicatur uerginia spondentibus propinquis. Appius
paulisper moratus: ne eius rei causa sedisse uideretur: postq̃ omissis
rebus aliis praecura unius nemo adibat: domũ se recipit: collegisq; in
castra scribit: ne uerginio commeatum dent: atq; etiam in custodia
habeant. Improbum consilium secum ut debuit fuit. Et iã commea-
tu sumpto profectus uerginius prima uigilia erat: cum postero die
mane de retinendo eo neqq̃ litterae redduntur. Ac in urbe prima
luce cum ciuitas in foro expectatione erecta staret: sordidatus filia
secum obsoleta ueste comitantibus aliquot matronis cum ingenti ad-
uocatione in forum deducit. Circuire ibi & prensare homines cepit:
& non orare solum precariam opem: sed pro debita petere: Se pro libe-
ris ac coniugibus eorum quotidie in acie stare: nec alium uirũ esse:
cuius strenue ac ferociter facta commemorari possent: Quid prodes-
se: si incolumi urbe: quae captae ultima timeantur: liberis suis sint pa-
tienda. Haec prope contionabundus circuibat omnes. Similia his ab
icilio iactabantur: Comitatus muliebris plus tacito fletu. q̃ ulla uox
mouebat. Aduersus quae omnia obstinato animo appius: tanta uis
amentiae uerius: q̃ amoris mentem turbauerat: in tribunal ascendit:
& ultro querente pauca petitore: quod sibi pridie per ambitionem
dictum non esset prius: q̃ aut ille postulatum perageret: aut uergi-
nio respondendi daretur locus. Appius interfatur: quem decreto ser-
monem pretenderit: forsan aliquem uerũ auctores antiqui tradi-
derint: quia nusq̃ ullum in tanta feditate decreti uerisimile inue-
nio: id quod constat: nudum uidetur proponendũ: decresse uindi-
cias secundum seruitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tã
atrocis defixit. Silentium inde aliq̃diu tenuit: dein cum m. claudi
circũstantibus matronis iret ad prehendendam uirginem: lamenta

∴ uerginius

∴ in bello plura

bilisq eum mulierum comploratio excepisset: Verginius intentans in ap
pium manus icilio inquit. Appi non tibi filiam despondi: & ad nuptias
non ad stuprum educaui: placet pecudum ferarumq ritu promiscue in
concubitus ruere: passuri ne hec isti sint nescio: non spero esse passuros il
los qui arma habent. Cum repelleretur assertor uirginis a globo mulier
circũstantiumq aduocatorum: silentium factum per preconẽ: decẽuir
alienato ad libidinem animo negat hesterno tantũ conuitio icilii uio
lentiaq uerginii, cuius testem populum r. habeat: sed certis indutis cõ
pertum se habere: nocte tota cetus in urbe factos esse ad mouendam se
ditionem. Itaq se haud inscium eius dimicationis cum armatis descendis
se: non ut quenq̃ quietum uiolaret: sed ut turbantes ciuitatis ociũ pro
maiestate imperii coherceret: proinde quiesse erit melius. I inqt lictor
submoue turbam & da uiam domino ad prehendendũ mancipiũ. Cũ
hec intonuisset plenus ire: multitudo ipsa se sua sponte dimouit: deser
taq preda iniurie puella stabat. Tum uerginius ubi nihil usq̃ auxilii
uidit: Queso inqt appi primũ ignosce patrio dolori: siquid inclemen
tius in te sum inuectus. Deinde sinas hic coram uirgine nutricẽ percõ
tari: quid hoc rei sit: ut si falso pater dictus sum: æquiore hinc animo
discedam. Data uenia seducit filiam ac nutricem prope cloacine ad ta
bernas: quibus nunc nouis est nomen: atq ibi a lanio cultro arrepto hoc
quo te uno possum modo ait filia in libertatem uendico: pectus dein
de puellæ transfigit: respectansq ad tribunal: Te inqt appi tuumq ca
put sanguine hoc consecro. Clamore ad tam atrox facinus orto: exci
tus appius comprehendi uerginium iubet. Ille ferro quacunq ibat ui
am facere: donec multitudine etiã persequentium tuente ad portam
perrexit. Icilius numitoriusq exangue corpus sublatum ostentãt po
pulo: scelus appii: puellæ infelicem formam: necessitatem patris deplorãt.
Sequentes clamitant matronæ. Eam ne liberorũ procreandorũ conditio
nem: ea pudicitiæ premia esse: ceteraq quæ in tali re muliebris dolor
quo est mestior imbecillo animo: eo miserabilia magis querentibus subi
icit. Virorum & maxime icilii uox tota tribunitiæ potestatis ac prouo
cationis ad populum erecte publicarumq indignationum erat. Conci
tatur multitudo partim atrocitate sceleris: partim spe per occasionem
repetendæ libertatis. Appius nunc uocari icilium nunc detrectantẽ
abripi: postremo cum locus adeundi apparitoribus non daretur: ipse
cum agmine patritiorum iuuenum per turbam uadens in uincula

duci iubet. Iam circa icilium non solum multitudo: sed duces quoq; mul
titudinis erant. I. ualerius & .m. horatius: qui repulso lictore si iure age
ret. uendicare se a priuato icilium aiebant. Si uim afferre conaretur: ibi
quoq; se haud impares fore. Hinc atrox rixa oritur: Valerium horatiuq;
lictor decemuiri inuadit: franguntur a multitudine fasces. In contionem
appius ascendit: secuntur horatius ualeriusq: eos contio audit: decem
ro obstrepitur. Iam pro imperio ualerius discedere a priuato lictores iu
bebat: cum fractis animis appius uite metuens in domum se propinq;
foro inscius aduersarius capite obuoluto recipit. Spurius oppius ut au
xilio college esset in forum ex altera parte irrupit: uidit imperium in
ctum. Agitatus deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis au
ctoribus trepidauerat: postremo senatum uocari iussit. Ea res quod ma
gnæ parti displicere acta decem uirorum uidebantur spe finiende per se
natum potestatis eius multitudinem sedauit. Senatus nec plebem irrita
dam censuit. & multo magis prouidendum: ne quid uerginii aduentus
in exercitu motus faceret. Itaq; missi iuniores patrum in castra quæ tum
in monte uecilio erant: nuntiant decemuiris: ut omni ope a seditione mi
lites contineant. Ibi uerginius maiorem q̃ reliquerat in urbe motum ex
ciuit. Nam preter q̃ quod agmine prope .cccc. hominum uenien qui ab
urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant conspectus est: stricti
etiam telum respersusq; ipse cruore tota in se castra conuertit. Et toge mul
tifariam in castris uisæ maioris aliq̃to q̃ erat speciem urbanæ multitudi
nis fecerant. Querentibus quid rei esset flens diu uocem non emisit. Tande
ut iam ex trepidatione concurrentium turba constitit ac silentium fuit:
ordine cuncta ut gesta erant exposuit. Supinas deinde tendens manus co
militones appellans orabat: ne quod scelus appii cl. esset sibi attribuerent:
neu se ut parricidam liberum aduersarentur. Sibi uitam filiæ sua cario
rem fuisse: si libere ac pudice uiuere licitum fuisset: Cum uelut seruam
ad stuprum rapi uideret: morte amitti melius ratum: q̃ contumelia liberos
misericordia se in speciem crudelitatis lapsum: nec se superstitem filiæ fu
turum fuisse: nisi spem ulciscendæ mortis eius in auxilio commilitonum
habuisset. Illis quoq; enim filias sorores coniugesq; esse: nec cum filia sua
libidinem appii cl. extinctam esse. Sed quo impunitior sit: eo effrenatio
rem fore. Aliena calamitate documentum datum illis cauendæ similis
iniuriæ: quod ad se attineat: uxorem sibi fato ereptam: filiamq; nõ ultra
pudica uictura fuerit: miseram: sed honestam mortem occubuisse: nõ esse

patrum

tam appii libidini locum in domo sua. Ab alia uiolentia cuius eodem se animo fuum corpus uindicaturum quo uindicauerit filiam. Cætera sibi ac liberis suis consulerent. Hæc uerginio uociferanti subclamabat multitudo: nec illius dolori: nec suæ libertati se defuturos. Et immixti turbæ militum togati cum eadem illa querendo docendoq. q̃to uisa: q̃ audita indignior potuerunt uideri: Simul profligatam iam rem nuntiando romæ esse: insecutosq. qui appium prope interemptum in exilium abisse dicerent: perpulerunt ut ad arma conclamarent, decemuiri simul his quæ uidebant: his quæ acta romæ audierant perturbati: aliuis in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt: & leniter agentibus responsum non redditur: Imperio siquis inhiberet: & uiros & armatos se esse respondetur: Eunt agmine ad urbem & auentinum insidunt: ut qsq. occurrerat: plebem ad repetendam libertatem creandosq. tribunos pl. adhortantes: alia uox nulla uiolenta audita est: Senatum sp. oppius habet: nihil placet aspere agi: quippe ab ipsis datum locum seditionis esse: Mittuntur tres legati consulares sp. tarpeius. c. iuliius. p. sulpicius: qui quærerent senatus uerbis: cuius iussu castra deseruissent: aut quid sibi uellet, qui armati auentinum insedissent: belloq. auerso ab hostibus patriã suã cepissent: Non defuit quid responderetur: deerat qui daret responsum. nullo dum certo duce: nec satis audentibus singulis inuidiæ se offerre: id modo a multitudine conclamatum est: ut. l. ualerium & m. horatiu ad se mitterent: his se daturum responsum. Dimissis legatis admonet milites uerginius: in re non maxima paulo ante trepidatũ esse: quia sine capite multitudo fuerit: Responsumq. quanq̃ non inutiliter: fortuito tamen magis consensu: q̃ communi consilio esse: Placere decem creari, qui summæ rerum preessent: militariq. honore tribunos militum appellare: Cum ad eum ipsum primũ is honos deferretur: Melioribus meis uestrisq. rebus reseruate inq̃t ista de me iudicia: nec mihi filia inuita honorem ullum iocundum esse patitur: nec in perturbata re. p. eos utile est preesse uobis qui proximi inuidiæ sint: Siquis usus mei est: nihilo minor ex priuato capitur: Ita decem numero tribunos militares creant: Neq. insabinis quieuit exercitus: Ibi quoq. auctore icilio numitorioq. secessio a decẽuiris facta est: non minore motu animorum sicũ cedis memoria renouata: q̃ quæ noua fama de uirgine adeo fede ad libidinem petita accenderat: icilius ubi audiuit tribunos militum in auentino creatos: ne comitiorum militarium prerogatiua urbana comitia iisdem tribunis creandis sequerentur

uellerent q̃ signa & romam proficiscerentur.

peritus rerum popularium. imminensq. & potestati: & ipse prius q̃ iretur
ad urbem pari potestate eundem numerum a suis creandũ curat. Porta
collina urbem intrauere sub signis: mediaq. urbe agmine in auentinũ
pergunt. Ibi coniuncti alteri exercitui uiginti tribunis militum ne-
gotium dederunt: ut ex suo numero duos crearent: qui summe re-
rum preessent. M. oppium. sex. mamilium creant. Patres soliciti de
summa rerum cum senatus quotidie esset: iurgiis sepe terunt tem
pus: q̃ consiliis. Sicii cedes decẽuiris & appiana libido & dedecora mi
litiæ obiiciebantur. Placebat ualerium horatiumq. ire in auentinũ.
Illi negabant se aliter ituros: q̃ si decem uiri deponerent insignia ma
gistratus eius: quo anno iam ante abissent. Decem uiri querentes se
in ordinem cogi: non ante q̃ perlatis legibus: quarum causa creati es
sent deposituros imperium se aiebant. Per. m. duillium. qui tribunus
pl. fuerat certior facta plebs contentionibus assiduis nihil transigi: in
sacrum montem ex auentino transit: Affirmante. m. duillio nõ prius
q̃ deseri urbem uideant: curam in animos patrũ descensura. Admoni
turum sacrum montem constantiæ plebis: scitouirosq. sine restituta
potestate: redigi in concordiam res nequeant. Via nomentana cui ti
figulensi nomen fuit: profecti castra in monte sacro locauere: mo
destiam patrum suorum nihil uiolando imitati. Secuta exercitum
plebs: nullo qui per ætatem ire posset detrectante: Secuntur coniu
ges liberiq.: cuiuã se relinquerent in ea urbe: in qua nec pudicitia n̄
libertas sancta esset miserabiliter rogitantes. Cum uasta omnia rome
insueta solitudo fecisset: in foro præter paucos seniorum nemo esset:
uocatis itaq. in senatum patribus cum desertum apparuisset forum:
pluresq. iam q̃ horatius ac ualerius uociferabantur: Quid expectabi
tis patres cõscripti? Si decemuiri finem pertinaciæ non faciunt: ruere
re ac deflagrare omnia passuri estis? Quod autẽ istud imperiũ decem
uiri est: quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus iura dicturi estis?
Non pudet lictorum uestrorum maiorem prope numerum in foro con
spici: q̃ togatorum aliorumq.? Quid si hostes ad urbem ueniãt facturi
estis? Quid si plebs ubi parum secessione moueatur armata ueniat? Oc
casu ne urbis uultis finire imperium? Atq. aut plebs non est habenda:
aut habendi sunt tribuni plebis. Nos citius caruerimus patritiis magi
stratibus: q̃ illi plebeiis. Nouãq. inexpertãq. eam potestatẽ eripuere pa
tribus nostris: ne nunc dulcedine semel capti fõrent desiderium? cum

presertim ne nos temperemus imperiis: quo minus illi auxilii egeant.
Cum hæc ex omni parte iactarentur: uicti consensu decemuiri, futuros
se quando ita uideatur in potestate patrũ affirmant. Id modo simul
orant ac monent: ut ipsis ab inuidia caueatur: nec suo sanguine ad sup-
plicia patrum plebem assuefaciant. Tum ualerius horatiusq; missi ad ple-
bem conditionibus quibus uideretur reuocandum componendasq; res: de-
cemuiris quoq; ab ira & impetu multitudinis precauere iubentur. Profe-
cti gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur: quippe liberatores haud
dubie & motus initio & exitu rei. Ob hæc his aduenientibus gratiæ actæ.
Icilius pro multitudine uerba facit. Idem cum de conditionibus ageret
querentibus legatis quæ postulata plebis esset: composito iam ante adue-
tum legatorũ consilio expostulauit: ut appareret in æquitate rerũ plus q̃
in armis reponi spei: potestatem enim tribunitiam prouocationemq; re-
petebant: quæ ante decem uiros creatos auxilia plebis fuerant. Et ne cui
fraudi esset: conscisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem
libertatem. De decẽ uirorum modo supplicio atrox postulatum fuit. De-
di quippe eos æquum censebant: uiuosq; igni concrematuros minabant.
Legati ad ea quæ consilii fuerunt: Adeo æqua postulastis: ut ultro uobis
deferenda fuerint. Libertati enim ea præsidia petitis non licentiæ. Ad
impugnandos alios iræ uestræ magis ignoscendum: q̃ indulgendũ est: qp-
pe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis: & prius pene q̃ ipsi liberi
sitis: dominari iam in aduersarios uultis. Nunq̃ ne quiescet ciuitas no-
stra a suppliciis aut patrum in plebem romanã: aut plebis in patres? Scu-
to uobis magis q̃ gladio opus est. Satis superq; humilis est qui iure æquo
in ciuitate uiuit: nec inferendo iniuriã nec patiendo. Etiam si quando
metuendos uos prebituri estis: cum recuperatis magistratibus legibusq; ue-
stris iudicia penes uos erunt de capite nostro fortunisq; tunc ut quæq;
causa erit statuetis. Nunc libertatem repeti satis est. Facerent ut uellẽt
permittentibus cunctis mox redituros se legati rebus perfectis affirmãt.
Profecti cum mandata plebis patribus exposuissent: alii decẽ uiri quando
quidem præter spem ipsorũ supplicii sui nulla mentio fieret: haud quicq̃
abnuere. Appius truci ingenio & inuidia precipua odium in se aliorum
suo in eos metiens odio: haud ignaro inq̃t imminet fortuna. Video dor-
arma aduersariis tradantur: differri aduersus nos certamen: dandus inui-
die est sanguis. Nihil ne ego quidem moror: quo minus decemuiratu
abeã. Factũ senatus cõsultũ: ut decẽ uiri se primo quoq; tẽpore magistratu

abdicarent. Q. furius pontifex maximus tribunos pl. crearet. Et ne cui frau
di esset secessio militum tribunorumq; plebis. His senatus cōsultis perfectis dimis
so senatu decē uiri prodeunt in contionem abdicārq; se magistratu. Ingenti
omnium letitia nuntiantur hæc plebi. Legatos quicqd in urbe hominū sup
erat prosequitur. Huic multitudini leta alia turba ex castris occurrit. Cōgra
tulantur libertatem concordiamq; ciuitati restitutā. Legati pro cōtione. Qd
bonum faustum felixq; sit uobis reiq. p. redite in patriā ad penates coniu
ges liberosq; uestros. Sed qua hic modestia fuistis. ubi nullius ager in tot rei
usu necessario tantæ multitudini est uiolatus: eam modestiā ferte in urbē:
In auentinum ite: unde profecti estis: Ibi felici loco, ubi prima initia inchoastis
libertatis uestre: tribunos pl. creabitis: presto erit pontifex maximus qui co
mitia habeat. Ingens consensus alacritasq; cuncta approbantium fuit. Cōuer
tunt inde signa profectiq; romā certant cum obuiis gaudio. Armati per ur
bem silentio in auentinum perueniunt. Ibi extemplo pontifice maximo co
mitia habente tribunos pl. creauerunt. Omnium primū. a. uerginiū: inde
. L. icilium & p. numitorium auunculum uerginii auctores secessionis. Tū
. c. sicinium progeniem eius, quem primum tribunū pl. creatū in sacro monte
proditum memorie est: & m. duillium, qui tribunatum insignē ante dē
cem uiros creatos gesserat: nec in decē uiralibus certaminibus plebi defue
rat: spe deinde magis: q̄ meritis electi. m. tiniius. m. pomponius. c. aproni?
ap. uilliius. c. oppius. Tribunatu inito. L. icilius extemplo plebem rogauit: &
plebi sciuit: ne cui fraudi esset secessio a decē uiris facta. Confestim de cōsu
libus creandis cum prouocatione. m. duillius rogationem pertulit. Ea oīa
in pratis flaminiis concilio plebis acta: que circū flaminiū appellat. Per
interregem deinde consules creati. L. ualerius. m. horatius: qui extemplo
magistratum occeperunt: quorū consulatus popularis sine ulla patrum
iniuria sine offensione fuit. Quicqd enim libertati plebis caueretur: id su
is decedere opibus credebant. Omnium primum, cum uelut in controuer
so iure esset: tenerentur ne patres plebiscitis: legem centuriatis comitiis tu
lere: ut quod tribunus pl. iussisset populus teneret. Qua lege tribunitiis
rogationibus telum acerrimum datū est. Aliam deinde legem consularem
de prouocatione unicum præsidium libertatis decēuirali potestate euersa
nō restituunt modo: sed etiam in posterū muniunt: sanciendo nouā legē:
ne quis ullum magistratū sine prouocatione crearet. Quisqs creasset: eū ius
fasq; esset occidi: ne ue ea cedes capitalis nex haberetur. Et cum plebē hac
prouocatione hinc tribunitio auxilio satis firmassent: ipsis quoq; tribunis

ut sacrosancti uiderentur: cuius rei propeiam memoria aboleuerat relatis
quibusdam ex magno interuallo cerimonis renouarunt. & cum religione
inuiolatos eos tum etiam lege fecerunt sanciendo ut qui tribunis pl. edili-
bus iudicibus decem uiris nocuisset: eius caput ioui sacrum esset. Familia ad
ædem cereris liberi libereq. unum irent. Hac lege iuris interpretes negat
quenq; sacrosanctum esse: sed eum qui deorum cuiq; nocuerit: id sacru sanci-
ri. Itaq. edilem prehendiq. duciq. a maioribus magistratibus: quod & si non
iure fiat: noceri enim ei cui hac lege non liceat: tamen argumentu esse: no
haberi pro sacrosancto edilem. Tribunos ueteres iureiurando plebis eu pri-
mum eam potestatem creauit sacrosanctos esse fuere qui interpretarent.
Eadem hac horatia lege consulibus quoq. & prætoribus qa iisdem auspiciis qbus
consules crearentur: cautum esse: Iudicem enim consulem appellari. Quæ refel-
litur interpretatio: quod eis temporibus non dum consulem iudicem sed præ-
torem appellari mos fuerit. Hæc consulares leges fuere. Institutum etia ab
iisdem consulibus: ut senatus cosulta in ædem cereris ad ediles plebis defer-
rentur: quæ antea arbitrio consulum supprimebantur uitiabanturq. M. duil-
lius deinde tribunus pl. plebem rogauit: plebsq. sciuit: qui plebem sine tribu-
nis reliquisset: quiq. magistratum sine prouocatione creasset: tergo ac capi-
te puniretur. Hæc omnia ut uiuitis ita non aduersantibus patribus transa-
cta: quia non dum in quenq; unum seuiebatur. Fundata deinde & potestate
tribunitia & plebis libertate: tum tribuni aggredi singulos tutu maturiuq.
iam rati: accusatorem primum uerginium & appium reum deliguit. Cu die
appio uerginius dixisset: & appius stipatus patriis iuuenibus in forum de-
scendisset: redintegrata extemplo est omnis memoria fedissimæ potestatis:
cum ipsum satellitesq. eius uidisset. Tum uerginius oratio inquit rebus du-
bis inuenta est. Itaq. neq. ego accusando apud uos eum tempus teram: a
cuius crudelitate uos me ipsi armis uindicastis: nec istum ad cætera scele-
ra impudentiam in defendendo se adiicere patiar. Omnium igitur tibi
appi claudi quæ impie nefarieq. per biennium alia super alia es ausus
gratiam facio: unius criminis nisi iudicem dices te a libertate in seruitu
tem contra legis iudicias non dedisse: in uincla te duci iubebo. Nec
in tribunitio auxilio appius nec in iudicio populi ullam spem habebat:
at tamen & tribunos appellauit: & nullo morante abreptus a uatore p
uoco inquit. Audita uox una uindex libertatis ex eo missa ore: quo iu-
diciis nuper a libertate dicte erant: silentium fecit. Et dum prosequ.
deos tandem esse & non negligere humana fremunt: & superbiæ crudeli-

tatiq. & si seras non leues tamen uenire penas: prouocare qui prouoca
tionem substulisset: & implorare presidium populi qui omnia iura popu
li obstruxisset: rapiq. in uincula egentem iure libertatis: qui liberũ cor
pus in seruitutem addixisset. Ipsius appii inter contionis murmur fide
populi .r. implorantis uox audiebatur: maiorum merita in rem .p. domi
militiaeq. commemorabat. Suum infelix erga plebem romanam studiũ
coequandarum legum causa cum maxima offensione patrum consula
tu abisset. Suas leges quibus manentibus lator earum in uincla ducatur:
ceterum sua propria bona malaq. cum causae dicendae data facultas sit:
tum se experturum. In presentia se communi iure ciuitatis ciuem ro
manum die dicta postulare ut dicere liceat: ut iudicium populi .r. ex
perir. Non ita se inuidiam pertimuisse: ut nihil in aequitate & misericor
dia ciuium suorum spei habeat. Quod si indicta causa in uincula ducatur:
iterum se tribunos plebis appellare & monere: ne imitentur quos oderit.
Quod si tribuni eodem federe obligatos se fateantur tollendae appellatio
nis causa: in quam conspirasse decem uiros criminati sunt: aut se prouoca
re ad populum: implorare leges de prouocatione & consulares & tribuni
tias eo ipso anno latas. Quem enim prouocaturum: si hoc indemnato indi
cta causa non liceat? Cui plebeio & humili presidium in legibus fore: si ap
pio claudio non sit? Se documento futurum: utrum nouis legibus domi
natio an libertas firmata sit: & appellatio prouocatioq. aduersus iniuria
magistratuum ostentata tantum inanibus litteris: an uere data sit.
Contra ea uerginius: Vnum appium claudium & legum expertem & ci
uilis & humani federis esse aiebat. Respicerent tribunal homines castel
lum omnium scelerum: ubi decemuir ille perpetuus bonis tergo san
guini ciuium infestus: uirgas securesq. omnibus minitans deorum ho
minum contemptor: carnificibus non lictoribus stipatus iam a rapinis
& cedibus animo ad libidinem uerso uirginem ingenuam in oculis popu
li .r. uelut captam bello a complexu patris abreptam ministro cubiculi
sui clienti dono dederit. Vbi crudeli decreto nefandisq. uindicis dex
teram patris in filiam armauerit. Vbi tollentes corpus semianime uir
ginis sponsum auumq. in carcerem duci iusserit: stupro interpellato
magis: q̃ caede motus: & illi carcerem aedificatum esse: quod domicilii
plebis romanae uocare sit solitus. Deinde ut ille iterum ac sepius pro
uocet: sic se iterum ac sepius iudicem illi ferre: ut uindicias a liberta
te in seruitutem dederit. Si ad iudicem non eat pro damnato in uincla

duci iubere: ut haud quoq̃ improbante: sic magno motu animorum
cum tanti uiri supplicio sua & plebeia iam nimia libertas uideretur:
in carcerem est comectus. Tribunus ei diem predixit. Inter hec á lati-
nis & hernicis legati gratulatum de concordia patrum ac plebis roma
uenerunt: donumq; ob eam ioui optimo maximo coronam aurea in ca-
pitolium tulere: parui ponderis prout res haud opulente erant: cole-
banturq; religiones pie magis: q̃ magnifice. Iisdem auctoribus cognitũ
est: equos uulscosq; summa ui bellum apparare. Itaq; partiri prouicias
consules iussi: horatio uulsci ualerio equi euenere. Cum ad ea bella
delectum edixissent: fauore plebis non iuniores modo: sed emeriti etiã
stipendiis pars magna uoluntariorum ad nomina danda presto fuere:
Eoq; non copia modo: sed genere etiam militum ueteranis admixtis fir-
mior exercitus fuit. Priusq̃ urbem egrederentur: leges decemuirales,
quibus tabulis duodeci est nomen in eis incisas in publico proposuerũt.
Sunt qui iniussu tribunorum ediles functos eo ministerio scribãt. C.
claudius qui perosus decẽuirorum scelera & ante omnes fratris filiq;
superbie infestus regillum antiquam in patriam se contulerat. Is
magno iam natu cum ad pericula eius deprecanda redisset, cuius ui
tia fugerat: sordidatus cum gentilibus clientibusq; in foro prensabat
homines singulos: orabatq; ne claudie genti eam iniustam maculam
uellent: ut carcere & uinculis uiderentur digni. Virum honoratissime
imaginis futurum ad posteros. legum latorem conditoreq; romani iu-
ris iacere uinctum inter fures nocturnos ac latrones. Auerteret ab ira
parumper ad cognitionem cogitationemq; animos & potius unum tot
claudiis deprecantibus condonarent: q̃ propter unius odiũ multorum
preces aspernarentur: Se quoq; id generi ac nomini dare: nec cum eo
gratiam redisse: cuius aduerse fortune uelit succursum. Virtute liber-
tatem recuperatam esse: clementia concordiã ordinum stabiliri posse.
Erant quos moueret: sua magis pietate: q̃ eius, pro quo agebat causa. Sed
uerginius sui potius ut misererentur orabat filiaeq;: Nec gentis claudie
regnum in plebem sortite: sed necessariorum uerginii ac triũ tribuno
rum preces audirent: qui ad auxilium plebis creati ipsi plebis fidẽ atq;
auxilium implorarent. Iustiores hee lachryme uidebantur. Itaq; spe
incisa prius q̃ predicta dies adesset: appius mortem sibi consciuit. Sub
inde abreptus á. p. numitorio sp. oppius proximus iuuidie: quod in ur-
be fuerat: cum iniuste uindicie á collega dicerentur. Plus tamen facta

iniuria oppio. q̃ non prohibita iniuidie fecit. Testis productus qui septẽ
& uiginti enumeratis stipendiis octies extra ordinem donatus: donaq ea ge
rens in conspectu populi scissa ueste tergum laceratum uirgis ostendit ni
hilum deprecans: quin siquam suam noxam reus dicere possent priuatus
iterum in se seuiret. Oppius quoq ductus in uincula est: & ante iudicii die
finem ibi uite fecit. Bona claudii oppiq tribuni publicauere. Collegæ eorũ
exilii causa solum uertere: bona publicata sunt. Et.m. claudius assertor ver
giniæ die dicta damnatus ipso remittente uerginio ultimam penã dimissus
tibur exulatum abiit: Manesq uerginiæ mortuæ. q̃ uiuæ feliciores per tot
domos ad petendas penas uagati nullo relicto sonte tandem quieuerũt. Ingẽs
metus incesserat patres: uultusq iam iudem tribunorum erant qui decem
uirorum fuerant: Cum .m. duillius tribunus pl. inhibito salubriter modo
nimiæ potestatis: Et libertatis inqt nostræ & penarum ex inimicis satis est:
Itaq hoc anno nec diem dici cuiq̃ nec in uincula duci quenq̃ sum passurus.
Nam neq uestra peccata repeti iam obliterata placet: cum & noua expiata sint
decem uirorũ supplicis: & nihil admissum iri quod uim tribunitia deside
ret: spondet perpetua consulum amborum in libertate uestra tuenda cura.
Ea primum moderatio tribuni metum patribus dempsit: eademq auxit cõ
sulum inuidiã quod adeo toti plebis fuissent: ut patrum salutis libertatisq
prior plebeio magistratui: q̃ patritio cura fuisset. Et ante inimicos satietas
penarum suarum cepisset: q̃ obuiam ituros licentiæ eorum consules appare
ret: Multiq erant qui mollius consultum dicerent: quod legum abeis la
tarum patres auctores fuissent: Neq erat dubium: quin turbato rei.p. sta
tu tempori succubuissent: Consules rebus urbanis compositis fundatoq plebis
statu in prouincias diuersi abiere: Valerius aduersus iam coniunctos in algi
do exercitus equorum uulscorumq sustinuit consilio bellũ. Quod si exte
plo rem fortunæ commisisset: haud scio an qui cum animi decẽ uirorum
infelicibus auspiciis romanis hostibusq erant magno detrimento certam
statuirum fuerit. Castris mille passuum ab hoste positis copias continebat:
hostes medium inter bina castra spatium acie instructa complebant: pro
uocabantibusq ad prelium responsum romanus nemo reddebat. Tandemq
fatigati stando ac nequicq̃ expectando certamen: equi uulsciq postq̃ con
cessum propemodum de victoria credebant: pars in hernicos pars in la
tinos predatum abeunt: Relinquitur magis castris presidium: q̃ satis uiriũ
ad certamen. Quod ubi consul sensit: reddit illatum antea terrorẽ instru
ctaq acie ultro hostem lacessit. Vbi illi conscientia quid abesset uirium

detrectauere

detrectauere pugnam: creuit extemplo romanis animus: & pro uictis habe
bant. Pauentes intra uallum cum per totum diem stetissent intenti ad certa
men noctu cessere. Et romani quidem pleni spei corpora curabant: haud
quaq̃ pari hostes animo nuntios passim trepidi ad reuocandos predatores di
mittunt: Recurritur ex proximis locis: ulteriores non inuenti. Vbi illuxit
egreditur castris romanus uallum inuasurus: ni copia pugne fieret. Et postq̃
multa iam dies erat: neq; mouebatur quicq̃ ab hoste: iubet signa inferri cō
sul: motaq; acie: indignatio equos uulsosq; incessit: si uictorem exercitum
uallum potius q̃ uirtus & arma tegerent. Igitur & ipsi efflagitatum a duci
bus signum pugne accepere. Iamq; pars egressa portis erat: deinceps q; alii ser
uabant ordinem in suum quisq; locum descendentes: cum consul romanus
prius q̃ totis uiribus fulta constaret hostiū acies intulit signa: adortusq; nec
dum omnes eductos: nec qui erant satis explicatis ordinibus prope fluctuā
tem turbam trepidantium huc atq; illuc circūspectantiumq; se ac suos: ad
dito turbatis mentibus clamore atq; impetu inuadit. Retulere primo pedē
hostes: deinde cum animos collegissent: & undiq; duces uictis ne cessuri es
sent increparent: restituitur pugna. Consul ex altera parte romanos me
minisse iubebat illo die primum liberos pro libera urbe romana pugnare:
sibi met ipsis uicturos: non ut decem uirorum victores premium essent: non
appio duce rem geri: sed consule ualerio a liberatoribus populi .r. orto libera
tore ipso: Ostenderent prioribus prelis per duces: non per milites stetisse: ne
uincerent. Turpe esse contra ciues plus animi habuisse: q̃ contra hostes: &
domi q̃ foris seruitutem magis timuisse. Vnam uerginiam fuisse: cuius pu
dicitie in pace periculum esset: Vnum appium ciuem periculose libidinis.
At si fortuna belli inclinet omnium liberis a tot milibus hostium periculū
fore. Nolle ominari: quæ iupiter: nec mars pater passuri sint his auspiciis cō
dite urbi accidere. Auentini sacriq; montis admonebat: ut ubi libertas
parta esset paucis ante mensibus: eo imperium illibatū referrent: ostende
rentq; eandem indolem militibus romanis post exactos decēuiros esse q̃
ante creatos fuerit. Nec æquatis legibus imminutam uirtutem populi
.r. esse. Hæc ubi inter signa peditum dicta dedit: aduolat deinde ad eqtes:
Agite iuuenes inquit: prestate uirtute peditem: ut honore atq; ordine pre
statis. Primo concursu pedes mouebāt hostem: pulsum uos immissis equis
exigite de campo. Non sustinebunt impetum: & nunc cunctantur ma
gis: q̃ resistunt. Concitant equos permittuntq; in hostem pedestri iam tur
batum pugna: & perruptis ordinibus elati ad nouissimam aciē: pars libero

spatio circuuecti iam fugam undiq capessentes plerosq a castris auertunt:
preequitantes absterrent. Pedituṁ acies & consul ipse uisq omnis belli fertur
in castra: captisq cum ingenti cede maiori præda potitur. Huius pugne
fama perlata non in urbem modo: sed in sabinos ad alterum exercitum:
in urbe letitia modo celebrata est. In castris animos militum ad emulā
dum decus accendit. Iam horatius eos excursionibus sufficiendo prelisq
leuibus experiundo assuefecerat: sibi potius fidem: q̃ meminisse iniuriæ
decem uirorum ductu accepte: paruaq certamina in summam totius
profecerant spei. Nec cessabant sabini feroces a re priore anno bene
gesta lacessere atq instare: Quid latrocinii modo procursantes pauci re
currentesq tererent tempus: & in multa prelia paruaq caperent sū
mam uniuus belli: quin illi congrederentur acie: inclinandamq semel
fortune rem darent. Ad id, quod sua sponte satis collectum animos
erat: indignitate etiam romani accendebantur. Iam alterū exercitū
uictorem in urbem rediturum: sibi ultro per contumelias hostes insul
tare: quando aut se: si tum non sint pares hostibus fore: Vbi hæc fre
mere militem in castris consul sensit: contione aduocata: Quemadmo
dum inq in algido res gesta sit: arbitror uos milites audisse: qualem
liberi populi exercitum decuit esse: talis fuit. Consilio college: uirtu
te militum uictoria parta est. Quod ad me attinet: id cōsilii animiq
habiturus sum, quod uos milites geritis. Et trahi bellum salubriter &
mature perfici potest. Si trahendum est: ego ut in dies spes uirtusq
uestra crescat eadem qua institui disciplina efficiam. Si iam satis ani
mi est decerniq placet: agite eum clamorem, qualem in acie sublatu
ri estis, tollite hic indicem uoluntatis uirtutisq uestræ. Postq̃ ingenti
alacritate clamor est sublatus: quod bene uertat: gesturum se illis mo
rem: posteroq die in aciem educturum affirmat. Reliquum diei ap
parandis armis consumptum est. Postero die simul instrui romanam
aciem sabini uidere: & ipsi iam pridem auidi certaminis procedunt.
Prelium fuit: quale inter fidentes sibimet ambos exercitus ueteri per
petuaq, alterum gloria, alterum nuper noua uictoria elatum. Consi
lio etiam sabini uires adiuuere: Nam equassent aciem duo extra or
dinem milia, quæ in sinistrum cornu romanorum in ipso certamine
impressionem facerent tenuere: quæ ubi illatis ex transuerso signis de
grauabant prope circuuentum cornu: equites duarū legionum prope
re ex equis desiliunt: cedentibusq iam suis prouolant in primū: simulq

. cc. fere

& hosti se opponunt: & equato primũ gradu periculo: pudore deinde
animos accendunt peditum. Verecundie erat: equitem suo alienoq; mar-
te pugnare: peditem ne ad pedes quid digresso equiti parem esse: Vadũt
igitur in prelium a sua parte omissum & locum ex quo cesserunt repetiũt.
momentoq; non restituta modo pugna: sed inclinatur etiam sabinis cornu:
eques inter ordines peditum tectus ad equos se recipit. Transuolat inde in
partem alteram suis victorie nuntius: simul & in hostes iam pauidos: qp
pe fuso sue partis ualidiore cornu impetum facit. Non aliorum eo pre-
lio uirtus magis enituit. Consul prouidere omnia: laudare fortes: in
crepare sicubi segnior pugna esset. Castigati fortium statim uirorũ
opera edebant: Tantumq; hos pudor: q̃tum alios laudes excitabat. Re-
dintegratoq; clamore: undiq; omnes connisi hostem auertunt: nec dein
de romana uis sustineri potuit. Sabini fusi passim per agros castra hosti
ad predam relinquunt. Ibi non sociorũ sicut in algido res: sed suas ro
manus populationibus agrorũ amissas recipit. Gemina victoria duo
bus bifariam prelis parta maligne senatus in unum diem supplicatio
nes consulum nomine decreuit. Populus inuissu & altero die frequẽs
tit supplicatumq; est. Et hec uaga popularisq; supplicatio studiis prope
celebratior fuit. Consules ex composito eodem biduo ad urbem accesse
re: senatum in martiũ campum euocauere. Vbi cũ de rebus a se gestis
agerent: questi primores patrum senatum inter milites dedita opera
terroris causa haberi. Itaq; inde consules: ne criminationi locus esset
in prata flaminia: ubi nunc edes apollinis est: iam tum apollinarem
appellabant: aduocauere senatum. Vbi cum ingenti consensu patrum
negaretur triumphus. L. icilius tribunus pl. tulit ad populũ de trium
pho consulum: multis dissuasum prodeuntibus: maxime c. claudio uo
ciferante de patribus: non de hostibus consules triumphare uelle: gra
tiamq; pro priuato merito in tribunos: non pro uirtute honorẽ peti:
nunq̃ ante de triumpho per populum actum: Semper extimationẽ ar
bitriumq; eius honoris penes senatũ fuisse: Ne reges quidẽ maiestatem
summi ordinis imminuisse: ne ita omnia tribuni potestatis sue imple-
rent: ut nullum publicum consilium sinerent esse. Ita demum liberam
ciuitatem fore: ita æquatas leges: si sua quisq; iura ordo suam maiestatẽ
teneat. In eandem sententiã multa & a ceteris senioribus patrum cũ esset
dicta: omnes tribus eam rogationem acceperunt. Tum primum sine au
ctoritate senatus populi iussu triumphatum est. Hæc victoria tribunor

plebisq. prope in haud salubrem luxuriam uertit. Conspiratione inter tri
bunos facta: ut iidem tribuni reficerentur: & quo sua minus cupiditas emi
neret: consulibus quoq. continuarent magistratum. Consensu patrum cau
sabantur: quo per contumeliam consulum iura plebis labefactata essent.
Quid futurum non dum firmatis legibus. si nouos tribunos per factiones
suas consules adorti essent: Non enim semper ualentios horatiosq. consules
fore qui libertati plebis suas opes postferrent. Forte quadam utili ad tem
pus. ut comitiis preesset potissimum. m. duillio sorte euenit. uiro prude
ti & ex continuatione magistratus inuidia imminente cernenti. Qui cū
ex ueteribus tribunis negaret se ullius rationem habituru pugnaretq.
collegæ: ut liberas tribus in suffragium mitteret. aut concederet sortem
comitiorum collegis habituris e lege potius comitia: q̄ ex uoluntate pa
trum iniecta contentione duillius consules ad subsellia accitos cum iter
rogasset quid de comitiis consularibus in animo haberent: respondisset q.
se nouos consules creaturos: auctores popularis sententie haud populares
nactus in contionem cum his processit. Vbi cum consules producti ad po
pulum interrogatiq. si eos populus. r. memor libertatis per illos recepte
domi. memor militiæ rerumq. gestarum consules iterum faceret: quidnā
sue facturi essent: nihil sententiæ mutassent. Collaudatis consulibus quod p
seuerarent. ad ultimum dissimiles decē uirorum esse: comitia habuit: Et qn
que tribunis pl. creatis cum pre studiis aperte petentium nouem tribuno
rum: alii candidati tribus non explerent: concilium dimisit: nec deinde
comitiorum causa habuit: Satisfactum legi aiebat. que numero nusq̄ p
finito tribunis modo ut relinquerentur sanciret: & abiis. qui creati esset
cooptari collegas iuberet: Recitabatq. rogationis carmen. in quo si tribu
nos pl. decē rogabo si qui uos minus hodie decē tribunos pl. fecerit. Hi tū
uti quos sibi collegas cooptassent: ut illi legitimi eadem lege tribuni ple
bei sint: ut illi. quos hodie tribunos pl. feceritis. Duillius cum ad ultimū
perseuerasset negando. xv. tribunos pl. rem. p. habere posse: Victa collega
rum cupiditate: pariter patribus plebiq. acceptus magistratu abiit. Nouī
tribuni pl. in cooptandis collegis patrum uoluntatem fouerunt. Duos etiā
& patritios consularesq. sp. tarpeium & a. eternii cooptauere: Consules
creati sp. herminius. t. uerginiius celimontanus nihil magnopere ad pa
trum. aut plebis causam inclinati otium domi & foris habuere: L. trebo
nius tribunus pl. infestus patribus. quod se abbis in cooptandis tribunis
fraude captum proditumq. a collegis aiebat. rogationem tulit: ut q plebe

romanam tribunus pl. rogaret: si usq. eo rogaret: dum decē tribunos pl.
faceret: insectandisq. patribus. unde aspero etiā inditum est cognomen tri
bunatum gessit. Inde. en. geganius macrinus &. c. iulius cōsules facti: cōten
tiones tribunorū aduersus nobilium iuuentutem ortas sine insectatione po
testatis eius conseruata maiestate patrū sedauere. Plebē decreto ad bellum
uulscorū & equorū delectu sustinendo rem a seditionibus continuere. Vrba
no quoq. ocio foris omnia tranquilla esse affirmantes per discordias ciuiles
externos tollere animos. Cura pacis concordieq. quoq. intestine causa fuit.
Sed alter semper ordo grauis alterius modestie erat. Quiescenti plebi a iunio
ribus patrum iniurie fieri cepte: Vbi tribuni auxilio humilioribus essēt
in primis parum proderat: deinde ne ipsi quidem inuiolati erāt: Vtiq. po
stremis mensibus. cum & per contiones potentiorū iniuria fieret: & uis pote
statis omnis aliq̄to posteriore anni parte languidior ferme esset. Iāq. plebs
ita in tribunatu ponere aliquid spei: si similes iterio tribunos haberet: no
mina tantū se biennio habuisse. Seniores contra patrū ut nimis feroces
suos credere: iuuenes esse. Ita malle si modus excedendus esset: suis q̄ aduer
sariis superesse animos: Adeo moderatio tuende libertatis dum æquari
uelle simulando ita se quisq. extollit: ut deprimat alium. in difficili cauen
doq. ne metuant homines metuendos ultro se efficiunt: & iniuriam a nobis
repulsam tanq̄ aut facere: aut pati necesse sit. iniungimus aliis. T. quinti
capitolinus quartō & agrippa furius consules inde facti nec seditionē do
mi. nec foris bellū acceperūt: sed imminebat utrunq.. Iam non ultra di
scordia ciuium reprimi poterat: & tribunis & plebe incitata in patres. cū
dies alicui nobilium dicta nouis semper certaminibus contiones turbaret:
Ad quarum primū tamen strepitum uelut signo accepto arma cepere equi ac uul
sci: Simul quod persuaserant his duces cupidi predarum biennio ante de
lectum indictum haberi nō potuisse: Abnuente iam plebe imperiū: eo ad
uersus se non esse missos exercitus dissolui licentia militandi more: nec pro
communi iam patria romam esse. Quicquid irarum simultatumq. cū exter
nis fuerit: in ipsos uerti. Obcecatos lupos intestina rabie opprimendi occasio
nem esse: Coniunctis exercitibus latinum primum agrum populati sunt:
deinde postq̄ ibi nemo uindex occurrebat: tum uero exultantibus belli
auctoribus ad menia ipsa romæ populabundi regione porte esquilinæ ac
cessere: uastationem agrorum per contumeliam urbi ostentantes. Vnde postq̄
inuleti prædam pre se agentes retro ad corbionem agmine iere. Quintius
consul ad contionem populum uocauit. Ibi in hanc sententiā locutū accipio.

Et si mihi nullius noxe conscius quirites sum: tamen cũ pudore summo in
contionem uestram processi: hoc uos scire: hoc posteris memorie traditũ
iri: equos & uulscos uix hernicis modo pares. t. quintio quartum consule
ad menia urbis rome impune armatos uenisse. Hanc ego ignominiam
quanq̃ iam diu ita uiuitur: si status est rerum: ut nihil boni diuinet ani
mus: si huic potissimum imminere anno scissem: uel exilio uel morte: si
alia fuga honoris non esset: uitassem. Ergo si uiri arma illa habuissent q̃
in portis fuere nostris: capi roma me consule potuit? Satis bonorum sa
tis superq; uite erat: mori consulem tertiũ oportuit. Quem tandẽ igna
uissimi hostium contempsere? nos consules an uos quirites? Si culpa i
nobis est: auferte imperium indignis: Et si id parum est: insuper penas
expetite. Si in uobis nemo deorum nec hominum sit qui uestra puniat
peccata quir: uos met tantũ eorum peniteat. Non illi uestram ignauiã
contempsere: nec sue uirtuti confisi sunt: quippe totiens fusi fugatiq;
castris exuti: agro multati: sub iugum missi & se & nos nouere. Discordia
ordinum est uenenum huius urbis: patrum ac plebis certamina: dum n̄
nobis imperii nec uobis libertatis est modus: dum tedet uos patritiorũ
hos plebeiorum magistratuum: substulere illi animos: produnt fidẽ: qd
uobis uultis tribuni plebis? Concupistis concordie causam: concessimus.
Decemuiros desiderastis: creari passi sumus. Decẽuirorum uos pertesum e:
coegimus abire magistratu. Manente in eosdem priuatos ira uestra: mo
ri atq; exulare nobilissimos uiros honoratissimosq; passi sumus. Tribunos
pl. creare iterum uoluistis: creastis. Consules facere uestrarum partium
& si patribus uidebatur iniquum: patritiũ quoq; magistratum plebis do
num fieri: uidimus. Auxilium tribunitium: prouocationem ad popu
lum: scita plebis iniuncta patribus sub titulo æquandarum legum iniu
iura oppressa: tulimus & ferimus. Qui finis discordiarũ erit? Et quando
unam urbem habere? quando communem hanc etiã patriam licebit?
Victi nos æquiore animo quiescimus: q̃ uos victores. Satis ne est nobis uos
metuendos esse? Aduersus nos auentinus capitur? aduersus nos sacer oc
cupatur mons. Exquilias ab hoste prope captas & scandentem in aggere
uulscum hostem nemo submouit. In nos uiri, in nos armati estis. Agite du
ubi hic curiam circũsederitis & forum infestum feceritis & carcerẽ imple
ueritis: principibus iisdem istis ferocibus animis egrediemini extra por
tam exquilinã. Aut si ne hoc quidem audetis: ex muris uisite agros ue
stros ferro igniq; uastatos: predam abigi: fumare passim incensa tecta. At

enim communis res: per hec loco petore est. Ager uritur: urbs obsidetur:
belli gloria penes hostes est: quid tandem priuate res uestre: quo statu
sunt? Iam unicuiq; ex agris sua damna nuntiabuntur? Quid tandem e
domi unde ea expleatis? Tribuni uobis amissa reddent ac restituet? Vocis
uerborum q̃tum uoletis ingerent & criminum in principes: & legum alia
rum super alias & contionum. Sed ex illis contionibus nunq̃ uestrũ qsq̃
re fortunaq; domum auctior redit. Et quis uestrum retulit aliquid ad
coniugem ac liberos: preter odia: offensiones: simultates publicas priuatasq;?
a quibus semper non uestra uirtute innocentiaq; sed auxilio alieno tu
ti sitis. At hercule cum stipendia nobis consulibus: non tribunis ducibus:
& in castris non in foro faciebatis: & in acie uestrum clamorem hostes nõ
in contione patres romani horrebant: preda parta: agro ex hoste cap
to pleni fortunarũ gloriaq; simul publice simul priuate triumphan
tes domum ad penates redibatis. Nunc oneratum uestris fortunis hostẽ
abire sinitis: herete affixi contionibus & in foro uiuite. Sequitur uos
necessitas militandi: quam fugitis. Graue erat in equos & uilscos profi
cisci. Ante portas est bellum. Si inde non pellitur: iam intra menia erit
& arcem & capitolium scandet: & in domos uestras uos persequetur. Bien
nio ante senatus delectum haberi & duci exercitum in algidum iussit.
Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes: presenti pace
leti: nec cernentes ex ocio illo breui multiplex bellũ redituri. His ego gra
tiora dictu alia esse scio. Sed me uera pro gratis loqui & si meũ ingeniũ
non moneret: necessitas cogit. Vellem quidem uobis placere quis. Sed
multo malo uos saluos esse: qualicunq; erga me animo futuri estis. Na
tura hoc ita comparatum est: ut qui apud multitudinẽ sua causa loq
tur gratior eo sit: cuius mens nihil preter publicum commodũ uidet:
nisi forte assentatores publicos plebicolas istos: qui uos nec in ocio esse si
nunt: uestra uos causa incitare & stimulare putatis: concitati aut hono
ri aut questui illis estis. Et quia in concordia ordinum nullos se usq̃ es
se uident: male rei se q̃ nullius: turbarum ac seditionum duces esse uo
lunt. Quarum rerum si uos tedium tandem capere potest & patrum
uestrosq; antiquos mores uultis pro his nouis sumere: nulla supplicia re
cuso: nisi paucis diebus hos populationes agrorum uestrorũ fusos fugatosq;
castris excuero: & a portis nostris menibusq; ad illorum urbes hunc belli
terrorem quo nunc uos attoniti estis transtulero. Raro alias tribuni
popularis oratio acceptior plebi: q̃ tunc seuerissimi consulis fuit. Iuuentus

quoq. que inter tales motus detrectationem militiae telum acerrimum
aduersus patres habere solita erat: arma & bellum spectabat. Et agrestiū
fuga spoliatiq. in agris & uulnerati fediora his que subiciebantur oculis
nuntiantes totam urbem ira impleuere. In senatum ubi uentum est: ibi ue
ro in quintium omnes uersi ut unum uindicem maiestatis romanae intue
ri. Et primores patrum dignam dicere contionem imperio consulari: di
gnam tot consulatibus ante actis: dignam uita omni plena honorū saepe
gestorum saepius meritorum. Alios consules aut per proditionem dignita
tis patrum plebi adulatos: aut acerbe tuendo iura ordinis asperiorem do
mando multitudinem fecisse. T. quintium orationem memorem maiestatis
patrum concordiaeq. ordinum & temporum in primis habuisse: Orare eum
collegamq.: ut capesserent rem. p. Orare tribunos: ut uno animo cum con
sulibus bellum aburbe ac menibus propulsare uellent: plebemq. obedientē
in re tam trepida patribus preberent. Appellare tribunos communem patriā
auxiliumq. eorum implorare: uastatis agris: urbe prope oppugnata. Consen
su omnium delectus decernitur habeturq. Consules cum in contione pronū
tiassent tempus non esse causas cognoscendi: omnes iuniores postero die pri
ma luce in campo martio adessent: cognoscendis causis eorum qui nomina nō
dedissent bello perfecto se daturos tempus: pro desertore futurum: cuius nō
probassent causam. Omnis iuuentus affuit postero die. Cohortes sibi quoq.
centuriones legerunt. Bini senatores singulis cohortibus praepositi. Hec oia
adeo mature perfecta accepimus: ut signa eo ipso die a questoribus ex era
rio prompta delataq. in campum quarta diei hora mota ex campo sint:
exercitusq. nouus paucis cohortibus ueterum militum uoluntate sequenti
bus manserit ad decimum lapidem. Insequens dies hostem in conspectu de
dit: castra ad corbionem castris sunt coniuncta. Tertio die cum ira roma
nos: illos cum totiens rebellassent conscientia culpae ac desperatio irritaret:
mora dimicandi nulla est facta. In exercitu romano cum duo consules
essent potestate pari: quod saluberrimum in administratione magnarū
rerum est: summā imperii concedente agrippa penes collegam erat. Et
praelatus ille facilitate submittentis se comiter respondebat: communica
do consilia laudesq. & aequando imparem sibi. In acie quintius dextrum
cornu agrippa sinistrum tenuit. Spurio postumio albo legato datur me
dia acies tuenda. Legatum alterum. p. sulpicium equitibus praeficiunt.
Pedites a dextro cornu egregie pugnauere: haud segniter resistentibus uul
scis. p. sulpicius per mediam hostium aciem cum equitatu perrupit. Vnde

cum eadem reuerti posset ad suos prius q̃ hostis turbatos ordines reficeret:
terga impugnare hostium satius uisum est: momentoq; temporis in aduer-
sam incursando aciem anciptiti terrore dissipasset hostes: ni suo proprio eum
prelio equites uulscorum & equorum exceptum aliq̃diu tenuissent. Ibi uero
negare sulpicius cunctandi tempus esse: circũuentos interclusosq; a suis uo
ciferans: ni equestre prelium connisi omni ui perficerẽt: nec fugare eq
tem integrum satis esse: conficerent equos uirosq; ne quis reuecheretur
inde ad prelium: aut integraret pugnam: non posse illos resistere sibi:
quibus conferta peditum acies cessisset. Haud surdis auribus dicta impu
lsione una totum equitatum fudere: magnam uim ex equis precipitaue
re: ipsos equosq; spiculis confodere: Is finis pugnæ equestris fuit. Tũc ador
ti peditum aciem nuntios ad consules rei geste mittunt: ubi iã inclinaba
tur hostium acies. Nuntius deinde & uincentibus romanis animos auxit:
& referentes gradum perculit equos. In media primum acie uinci cepti,
qua premissus equitatus turbauerat ordines. Sinistrum deinde cornu
a quintio consule pelli ceptum. In dextero plurimum laboris fuit. Ibi
agrippa ætate uiribusq; ferox: cum omni parte pugnæ melius rem geri:
q̃ apud se uideret: accepta signa a signiferis ipse inferre: quædam iacere
etiam in confertos hostes cepit. Ita æquata. Cuius ignominiæ metu conci
tati milites inuasere hostem. Ita æquata ex omni parte victoria est. Nun
tius tum a quintio uenit: uictorem iam se imminere hostium castris: nol
le irrumpere ante: q̃ sciat debellatum & in sinistro cornu esse: Suam fudis
set hostes: conferret ad se signa: ut simul omnis exercitus præda poturet.
Victor agrippa cum mutua gratulatione ad uictorem collegam castraq; ho
stium uenit. Ibi paucis defendentibus momentoq; fusis sine certamine
in munitiones irrumpunt: prædaq; ingenti compotem exercitũ suis etiã
rebus recuperatis: quæ populatione agrorum amissæ erant reducũt. Tri
umphum nec ipsos postulasse: nec his delatum a senatu accipio: nec tradi
tur causa spreti aut non sperati honoris. Ego q̃tum in tanto interuallo
temporũ comicio: cum ualerio atq; horatio consulibus, qui preter uul
scos & equos sabini etiã belli perfecti gloriã pepererant: negatus a sena
tu triumphus esset: uerecundiæ fuit pro parte dimidia rerũ consulibus
petere triumphum: ne etiã si impetrassent: magis hominum ratio: q̃ me
ritorum habita uideretur. Victoriam honestam ex hostibus partã tur
pe domi de finibus sociorum iudicium populi deformauit. Ariciní atq;
ardeates de ambiguo agro cum sæpe bello certassent: multis inuicẽ cla

dibus fessi iudicem populum r. cepere. Cum ad causam oranda uenisset
concilio populi a magistratibus dato magna contentione actum est. Iaq;
editis testibus cum tribus uocari & populum inire suffragium oporteret:
consurgit p. scaptius de plebe magno natu. Et si licet inquit consules de
re p. dicere: errare ego populum in hac causa non patiar. Cum ut uanum
eum negarent consules audiendum esse: uociferantemq; prodi publica
causam submoueri iussissent: tribunos appellat. Tribuni ut fere semper
reguntur a multitudine magis q; regunt: dedere cupide audiendi plebi:
ut que uellet scaptius diceret: ibi infit: Annum se tertium & octogesi
mum agere: & in eo agro de quo agitur militasse non iuuenem uigesi
ma iam stipendia merentem: cum ad coriolos sit bellatum: Eo se rem ue
tustate obliteratam ceterum sue memorie infixam tenere asserre. Agru
de quo ambigitur finium coriolanorum fuisse: captisq; coriolis iure bel
li publicum populi r. factum. Mirari se: quona ore ardeates aricinique
cuius agri uis nunq; usurpauerint incolumi coriolana re: eum se a po
pulo r. quem pro domino iudicem fecerint intercepturos sperent: Sibi
exiguum uite tempus superesse: non potuisse se tamen inducere in ani
mum: quin quem agrum miles pro parte uirili manu cepisset: eum se
quoq; uoce qua una posset uendicaret. Magnopere se suadere popu
lo: ne inutili pudore suam ipse causam damnaret. Consules cu scaptiu
non silentio modo sed cum assensu etiam audiri animaduertisset: deos
hominesq; testantes flagitium ingens: patrum primores accersit: cu
is circuire tribunos orare: ne pessimum facinus peiore exemplo admit
terent: iudices in suam rem litem uertendo: Cum presertim etia si fassis
curam emolumenti sui iudici esse: nequaq; agro intercipiendo tantu
acquiratur: q;tum amittatur alienandis iniuria sociorum animis. Na fa
me quidem ac fidei damna maiora esse: q; que extimari possent. Hoc
legatos referre domum: hoc uulgari: hoc socios audire: hoc hostes: quo
cum dolore hos: quo cum gaudio illos? Scaptio ne hoc contionali seni
assignaturos putarent finitimos populos? Clarum hoc fore: imagine
scaptium esse: populum r. quadruplatoris & interceptoris litis aliene p
sonam laturum. Quem enim hoc priuate rei iudicem fecisse: ut sibi con
trouersam adiudicaret rem? Scaptium ipsum id quidem & si premor
tui iam sit pudoris: non facturum. Hec consules, hec patres uociferabantur. Sed plus cupiditas & auctor cupiditatis scaptius ualet. Vocate
tribus iudicauerunt agrum publicu populi r. esse. Nec abnuitur ita fuisse:

fieri

si ad iudices alios iturum foret. Nunc haud sane quicq̃ bonæ causæ leuat dedecus iudicii: idq̃ non aricinis ardeatibusq̃: q̃ romanis patribus fediius atq̃ acerbiis uisum est. Reliquum anni quietum ab urbanis motibus & ab externis fuit.

EXPLICIT LIBER TERTIVS.

INCIPIT LIBER QVARTVS.

HOS SECVTI. M. GENVTIVS ET. P. CVRIATIVS: domi foriq̃ infestus annus. Nam principio de connubio patrum & plebis. C. canuleius tribunus pl. rogationem promulgauit: qua contaminari sãguinem suum patres confundiq̃ iura gentium rebantur. Et mentio primo sensim illata a tribunis: ut alterũ ex plebe consulem liceret fieri: eo processit deinde: ut rogationem nouẽ tribuni promulgarent: ut populo potestas esset seu de plebe seu de patribus uellet consules faciendi. Id uero si fieret: non uulgari modo cum infimis: sed prorsus auferri a primoribus ad plebem summum imperiũ credebant. Leti ergo audiere patres ardeatium populum ob iniuriam agri adiudicati desciuisse. Et uehientes depopulatos extrema agri romani: Et uulscos equosq̃ ob communitam uerrugineṁ fremere: Adeo uel infelix bellum ignominiose paci præferebant. His itaq̃ in maius etiã acceptis: ut inter strepitus tot bellorum contirescerent actiones tribunitiæ: delectus haberi: bellum armaq̃ ui summa apparari iubent: siquo intentius possit: q̃. t. quintio consule apparatum sit. Tum. C. canuleius pauca in senatu uociferatus nequicq̃ territando consules auertere plebẽ a cura nouarum legum: nunq̃ eos se uiuo delectum habituros ante: q̃ ea quæ promulgata a se collegisq̃ essent plebs sciuisset. Et confestim ad contionem aduocauit. Eodem tempore & consules senatum in tribunũ & tribunus populum in consules incitabat. Negabant consules iã ultra ferre posse furores tribunitios: Ventum iam ad finem esse: domi plus belli concitari: q̃ foris. Id uero adeo plebis: q̃ patrum: nec tribunoṁ magis: q̃ consulum culpa accidere. Cuius rei premium sit in ciuitate: eam maximis semper auctibus crescere. Sic pace bonos. sic bello fieri: maximũ romæ premium seditionum esse. Id & singulis uniuersisq̃ semper honori fuisse. Reminiscerentur quam maiestatem senatus ipsi a patribus accepisset:

2.

∴ non tantum

quam liberis traditurí essent: Quemadmodum plebs gloriari posset auctore
amplioremq. esse. Finem ergo non fieri: donec q̃ felices seditiones tam bono
rati seditionum auctores essent. Quot q̃tasq. res. c. canuleium aggressum: col
luuionem gentium: perturbationem auspiciorum publicorum priuatorumq. af
ferre: nequid sinceri nequid incontaminati sit: ut discrimine omni sublato
nec se quisq̃ nec suos nouerit. Quam enim aliam uim connubia promiscua
habere: nisi ut ferarum prope ritu uulgent concubitus plebis patrumq.: ut
qui natus sit ignoret cuius sanguinis. quorum sacrorum sit: dimidius patri
sit: dimidius plebis: ne secum quidem ipse concors: parum id uideri quod
omnia diuina humanaq. turbentur. Iam ad consulatum uulgi turbatores
accingi. Et primo ut alter consul ex plebe fieret: id modo sermonibus te
tasse: nunc rogari seu ex patribus seu ex plebe uelit populus consules creet.
Et creaturos haud dubie ex plebe seditiosissimumquenq.: canuleios igitur ici
liosq. consules fore. Ne id iupiter optimus maximus sineret regiae maiesta
tis imperium eo recidere: & se miles morituros potius: q̃ ut tantum dedeco
ris admitti patiantur. Certum habere maiores quoq. si diuinassent conce
dendo omnia non mitiorem in se plebem: sed asperiorem: Alia ex aliis ini
quiora postulando cum prima impetrassent: futuram primo quãlibet dimi
cationem subituros fuisse potius: q̃ eas leges imponi sibi paterentur: Quia
tum concessum sit de tribunis iterum concessum esse: finem non fieri posse.
In eadem ciuitate tribunos pl. & patres esse. Aut hunc ordinem aut illũ ma
gistratum tollendum esse: Potiusq. sero: q̃ nunq̃ obuiam eundum audaciae
temeritatiq. Illi ne ut impune primo discordias serentes concitent finiti
ma bella. Deinde aduersus ea que concitauerat: armari ciuitatem defen
diq. prohibeant. Et cum hostes tantum non accersierint: exercitus conseri
bi aduersus hostes non patiantur: Sed audeat canuleius in senatu proloqui:
se nisi suas leges tanq̃ victoris patres accipi sinant: delectum haberi prohi
aliud biturum. Quid esse: q̃ minari se propulsurum patriam: oppugnari atq. ca
pi passurum: Quid eam uocem animorum non plebi romanae: sed uulseis
& equis & uehientibus allaturam: non ne canuleio duce se speraturos capi
tolium atq. arcem scandere posse: Si patribus tribuni cum iure ac maie
state adempta animos etiam eripuerint. Consules paratos esse duces prius
3. aduersus scelus ciuium: q̃ aduersus hostium arma. Cum maxime hec inse
natu agerentur: Canuleius pro legibus suis & aduersus consules ita disseruit.
Quantopere uos quir. contemnerent patres: q̃ indignos ducerent qui una
secum in urbe intra eadem menia uiueretis: sepe equidem & ante uideor

animaduertisse: nunc tamen maxime: quod adeo atroces in has rogationes
uestras coorti sunt: quibus quid aliud q̃ admonemur ciues nos eorum esse:
& si non easdem opes habere: eandem tamen patriam incolere? Altera conu-
bium petimus: quod finitimis externisq; dari solet: nos quidem ciuitatem,
quae plus q̃ connubium est hostibus etiam uictis dedimus: Altera nihil noui
ferimus: sed id quod populi est repetimus atq; usurpamus: ut quibus uelit
populus.r. honores mandet. Quid tandem est cur celum & terras misceant?
cur in me impetus modo pene in senatu sit factus? Negent se manibus te-
peraturos uiolaturosq; denuntient sacrosanctam potestatem: Si populo
.r. liberum suffragium dẽtur: ut quibus uelit consulatum mandet: & nõ
preciditur spes plebeio cuiq; si dignus summo honore erit adipiscendi su-
mi honoris: stare urbs hec non poterit: de imperio actum est: & perin-
de hoc ualet plebeius ne consul fiat: tanq̃ seruum aut libertinũ aliqs
consulem futurum dicat. Ecquid sentitis in q̃to contemptu uiuatis?
Lucis uobis huius partem si liceat adimant. Quod spiratis: quod uocẽ mit-
titis: quod formas hominum habetis indignantur? Quin etiã si dis placet:
nefas aiunt esse consulem plebeium fieri. Obsecro uos si non ad fastos non
ad comentarios pontificum admittimur? nec ea quidem scimus quae om-
nes peregrini etiam sciunt: consules in locum regum successisse? nec aut
iuris aut maiestatis quicq̃ habere? quod non regibus ante fuerit. En unq̃
creditis fando auditum esse? numam pompilium non modo non patri-
tium: sed ne ciuem quidem romanum ex sabino agro accitum populi
iussu romae regnasse? Lucũ deinde tarquinium non romane modo:
sed ne italice quidem gentis demarathi corinthii filium incolam a tar-
quiniis uiuis liberis anci regem factum? Seruium tullũ post hunc cap-
tiua corniculana natum: patre nullo matre serua: ingenio uirtute re-
gnum tenuisse? Quid enim de .t. tatio sabino dicam? quem ipse romulus
parens urbis in societatem regni accepit? Ergo dum nullum fastiditur
genus in quo emiteret uirtus: creuit imperium romanũ: peniteat uos ple-
beij consules: cum maiores nostri aduenas reges non fastidierint. Et ne re-
gibus quidem exactis clausa urbs fuerit peregrine uirtuti. Claudiã cer-
te gentem post reges exactos ex sabinis non in ciuitatem modo accepimus:
sed etiam in patritiorum numerum. Ex peregrino ne patritius deinde con-
sul fiat? Ciuis romanus si sit ex plebe: precisa consulatus spes erit? Vtrum
tandem non credimus fieri posse: ut uir fortis ac strenuus pace belloq; bo-
nus ex plebe sit? numae. l. tarquinio seruio tullo similis? An ne si sit qdẽ

4.

ad gubernacula rei.p. accedere eum patiemur? potiusq decē uiris teter-
rimis mortalium. qui tum omnes ex patribus erant q̄ optimis regū no
uis hominibus similes consules sumus habituri. At enim nemo post re-
ges exactos de plebe consul fuit: quid postea? nulla ne res noua insti-
tui debet: & quod non dum est factum? Multa enim non dum sunt
facta in nouo populo. Ea ne si utilia quidem sunt fieri oportet? Ponti
fices: augures romulo regnante nulli erant: a numa pompilio creati sūt.
Census in ciuitate & descriptio centuriarum classiumq non erat: a ser
uio tullo est facta. Consules nunq̄ fuerant: regibus exactis creati sunt.
Dictatoris nec imperium nec nomen fuerat: apud patres esse cepit. Tri
buni pl. ediles. quæstores nulli erant: instituitum est ut fierēt. Decem
uiros legibus scribendis inter decem hos annos & creauimus & e re.p.
substulimus. Quis dubitat. quin in æternum urbe condita in immensū
crescente noua imperia sacerdotia iura gentium hominumq instituā
tur? Hoc ipsum ne connubium patribus cum plebe esset non decē uiri
tulerunt? Paucis his annis pessimo exemplo publico cum summa iniu
ria plebis. An esse ulla maior aut insignior contumelia potest: q̄ parte
ciuitatis uelut contaminatam indignam connubio haberi? Quid est
aliud. q̄ exilium intra eadem mœnia. q̄ relegationem pati? Ne affinita
tibus ne propinquitatibus immisceamur cauent: ne societur sanguis.
Quid hoc? Si polluit nobilitatem istam uestram quam pleriq oriundi
ex albanis & sabinis non genere nec sanguine: sed per cooptationem in
patres habetis: ut a regibus lecti: aut post reges exactos iussu populi sin
ceram seruare priuatis consiliis non poteratis? nec ducendo ex plebe neq
uestras filias sororesq ei nubere sinendo e patribus: Nemo plebeius patri
tiæ uirgini uim afferet: Patritiorum ista libido est. Nemo inuitū pactio
nem nuptialem quenq̄ facere coegisset. Verum enim uero lege id prohi
beri & connubium tolli patrum ac plebis: id demum contumeliosum ple
bi est. Cur enim non confertis ne sit connubium diuitibus ac pauperibus?
Quod priuatorum consiliorum ubiq semper fuit: ut in quam cuiq femi
ne conuenisset domum nuberet: ex qua pactus esset uir domo in matri
monium duceret: Id uos sub legis superbissime uincula conuicitis. qua
dirimatis societatem ciuitatis. duasq ex una ciuitates faciatis. Cur non
sanciti ne uicinus patritio sit plebeius? nec eodem itinere eat? ne idem
conuiuium ineat? ne in foro eodem consistat? Quid enim est aliud si
plebeiam patritius duxerit? si patritiam plebeius? Quid tandem iuris

immutatur? Nempe patrem sequuntur liberi: nec quod nos ex connubio
uestro petamus quicq̃ est preter q̃ ut hominum ut ciuium numero simꝰ.
Nec uos nisi in contumeliam ignominiamq nostram certare iuuat? quod cõ
tendatis quicq̃ est. Denique utrum tandem populi r. an uestrũ summum
imperium est? Oportet licere populo r. si uelit iubere legem. An ut qq.
rogatio promulgata erit: uos delectum pro pena decernitis? Et simul er
go tribunus uocare tribus in suffragium ceperit: tu statim consul sacramẽ
to iuniores adiges & in castra educes & minaberis plebi: minaberis tribuno?
Quid si non q̃tum iste mine aduersus plebis consensum ualerent: bis iã exper
ti essetis? Scilicet quia nobis consultum uolebatis certamine abstinuistis?
An ideo non est dimicatum: quod quæ pars firmior eadem modestior fuit?
Nec nunc erit certamen quir. Animos uestros illi tentabunt semper: uires
non experientur. Itaq ad bella ista seu falsa seu uera sunt consules parata
uobis plebs est. Si connubiis redditis unam hanc ciuitatem tandem facitis
si coalescere: si iungi misceriq uobis priuatis necessitudinibus possint: si spes
si aditus ad honores uiris strenuis & fortibus datur: si in consortio: si in so
cietate rei. p. esse: si quod æque libertatis est inuicem annuis magistrati
bus parere atq imperitare licet. Si hæc impediet aliquis: ferte sermoni
bus: multiplicate famam belli: nemo est nomen daturus: nemo arma cap
turus: nemo dimicaturus pro superbis dominis: cum quibus nec in re. p.
honorum: nec in priuata connubii societas est. Cum in contionem &
consules processissent & res a perpetuis orationibus in altercationem ver
tisset: interroganti tribuno cur plebeium consulem fieri non oporteret:
ut fortasse uere: sic parum utiliter in presens certamen respondit: quod
nemo plebeius auspicia haberet: ne incerta prole auspicia turbarentur.
Plebs ad id maxime indignatione exarsit: quod auspicari tanq̃ inuisi di
is immortalibus negarentur posse. Nec ante finis contentionũ fuit: cũ
& tribunum acerrimum auctorem plebs nacta esset & ipsa cum eo per
tinacia certaret: quã uicti tandem patres ut de connubio ferretur co
sensere. Ita maxime rati contentionem de plebeis consulibus tribunos
aut totam deposituros: aut post bellum dilaturos esse: contentamq in
terim connubio plebem paratam delectui fore. Cum canuleius victoria
de patribus & plebis fauore ingens esset: accensi alii tribuni ad certamen
pro rogatione sua summa ui pugnant. Et crescente in dies fama belli de
lectum impediunt. Consules cum per senatum intercedentibus tribunis
nihil agi posset: consilia principum domi habebant. Apparebat aut ho

5.

∴ Regibus exactis utrum uobis dominatio: an omnibus æqua libertas parta est.

8.

7.

6.

∴ ideo q3 decemuiros connubia diremisse:

stibus aut ciuibus de victoria concedendum esse. Soli ex consularibus ua
lerius atq. horatius non intererant consilis. C. claudii sententia consules ar
mabat in tribunos. Quintiorum cincinnatiq. & capitolini sententiæ abhor
rebant a cæde violandisq. quos federe icto cum plebe sacrosanctos accepis
set. Per hec consilia eo deducta est res: ut tribunos militu consulari pote
state promiscue ex patribus ac plebe creari sinerent: de consulibus creandis
nihil mutaretur: eoq. contenti tribuni. contenta plebs fuit. Comitia tribu
nis consulari potestate tribus creandis indicuntur. Quibus indictis exte
plo quicunq. aliquid seditiose dixerat aut fecerat: hunc q̃ maxime tri
bunitii & prensare homines & concursare toto foro candidati cepere:
ut patritios desperatio primo irritata plebe adipiscendi honoris: deinde
indignatio. si cum his gerendus esset honos deterreret. Postremo coacti
tamen a primoribus petere: ne cessisse possessione rei. p. uiderentur. Euen
tus eorum comitiorum docuit: alios animos in contione libertatis digni
tatisq.: alios secundum deposita certamina incorrupto iudicio esse. Tribu
nos enim omnes patritios creauit populus contentus eo, quod ratio habi
ta plebeiorum esset. Hanc modestiam æquitatem & habitudinem animi
ubi nunc in uno inueneris. que tum populi uniuersi fuit. Anno trecen
tesimo decimo. q̃ urbs roma condita erat: primum tribuni militu pro
consulibus magistratum ineunt. a. sempronius atratinus. l. attilius. t. ce
cilius: quorum in magistratu concordia domi pacem etiam foris prebu
it. Sunt qui propter adiectum equorũ uulscorumq. bello & ardeatum
defectioni uebiens bellum: quia duo consules obire tot simul bella ne
quirent: tribunos militum tres creatos dicant. Sine mentione promul
gate legis de consulibus creandis ex plebe: & imperio & insignibus consu
laribus usos: Non tamen pro firmato iam stetit magistratus eius ius. qa
tertio mense: q̃ inierunt augurum decreto perinde ac uitio creati hono
re abiere: quod. c. curiatius. qui comitis eorum prefuerat. parũ recte
tabernaculum cepisset. Legati a ardeatibus romam uenerunt ita de
iniuria querentes: ut si demeretur ea in federe atq. amicitia mansuros
restituto agro appareret. A senatu responsum est: iudicium populi re
scindi a senatu non posse: preter q̃ quod nullo nec exemplo nec iure
fieret concordiæ etiam ordinum causa. Si ardeates sua tempora expe
ctare uelint arbitriumq. senatui leuandæ iniuriæ suæ permittant fo
re: ut postmodo gaudeant se ire moderatos. Sciantq. patribus æque cu
re fuisse: ne qua iniuria in eos oriretur: ac ne orta diuturna esset: Ita le

7.

gati cum se rem integram relaturos dixissent comiter dimissi. Patritii
cum sine curuli magistratu res.p. esset coiere & interregem creauere.
Contentio consules ne an tribuni militu crearentur in interregno res di
es complures tenuit. Interrex ac senatus consulum comitia tribuni ple
bis & plebs tribunorum militum ut habeantur tendunt. Vicerũt patres:
quia & plebs patritius seu hunc seu illum delatura honorẽ frustra certare
supersedit. Et principes plebis ea comitia malebant: quibus non haberet
ratio sua: q̃ quibus ut indigni preterirentur. Tribuni quoq; plebis certa
men sine effectu in beneficio apud primores patrum reliquere. Quintius
barbatus interrex consules creat. L. papirium mugilanum. L. sempronii
atratinum. His consulibus cum ardeatibus fedus renouatum est. Idq; mo
numenti est: consules eos illo anno fuisse: qui neq; in annalibus priscis neq;
in magistratuum reperiuntur. Credo quod tribuni militum initio anni
fuerunt: eo perinde ac si totum annum in imperio fuerint: suffectis his
consulibus pretermissa nomina consulum. Horum licinius macer auctor
est: & in federe ardeatino & in linteis libris ad monete inuentis. Et foris
cum tot terrores a finitimis ostentati essent: & domi ocium fuit. Hunc an
num seu tribunos modo seu tribunis suffectos consules quoq; habuit: seqt
annus haud dubiis consulibus. m. geganio macrino iterũ. t. quintio capi
tolino qntum cõsulibus. Idem hic annus censuræ initium fuit rei a parua
origine orte: quæ deinde tanto incremento aucta est: ut morum disci
plinæq; romanæ penes eam regimen senatus equitumq; centuriis decoris
dedecorisq; discrimen sub ditione eius magistratus publicorũ iuis priuato
rumq; locorum vectigalia populi. r. sub nutu atq; arbitrio essent. Ortum
aũt initium fuit rei quod in populo per multos annos incenso neq; differ
ri census poterat: neq; consulibus cum tot populorum bella imminerent
operæ erat id negotium agere. Mentio illata a senatu est: rem operosã ac
minime consularem suo proprio magistratu egere: cui scribarũ ministe
rium custodiæq; & tabularum cura cui arbitrium formulæ censendi subi
iceretur. Et patrem quanq̃ rem paruam: tamen quo plures patritii magi
stratus in re.p. essent leti accepere. Id quod euenit futurum credo etiam
rati: ut mox ope eorum qui preessent ipsi honori iuis maiestatemq; adiice
rent. Et tribuni id quod tunc erat magis necessarium: q̃ speciosi ministerii
procurationẽ intuentes: ne in paruis quoq; rebus incommode aduersaren
tur haud sane tetendere. Cum a primoribus ciuitatis spretus honor esset:
papirium sempronuumq; quorũ de consulatu dubitabatur: ut eo magistratu

∴ Libris

8.

∴ Initiũ censure.

9.

parum solidum consulatum explerent: censui agendo populus suffragiis prefecit: Censores á re appellati sunt. Dum hæc romæ geruntur: legati ab ardea ueniunt pro ueterrima societate renouatoq, federe recenti auxilium propè euersæ urbi implorantes. Frui nanq, pace optimo consilio cum populo.r. seruata per intestina arma nõ licuit: quorũ causa atq, initium traditur ex certamine factionum ortum, quæ fuerũt eruntq, pluribus populis magis exitio. q̃ bella externa: q̃ fame morbi ue: queq, alia in deum ira uelut ultima publicorum malorum uertunt. Virginem plebei generis maxime forma notam pettere iuuenes: alter uirginis genere par tutoribus fretus: qui & ipsi eiusdem corporis erant: Nobilis alter nulla re preter q̃ forma captus. Adiuuabant eum optimatiũ studia: q̃ quæ in domum quoq, puellæ certamen partium penetrauit. Nobilis superior iudicio matris esse: quæ q̃ splendidissimis nuptiis iungi puellam uolebat. Tutores in ea quoq, re parentum memores ad suum tendere. Cum res peragi intra parietes nequisset: uentum in uis est. Postulatu audito matris tutorũq, Magistratus secundum parentes arbitrium dant uim nuptiarum: Sed uis potentior fuit. Nanq, tutores inter suæ partis homines de iniuria decreti palam in foro contionati manu facta uirginem ex domo matris rapiunt. Aduersus quos infestior coorta optimatium acies sequitur accensum iniuria iuuenem: Fit prelium atrox: pulsa plebs nihil romanæ plebi similis: armata ex urbe profecta colle quodã capto in agros optimatium cum ferro igniq, excursiones facit. Vrbem quoq, omnis etiam ex parte ante certaminis multitudine opificũ ad spem prædæ reuocata obsidere parat: Nec ulla species cladesq, belli abest. uelut concitata ciuitate rabie duorũ iuuenum funestas nuptias ex occasu patriæ petentium parum parti utriq, domi armorũ belliq, est usum: optimates romanos ad auxiliũ urbis obsessæ plebs ad expugnãdã secum ardeam uulscos exciuere. Priores uulsci duce equo ciuilio ardeã uenere: & mœnibus hostium uallum obiecere. Quod ubi romæ est nuntiatum: extemplo .m. geganius consul cum exercitu profectus tria milia passuum ab hoste locum castris cepit, precipitiq, iam die curare corpora milites iubet. Quarta deinde uigilia signa profert: ceptumq, opus adeo approperatum est: ut sole orto uulsci firmiore se munimento a romanis circũuallatos: q̃ a se urbem uiderent. Et alia parte consul muro ardeæ brachiũ iniunxerat, qua ex opido sui commeare possent. Vul

10.

seus imperator: qui ad eum diẽ non cõmeatu preparato: sed ex popula-

tione agrorum rapto in diem frumento aluisset militem: postq̃ septuis
uallo repente inops omnium rerum erat: ad colloquium consule euoca
to: si soluende obsidionis causa uenerit romanus: abducturum se inde uul
scos ait. Aduersus ea consul: Victis conditiones accipiendas esse non fere
das respondit. Neq; ut uenerint ad oppugnandos socios populi r: suo ar
bitrio: ita abituros uulscos esse. Dedi imperatorem arma poni iubet: fa
tentes uictos se esse: & imperio parere: Aliter tam abeuntibus: q̃ manen
tibus se hostem infensum: victoria potius ex uulscis: q̃ pacem infida ro
mam relaturum. Vulsci exiguam spem in armis: alia undiq; abscisa cum
tentassent: preter cetera aduersa loco quoq; iniquo ad pugnã congressi,
iniquiore ad fugam cũ ab omni parte cederentur: ad preces a certami
ne uersi: dedito imperatore: deditisq; armis sub iugum missi cum singulis
uestimentis ignominie cladisq; plenis dimittuntur. Et cum haud procul
urbe tusculo consedissent: uetere tusculanorum odio inermes oppressi
dederunt penas: uix nuntius cedis relictus. Romanus ardee turbatas sedi
tione res: principibus eius motus securi percussis bonisq; eorum in publi
cum ardeatium redactis composuit: demptamq; iniuriam iudicii tanto
beneficio populi r: ardeates credebant. Senatui superesse aliquid ad delen
dum publice amaritie monumentum uidebatur. Consul triumphans in
urbem rediit: ciuilio duce uulscorum ante currum acto: prelatisq; spolis
quibus dearmatum exercitum hostium subiugum misit. Equauit quod
haud facile est quintius consul togatus armati gloriam collegae: qua con
cordie pacisq; domesticam curam: iura infimis summisq; moderando ita te
nuit: ut eum patres seuerum consulem & plebs satis comem crediderint:
& aduersus tribunos auctoritate plura. q̃ certamine tenuit. Quinq; con
sulatus eodem tenore gesta uitaq; omnis consularitER acta uerendum pene ip
sum magis: q̃ bonorem faciebant. Eo tribunorũ militarum nulla men
tio his consulibus fuit. Consules creant m. fabium uibulanũ: postumiũ
ebutium cornicinem. Fabius & ebutius consules quo maiori glorie rerum
domi forisq; gestarum succedere se cernebant: maxime aut memorabile
annum apud finitimos socios hostesq; esse: quod ardeatibus in re precipiti
tanta foret cura subuentum: eo impensius: ut delerent prorsus ex animis
hominum infamiam iudicii. senatus consultum fecerunt: ut qm̃ ciuitas ar
deatium intestino tumultu redacta ad paucos esset: coloni eo presidii cau
sa aduersus uulscos scriberentur. Hoc palam relatum in tabulas: ut plebẽ
tribunosq; falleret: iudicii rescindendi consilium initum. Consenserat at

11.

ut multo maiori parte rutulorum colonorum q̃ romanorum scripta: nec a
ger ullus diuideretur: nisi is qui interceptus iudicio infami erat: nec ulli
romano prius ibi, q̃ omnibus rutulis diuisus esset, gleba ulla agri assignare
tur. Sic ager ad ardeates redit. Triumuiri ad colonia ardeam deducenda
creati: agrippa menenius. t. duillius suculus. m. ebutius: qui propter mini
me populare ministerium agro assignando socis quem populus. r. suum iu
dicasset: cum plebem offendissent: ne primoribus quidem patrum satis ac
cepti: quod nihil gratiae cuiusq̃ dederant: uexationes ad populum iam die
dicta a tribunis: coloni adscripti remanendo in colonia, quam testem inte
gritatis institueq, habebat iurauere. Pax domi forisq, fuit & hoc & insequen
te anno. c. furio pacilio & m. papirio crasso consulibus. Ludi a decemuiris per
secessionem plebis a patribus ex senatus cõsulto uoti eo anno facti sunt: cau
sa seditionum nequicq̃ a petilio quaesita: qui tribunus pl. iterum ea ipsa de
nuntiando factus: neq, ut de agris diuidendis plebi referrent consules ad se
natum peruincere potuit. Et cum magno certamine obtinuisset: ut cõsu
lerentur patres: consulum an tribunorũ placeret comitia haberi: consules
creari iussi sunt: Ludibrioq, erant minae tribuni denuntiantis se delectum
impediturum: cum quietis finitimis neq, bello, neq, belli apparatu opus esset.
Sequitur hãc tranquillitatem rerum annus proculo geganio macrino. L. me
nenio lanato consulibus multiplici clade ac periculo insignis: Seditionib:
fame: regno prope per largitionis dulcedinẽ in ceruices accepto: quo si aggra
uate res essent: uix ope deorum omnium resisti potuisset. Cepere a fame mala:
seu aduersus annus frugibus fuit: seu dulcedine contionum & urbis deserto agro
rum cultu. Nam utrunq, traditur: & patres plebem desidem: & tribuni pl. nõ
fraudem, nunc negligentiam consulum accusabant. Postremo perpulere ple
bem haud aduersante senatu: ut. l. minucius praefectus annonae crearetur: fe
licior in eo magistratu ad custodiam libertatis futurus: q̃ ad curationem mi
nisterii sui: quanq̃ postremo anno, nec quoq, leuate haud immerita gratiam &
gloriam tulit. Qui cum multis circa finitimos populos legationibus terra
mariq, nequicq̃ missis: nisi quod ex etruria haud ita multum frumenti
aduectum est: ut nullum momentum annonae fecisset: & reuolutus ad dispe
sationem inopiae profiteri cogendo frumentum & uendere quod usui men
struo superesset: fraudandoq, parte diurni cibi seruitia: criminando & obi
ciendo ire populi frumentarios acerba inquisitione aperiret magis: q̃ leua
ret inopiam: multi ex plebe spe amissa potius: q̃ ut cruciarentur trahendo
animam: capitibus obuolutis se in tyberim precipitarentur. Tum sp. melius ex

12.

13. Sp. melius.

equestri ordine ut illis temporibus prediues rem utilem pessimo exemplo peio
re consilio est aggressus. Frumento nanq; ex etruria priuata pecunia per ho
stium clientium ministeria coempto quae credo ipsa res ad leuandam publica
cura annonam impedimento fuerat: largitiones frumenti facere instituit:
plebemq; hoc munere delinitam quacunq; incederet conspectus elatusq; su
pra modum hominis priuati secum trahere: haud dubium consulatu ei fa
uore ac spe despondentem. Ipse ut est humanus animus insatiabilis eo qd
fortuna spondet ad altiora & non concessa tendere. Et qm consulatus qq;
eripiendus inuitis patribus esset de regno agitare. Id unum dignum tan
to apparatu consiliorum atq; certaminum quod ingens exudandum esset,
premium fore. Iam comitia consularia instabant: quae res eum nec dum co
positis maturisue satis consiliis oppressit. Consul sextum creatus. T. quintius
capitolinus minime oportunus uir nouanti res. Collega additur ei agrip
pa menenius. cui lanato erat cognomen. Et. L. minucius prefectus annone
seu refectus: seu quoad res posceret in incertum creatus: nihil enim constat:
nisi in libros linteos utroq; anno relatum inter magistratus prefecti nom.
Hic minucius eandem rei. p. curationem agens. quam melius priuati agen
dum susceperat: cum in utraq; domo genus idem hominum uersaretur:
rem compertam ad senatum defert: tela in domum melii conferri: eumq;
contiones domi habere: ac non dubia regni consilia esse. Tempus agendae
rei non dum stare: cetera iam conuenisse: Et tribunos mercede emptos
ad prodendam libertatem & partita ducibus multitudinis ministeria esse.
Serius se pene q̃ tutum fuerit: ne cuius incerti uaniq; auctor esset ea defer
re. Quae postq̃ sunt audita & undiq; primores patrum & prioris anni con
sules increparent quod eas largitiones cetusq; plebis in priuata domo passi
essent fieri: Et nouos consules quod expectassent donec a prefecto anno
ne tanta res ad senatum deferretur: quae consulem nõ auctorem solum de
siderat: sed etiam uindicem. Tum quintius consul merito increpari aut qui
constricti legibus de prouocatione ad dissoluendum imperium latis. nequaq̃
tantum uirium in magistratu ad eam rem pro atrocitate uindicandam qtũ
animi haberent: Opus esse non forti solum uiro sed etiam libero exolutoq;
legum uinclis. Itaq; se dictatorem. L. quintium dicturum: Ibi animum pa
rem tante potestati esse. Approbantibus cunctis primo quintius annuere:
& quid sibi uellent rogitare: qui se etate exacta tante dimicationi obuice
rent. Deinde cum undiq; plus in illo senili animo non consilii modo sed et
uirtutis esse: q̃ in omnibus aliis dicerent: laudibusq; haud immertis oneraret:

& consul nihil remutteret: precatus tandem deos immortales cincinna-
tus: ne senectus sua in tam trepidis rebus damno dedecoriue rei.p. esset:
dictator a consule dicitur: Ipse deinde. c. seruilium abalam magistrū eqtū
14. dicit. Postero die dispositis præsidiis cum in forum descendisset: couer-
saq. in eum plebs nouitate rei ac miraculo esset: Et meliam atq. ipse dux
eorum in se intentam uim tanti imperii cernerent: expertes consilio
rum regni: qui tumultus: quod bellum repens aut dictatoriā maie-
statem: aut quintum post octogesimum annum rectorem rei.p. que-
sisset rogitarent: missus a dictatore seruilius magister equitum ad me-
lium: Vocat te inqt dictator. Cum pauidus ille quid uellet quereret:
seruiliusq. causam dicendam esse proponeret: crimenq. a minucio dela-
tum ad senatum diluendum: Tunc melius recipere se in cateruam suoꝝ
& primum circuspectans terguersari: Postremo cum apparitor iussu ma-
gistri equitum duceret: ereptus a circustantibus fugiensq. fidem plebis
romane implorare: & opprimi se consensu patrum dicere: quod plebi
benigne fecisset: Orare ut opem sibi ultimo in discrimine ferrent: ne-
ue ante oculos suos trucidari sinerent. Hæc eum uociferantem assecutus
. obtruncat sp. melis). abala seruilius obtruncat: respersusq. cruore obtruncati stipatus cater-
ua patritiorum iuuenum dictatori renuntiat: Vocatum ad eū melium
repulso apparitore concitantem multitudinem penam meritam habe-
re. Tum dictator macte uirtute inqt. c. seruili esto: liberata res.p. Tumul
15. tuantem deinde multitudinē incerta existimatione facti ad contio-
nem uocari iussit: Et melium uire cæsum pronuntiauit: etiam si regni
crimine insons fuerit: qui uocatus a magistro equitum ad dictatorē
non uenisset: Se ad causam cognoscendam consedisse: qua cognita habi-
turum fuisse melium similem cause fortunam: Vim parantem ne iu-
dicio se committeret: ui cohercitum esse: nec cum eo tanq̄ cum ciue
agendum fuisse: qui natus in libero populo inter iura legesq. exactos
ex ea urbe reges sciret: eodemq. anno sororis regis filios & liberos con-
sulis liberatoris patriæ propter pactionem indictam recipiendorum
in urbem regum a patre securi esse percussos: Ex qua collatinum tar-
quinium consulem nominis odio abdicare se magistratu atq. exulare
iussum: In qua de sp. cassio post aliquot annos propter consilia inita de
regno supplicium sumptum: In qua nuper decē uiros bonis exilio capi-
te mulctatos ob superbiam regiā: in ea sp. melius spem regni concepit.
Et quis homo: quanq̄ nullam nobilitatem nullos honores nulla merita

cuiq̃ ad dominationem pandere uiam. Sed tamen claudios cassios consu-
latibus decẽ uiratibus suis maiorumq; honoribus splendore familiarum
substulisse animos: quo nefas fuerit sp. melium cui tribunatus pl. magis
optandus: q̃ sperandus fuerit: frumentariũ diuitem bilibrae farris spe-
rasse libertatem ciuium se suorum emisse: ciboq; obiciendo ratiũ uicto-
rem omnium finitimorum populum in seruitutem perlici posse: ut quẽ
senatorẽ concoquere ciuitas uix posset. regem ferret: Romuli condito-
ris a diis orti recepti ad deos insignia atq; imperium habentem: non pro
scelere id magis: q̃ pro monstro habendum. Nec satis esse sanguine eius
expiatum: nisi tecta parietesq; intra quae tantum amentiae conceptum
esset dissiparentur: bonaq; contacta pretiis regni mercanti publicaren-
tur. Iubere itaq; questores uendere ea bona atq; in publicũ redigere. Do-
mum deinde ut monumento area esset oppressae nefariae spei dirui ex-
templo iussit. Id equimelium appellatum est. L. minucius boue aurato
extra portam trigeminam donatus est: nec plebe quidem inuita: quia
frumentum melianum assibus in modios extimatum plebi diuisit. Huc
minucium apud quosdam auctores transisse a patribus ad plebem unde
cimumq; tribunum plebis cooptatum seditionem motam ex meliana
caede sedasse inuenio. Ceterum uix credibile est numerum tribunorum
patres augeri passos. Idq; potissimum exemplum a patritio homine intro-
ductum: nec deinde plebi concessum semel obtinuisse: aut certe tentasse.
Sed ante omnia refellit falsum imaginis titulũ: paucis ante annis lege
cautum: ne tribunis collegam cooptare liceret. Q. cecilius caecilius. c. iu-
nius. sextus ticinius soli ex collegio tribunorum: neq; tulerant de hono-
ribus minucii legem: & criminari nunc minucium nunc seruilium apud
plebem: queriq; indignam caedem melii non destiterant. Peruicerãt ig̃.
ut tribunorum militum potius q̃ consulum comitia haberentur: haud
dubii quin sex locis tot enim iam creari licebat. & plebem aliqui profi-
tendo se uisctores fore meliane cedis crearentur. Plebs quanq̃ agitata
multis eo anno & uariis motibus erat: nec plures q̃ tres tribunos consu-
lari potestate creauit. & in his. L. quintiũ cincinnati filium: ex cuius
dictatura inuidia tumultus querebatur: praelatus suffragis quintio
mamercus emilius uir summae dignitatis. L. iulium tertiũ creant. In
horum magistratu fidenae colonia romana ad Iartem tolumnium ue-
hientium regem ac uehientes defecere. Maius addidit defectioni sce-
lus. c. fulcinium claudiũ: tullũ seruiliũ. L. roscium. p. antium legatos

16.

d̃ : dubia spe

17.

.Legati romanorum interfecti.

romanos causam noui consilii querentes iussu tolumnii interfecerunt.
Leuant quidam regis facinus: In thesserarum prospero iactu uocem eiusam
biguam, ut occidi iussisse uideretur, a fidenatibus exceptam causam mor
tis legatis fuisse. Rem incredibilem interuentu fidenatium nouorum socio
rum consulentium de caede ruptura uis gentium, non auersum ab inten
tione lusus animum: nec deinde in errorem uersum facinus propius est
fidem obstringi fidenatium populum: ut respicere spem ullam a romanis
posset conscientia tanti sceleris uoluisse. Legatorum, qui fidenis cesi erat
statuae publice in rostris posite sunt. Cum uebientibus fidenatibusq. preter
q̃ finitimis populis a causa etiam tam nefanda bellum exorsis atrox dimi
catio instabat. Itaq. ad curam summe rerum quieta plebe tribunisq. ei
nihil controuersiae fuit, quin consules crearentur: M. geganius macrin
tertiũ & L. sergius fidenas, a bello credo, quod deinde gessit appellatus.
Hic enim primus cis anienem cum rege uebientium secundo prelio cõfli
xit: nec incruentam uictoriam retulit. Maior itaq. ex ciuibus amissis
dolor: q̃ letitia fusis hostibus fuit. Et senatus ut in trepidis rebus dicta
torem dici mamercum emilium iussit. Is magistrum equitũ ex collegio
prioris anni, quo simul tribuni militum consulari potestate fuerat, L. qn
tium cincinnatum dignum parente iuuenem dixit. Ad delectum a co
sulibus habitum centuriones ueteres belli periti adiecti: & numerus amis
sorum proxima pugna expletus. Legatos quintium capitolinum & m.
fabium bubulanum sequi se dictator iussit: Cum potestas maior: tum uir
quoq. potestati par. Hostes ex agro romano transanienem submouere: col
lesq. inter fidenas atq. anienem ceperunt referentes castra: nec ante cam
po digressi sunt: q̃ legiones phaliscorũ auxilio uenerunt. Tum demum ca
stra etruscorum pro menibus fidenarum posita. Et dictator romanus ha
ud procul inde ad confluentes consedit in utriusq. ripis amnis, qua sequi
munimento poterat uallo interposito. Postero die in aciem eduxit. Inter
hostes uariae fuere sententiae. Phaliscus procul a domo militiam egre pa
tiens satisq. fidens sibi poscere pugnam. Vebienti fidenatiq. plus spei in tra
hendo bello esse. Tolumnius quanq̃ suorum magis placebant cõsilia ne lõ
ginquã militiam paterentur: postero die se pugnaturum edicit. Dictato
ri & romanis, quod detrectasset pugnam hostis animi accessere: posteroq.
die iam militibus castra urbemq. se oppugnaturos frementibus ni copia
pugne fiat: utrinq. acies inter bina castra in medium campum procedit.
Vebiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra romana ag

18.

non

grederetur post montes circumisit. Trium populorum exercitus ita stetit in
structus: ut dextrū cornu uehientes sinistrū phalisci tenerent: medii fidenates
esset. Dictator dextro cornu aduersus phaliscos: sinistro contra uehientem ca
pitolinus quintius intulit signa: ante media aciem cum equitatu magister
equitum processit. Parumper silentiū & quies fuit: nec etrusci nisi cogerent
pugnam uituri: Et dictatore arcem romanā respectante: ut ex auguribus
simul aues rite admisse essent ex cōposito tolleretur signum. Quod simul u
bi conspexit primos equites clamore sublato in hostem emisit. Secuta pedi
tum acies ingenti ui conflixit. Nulla parte legiones etrusce substinuerūt
impetum romanorum: Eques maxime resistebat: equitumq; longe fortis
simus ipse rex ab omni parte effuse sequentibus obequitans romanis trahe
bat certamen. Erat tum inter equites tribunus militum a. corneliius cos
sus eximia pulchritudine corporis animo ac uiribus par memorq; generis
quod amplissimum acceptum maius auctiusq; reliquit posteris. Is cum ad
impetum tolumnii quacunq; se intendisset trepidantes romanas uideret
turmas: insignem enim regio habitu uolitantem tota acie cognosceret: 19.

∴ q3 eum

Hiccine est inq; ruptor federis humani uiolatorq; gentium iuris? Iam ego
hanc mactatam uictimam si modo sancti quicq̄ in terris esse dii uoluī legato
rum manibus dabo. Calcaribus subditis infesta cuspide in unum fertur ho
stem: quem cum ictum equo deiecisset: confestim & ipse hasta innixus se in pe
des excepit. Assurgentem ibi regem umbone resupinat: repetitumq; septies
cuspide ad terram affixit. Tum exangui detracta spolia capitq; abscisū victor
spiculo gerens terrore cesi regis hostes fudit. Ita equitum quoq; fusa acies q̄
una fecerat anceps certamen. Dictator legionibus fugatis instat & ad ca
stra compulsos cedit. Fidenatium plurimi locorū notitia effugere in mon
tes. Cossus tyberim cum equitatu transuectus ex agro uehientano ingentē
detulit prædam ad urbem. Inter prelium & ad castra romana pugnatum e
aduersus partem copiarum a tolumnio ut ante dictum est ad castra missam.
Fabius bubulanus corona primum uallum defendit. Intentos deinde hostes
in uallum egressus dextera principali cum triariis repente inuadit: quo pa
uore iniecto cedes minor: quia pauciores erant fuga non minus trepida
q̄ in acie fuit. Omnibus locis re bene gesta dictator senatus cōsulto iussu po 20.
puli triumphans in urbem redit. Longe maximum triumphi spectaculū
fuit cossus spolia opima regis interfecti gerens. In eum milites carmina in
condita equantes eum romulo canere. Spolia in æde iouis feretrii prope
romuli spolia quæ prima opima appellata sola ea tempestate erant cum

solemni dedicatione domo fixa: Auerterantq inde se a curru dictatoris
ciuium ora & celebritatis eius diei fructum prope solus tulerat. Dictator
coronam auream libre pondo ex publica pecunia populi iussu in capitolio
ioui donum posuit. Omnes ante me auctores secutus. a. cornelium cossum
tribunum militum secunda spolia opima iouis feretrii templo intulisse ex
posui. Ceterum preter. q' quod ea rite opima spolia habentur, que dux
duci detraxit: nec ducem nouimus: nisi cuius auspicio bellum geritur:
ipse titulus spoliis inscriptus illos meq; arguit: consulem ea cossum cepisse.
Hoc ego cum augustum cesarem templorum omnium conditorem ac restituitorem
ingressum edem feretrii iouis quam uetustate dilapsam refecit: seipsum in
torace linteo scriptum legisse audissem: prope sacrilegium ratus sum: cos-
sum spoliorum suorum cesarem ipsius templi auctorem subtrahere testem. Qui
si ea in re sit error, quod tam ueteres annales, quodq magistratuum libri qs
linteos in ede repositos monete macer licinius citat idemtidem auctores sep-
timo post demum anno cum. t. quintio peno. a. cornelium cornelium cossu
consulem habeant: existimatio communis omnibus est. Nam etiam illud ac-
cedit: ne tam clara pugna in eum annum transferri posset: quod umbelle
triennium ferme pestilentia inopiaq frugum circa. m. cornelium consu-
lem: adeo ut quidam annales uelut funesti nihil preter nomina consulum
suggerant. Tertius a consulatu cossi annus tribunum cum militum consu-
lari potestate habet. Eodem anno magistrum equitum quo in imperio al
teram inde insignem edidit pugnam equestrem. E a libera coniectura
est: sed ut ego arbitror uana: uersare in omnes opiniones licet: cum auctor
pugne recentibus spoliis in sacra sede positis: iouem prope ipsum cui uo-
ta erant romulumq intuens haud spernendos falsi tituli testes: se: a.
cornelium cossum consulem scripserit. M. cornelio maluginense. l. pa-
21. pirio crasso consulibus exercitum in agrum uehientem ac phaliscum
ducti: prede abacte pecorum hominumq: hostis in agris nusq' inue-
tus: neq pugnando copia facta. Vrbes tamen non oppugnate: quia pesti-
lentia populum inuasit: & seditiones domi quesite sunt: nec mote tri-
a sp. melio tribuno pl. qui fauore nominis moturum se aliquid ratus &
minucio diem dixerat: & rogationem de publicandis bonis seruilii aba-
le tulerat: Falsis criminibus a minucio circumuentum melium argues:
seruilio cedem ciuis indemnati obiciens: que uaniora ad populum
ipso auctore fuere. Ceterum magis uis morbis ingrauescens curae erat,
terroresq ac prodigia: maxime quod crebris motibus terrae ruere in

agris nuntiabantur tecta. Obsecratio itaq; a populo duumuiris preeuntibus est facta. Pestilentior inde annus. c. iulio iterum & .l. uerginio cõsulibus tantum metum uastitatis in urbe agrisq; fecit: ut non modo p̃dandi causa quisq̃ ex agro romano non exiret: belli ue inferendi memoria patribus aut plebi esset. Sed ultro fidenates: qui se primo aut opido: aut montibus: aut muris tenuerant: populabundi descenderet in agrum romanum. Deinde uehientium exercitu accito: nam phalisci perpelli ad instaurandum bellum: neq; clade romanorum: neq; sociorum precibus potuere. Duo populi transiere amienem: atq; haud procul collina porta signa habuere. Trepidatum itaq; non in agris magis: q̃ in urbe est. Iulius consul in aggere murisq; explicat copias. a .uerginio senatus in ede quirini consulitur: Dictatorem dici .a. seruilium placuit: cuiq; prisco: alii structo cognomen fuisse tradunt. Verginius dum collegam consuleret moratus: permittente eo nocte dictatorem dixit. Is sibi magistrum equitum postumium ebutium heluium dicit. Dictator omnes luce prima extra portam collinam adesse iubet: quibuscunq; uires suppetebant: ad arma ferenda presto fuere. Signa ex erario prompta feruntur ad dictatorem. Quae cum agerentur: hostes in loca altiora concessere. Eo dictator agmine infesto subit: nec procul momento signis collatis fundit etruscas legiones. Compulit inde in urbem fidenas: uallo q; circũdedit. Sed neq; scalis capi poterat urbs alta & munita: neq; in obsidione uis ulla erat: quia frumentum non necessitati modo: sed copiae quoq; abũde ex ante conuecto sufficiebat. Ita expugnandi pariter cogendiq; ad deditionem spe amissa dictator in locis propter propinquitatem notis ab aduersa parte urbis maxime neglecta: quia suapte natura tutissima erat agere in arcem cuniculum instituit. Ipse diuersissimis locis subeundo ad menia quadrifariam diuiso exercitu: qui alii aliis succederent ad pugnã continenti die ac nocte prelio a sensu operis hostes auertebat: donec perfosso a castris monte erecta in arcem uia est. Intentisq; etruscis ad uanas a certo periculo minas clamor supra caput hostilis captam urbẽ ostendit. Eodem anno .c. furius .p. acciluis & .m. geganius macrinus censores uillam publicam in campo martio probauerunt: Ibiq; primũ census populi est actus. Eosdem consules insequenti anno refectos iulium tertiũ uerginium iterũ apud macrum licinium inuenio. Valerius antias & .q. tubero .m. manliũ & .c. sulpicium consules in eum annum edunt. Ceterum in tam discrepante relatione & tubero & macer libros

22.

23.

linteos auctores profitentur. Neuter tribunos militum eo anno fuisse
traditum a scriptoribus antiquis dissimulat. Licinio libros haud dubie
sequi linteos placet: & tubero incertus ueri est. Sed inter cætera uetusta
te incomperta hæc quoq; in incerto positum. Trepidatum in etruria e
post fidenas captas: non uebientibus solum exterritis metu similis exci
dii: sed etiam phaliscis memoria primo initi cum his belli: quanq; rebel
lantibus non affuerant. Igitur cum duæ ciuitates legatis circa decem
populos missis impetrassent: ut ad uoltumnæ fanum indiceretur om
ni etruriæ concilium: uelut magno inde tumultu imminente senatus
mamercum emilium dictatorem iterum dici iussit. Ab eo. a. postumius
tubero magister equitum est dictus: bellumq; tanto maiore q̃ proximo
conatu apparatum est: q̃to plus erat ab omni etruria periculi: q̃ a duob̃
populis fuerat. Ea res aliq̃to expectatione omnium tranquillior fuit. Itaq;
cum renuntiatum a mercatoribus esset: negata uebientibus auxilia iussosq;
suo consilio bellum initum suis uiribus exequi: nec aduersariũ rerũ
querere socios: quibus spem integram communicati non sint. Tum dicta
tor ne nequicq̃ creatus esset: materia querendæ bello gloriæ adempta i
pace aliquid operis edere: quod monumentum esset dictaturæ cupiens cẽ
suram minuere parat: seu nimiam potestatem ratus: seu non tam magni
tudine honoris: q̃ diuturnitate offensus. Contione itaq; aduocata rem p.
foris gerendam ait: tutaq; omnia præstanda deos immortales suscepisse: se
quod intra muros agendum esset: libertati populi r. consulturũ. Maximã
aũt eius custodiam esse: si magna imperia diuturna non essent: & tẽporis
modus imponeretur: quibus uiris imponi non posset. Alios magistratus
annuos esse: quinquennalem censuram esse grauem: iisdem per tot annos
magna parte uitæ obnoxios uiuere: se legem latturum: ne plus q̃ annua
ac semestris censura esset. Consensu ingenti populi postero die lege ptulit.
Et ut re ipsa inquit sciatis quir. q̃ mihi diuturna non placeant imperia: di
ctatura me abdico. Deposito suo magistratu modo aliorũ magistratui im
posito fine alteri cum gratulatione ac fauore ingenti populi domum est
reductus. Censores egre passi: mamercum quod magistratũ populi r. mi
nuisset tribu mouerunt: octuplicatoq; consensu ærarium fecerũt. Quã
rem ipsum ingenti animo tulisse ferunt: causam potius ignominiæ intuẽ
tem: q̃ ignominiam. Primores patrum quanq̃ diminutum censuræ iuis
noluisset: exemplo acerbitatis censoriæ offensos: quippe cum se quisq; diu
tius ac sepius subiectum censoribus fore cerneret: q̃ censuram gesturum.

24.

25.

Populi certe tanta indignatio coorta dicitur: ut uix a censoribus nullius
auctoritate preter q̃ ipsius mameri deterreri quiuerit. Tribuni pl. assi-
duis contionibus prohibendo consularia comitia, cum res prope ad inter-
regnum producta esset: euicere tamen: ut tribuni militum consulari po-
testate crearentur. Victoriæ premium, quod petebatur: ut plebeius crea-
retur: nullum fuit: omnes patritii creati sunt. m. fabius bubulanus. m. fo-
lius. l. sergius fidenas. Pestilentia eo anno aliarum rerum otium preb-
uit. Edes apollini pro ualitudine populi uota est. Multa duumuiri ex li-
bris placandæ deum iræ auertendæq; a populo pestis causa fecere: magna
tamen clades in urbe agrisq; promiscue hominum pecorumq; pernitie
accepta. Famem cultoribus agrorum timentes, in etruriam pomptinumq;
agrum & cumas: postremo in siciliam quoq; frumenti causa misere. Con-
sularium comitiorum nulla mentio habita est. Tribuni militum cõsula-
ri potestate omnes patritii creati sunt. l. pinarius mamercus. l. furius me-
dullinus. sp. postumius albus. Eo anno uis morbi leuata: neq; a penuria
frumenti quia ante prouisum fuerat, periculum fuit. Consilia ad mouen-
da bella in uolscorum equorumq; conciliis & in etruria ad fanũ uoltum-
næ agitata. Ibi prolatæ in annum res decretęq; cautum est: ne quod an-
te concilium fieret, nequaq̃ uehiente populo querente eandem, qua fi-
denæ delete sunt: imminere uebis fortunam. Interim romæ principes
plebis iam diu nequicq̃ imminente spe maioris honoris, dum foris ociũ
esset, cetus indicere in domos tribunorum pl. Ibi secreta consilia agitare:
queri se a plebe adeo spretos: ut cum per tot annos tribuni militum cõ-
sulari potestate creentur: nulli unq̃ plebeio ad eum honorem aditus fue-
rit. Multum prouidisse suos maiores, qui cauerint: ne cui plebeio patri-
tio plebeii magistratus paterent: aut patritios habendos tribunos plebis.
Adeo se suis etiam sordere: nec a plebe minus q̃ a patribus contemni. Alii
purgare plebem: culpam in patres uertere: eorum ambitione artibusq;
fieri: ut obseptum plebi sit ad honorem iter. Si plebi respirare ab eorum
mixtis precibus minisq; liceat: memorem eam suorũ initurã suffragia es-
se: & parto auxilio imperium quoq; ascituram. Placet tollendæ ambitio-
nis causa tribunos legem promulgare: ne cui album uestimentũ adde-
re petitionis liceret causa. Parua nunc res & uix serio agenda uideri possit.
quæ tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. Vicere tamen tri-
buni: ut legem perferrent. Apparebat irritatis animis plebem ad suos stu-
dia inclinaturam. Quæ ne libera essent: senatus consultum factum est: ut

26. consularia comitia haberentur. Tumultus causa fuit, quem ab equis
& uulscis latini atq, hernici nuntiarunt. T. quintius. l. filius cincinna-
tus: eidem & peno cognomen additur. cn. iulius mento consules facti.
Nec ultra terror belli est dilatus: Lege sacrata, quae maxima apud eos
erat uis agendae militiae erat. delectu habito: utrinq, ualidi exercit'
profecti in algidum conuenere. Ibiq, seorsum equi, seorsum uulsci ca-
stra communuere: intentiorq, q̃ unq̃ ante muniendi exercendiq, mi-
litem cura ducibus erat: eo plus nuntii terroris romam attulere. Sena-
tui dictatorem dici placuit: quia & si sepe uicti populi: maiore tam
conatu: q̃ aliás unq̃ rebellarent. Et aliq̃tum romanae iuuentutis mor-
bo absumptum erat. Ante omnia prauitas consulum discordiaq, inter
ipsos & certamina in conciliis omnibus terrebant. Sunt qui male pu-
gnatum ab his consulibus in algido auctores sint: eamq, causam dicta
toris creandi fuisse. Illud satis constat ad alia discordes in uno aduer-
sus patrum uoluntatem consensisse: ne dicerent dictatore: donec cu
alia alíis terribiliora afferrentur: nec in auctoritate senatus cõsules
essent. C. seruilius priscus summis honoribus egregie usus: Vos inq̃t
tribuni pl. qm̃ ad extrema uentũ est: senatus appellat: ut in tanto
diserumine rei. p. dictatorem dicere cõsules pro potestate uestra coga-
tis. Qua uoce audita occasionem oblatam rati tribuni augendae potesta-
tis secedunt: proq, collegio pronuntiant: placere consules senatui dicto
audientes esse: Si aduersus consensum amplissimi ordinis ultra tendat:
in uincula se duci eos iussuros. Consules a tribunis q̃ a senatu uinci ma-
luerunt: proditum a patribus summi imperii ius datumq, sub iugũ tri-
bunitiae potestatis consulatum memorantes: Siquidem cogi aliquid p
potestate a tribuno consules: & quo quid ulterius priuato timendum fo-
ret: in uincula etiam duci possent. Sors ut dictatorem diceret: nam ne
id quidem inter collegas conuenerat. T. quintio euenit. Is. a. postumiũ
tubertum socerum suum seuissimi imperii uirum dictatorem dixit. Ab
eo. l. iulius magister equitum est dictus. Simul edicitur & iustitiũ & neq,
aliud tota urbe agi: q̃ bellum apparari. Cognitio uacantium militiae mu-
nere post bellum differtur. Ita dubii quoq, inclinant ad nomina danda.
Et hernicis latinisq, milites imperati. Vtrinq, obnixe obeditum dictatori ẽ.
27. Haec omnia celeritate ingenti acta: Relictoq. c. iulio consule ad praesidiũ
urbis & l. iulio magistro equitũ ad subita belli ministeria: ne qua res
qua egissent in castris moraretur. Dictator precunte a cornelio pontifice

maximo ludos magnos tumultus causa uouit: profectusq; ab urbe diui
so cum qntio consule exercitu ad hostes peruenit: Sicut bina castra ho
stium paruo inter se spatio distantia uiderant. Ipsi quoq; mille ferme pas
sus ab hoste dictator tusculano, consul lanuuino propiorem locum castris
cepere. Ita quatuor exercitus totidem munimenta, planitiem in medio
non paruis modo excursionibus ad prelia: sed uel ad explorandas utriq;
acies satis patentem habebant. Nec ex quo castris castra collata sunt cessatu
a leuibus prelijs est: facile patiente dictatore: conferendo uires spem uni
uersae victoriae tentando paulatim euentu certaminum suos precipere.
Itaq; hostes nulla in prelio iusta relicta spe noctu adorti castra consulis re
in casum ancipitis euentus committunt. Clamor subito ortus non cosu
lis modo uigiles exercitum deinde omnem: sed dictatorem quoq; ex som
no exciuit. Vbi presenti ope res egebant, consul nec animo defecit, nec
consilio. Pars militum portarum stationes firmant: pars corona uallu cin
gunt. In alteris apud dictatorem castris quo minus tumultus est: eo plus
animaduertitur: quid opus facto sit. Missum extemplo ad castra subsidi
um: cui sp. postumius albus legatus preficitur. Ipse parte copiarum paruo
circuitu locum maxime secretum a tumultu petit: unde ex nec opina
to aduersus hostem inuadat. C. sulpicius legatum praeficit castris. m. fabio
legato assignat equites: nec ante lucem mouere iubet manum. Inter noctur
nos tumultus immoderatos difficiles: omnia quae uel alius imperator pru
dens & impiger in tali re preciperet agereteq; precipit ordine atq; agit.
Illud eximium consilii animiq; specimen & nequaq; uulgate laudis: quod ul
tro ad oppugnanda castra hostium, unde maiore agmine profectos explo
ratum fuerat. m. geganium cum cohortibus delectis misit. Qui postq; intentos
homines in euentum periculi alieni pro se incautos neglectis uigiliis statio
nibusq; est adortus, prius pene cepit castra: q; oppugnari hostes satis scirent.
Inde fumo ut conuenerat datum signum: ubi conspectum a dictatore e
exclamat castra hostium castra: nuntiariq; passim iubet. Et iam lucesce
bat: omniaq; sub oculis erant. Et fabius cum equitatu impetum dederat.
Et consul eruptionem e castris in trepidos iam hostes fecerat. Dictator at
parte altera subsidia & secundam acie adortus: circumagenti ad dissonos cla
mores ac subitos tumultus hosti undiq; obiecerat uictorem pedite equeq;
Circumuenti igitur iam in medio ad unum omnes penas rebellionis dedissent:
ni uectius messius ex uulsis nobilior uir factus: q; genere: iam orbem uol
uentes suos increpans clara uoce: Hic prebituri inquit uos telis hostium estis

30.

29

28.

indefensi: inuicti: Quid igitur arma habetis: aut quid ultro bellū intulistis:
in oeto tumultuosi: in bello segnes. Quid hic stantibus spei est: An deū aliquē
protectorum uos raptorumq; hinc putatis: Ferro uia facienda est: Hac qua
me pregressum uideritis agite: qui uisuri domos parentes coniuges liberos
estis: ite mecum. Non muri, non uallum: sed armati armatis obstat: Virtute
pares necessitate: que ultimum ac maximum telum est: superiores estis. Hec
locutum exequentemq; dicta redintegrato clamore secuti dant impressionē
qua postumius albus cohortes obiecerat: & mouerunt victorem: donec dicta
tor pedem iam referentibus suis aduenit: eoq; omne prelium uersum ē. Vni
uiro messio fortuna hostium innititur: Multa utrinq; uulnera: multa passi
cedes est. Iam ne duces quidem romani incruenti pugnant: Vnus postumi
ictus saxo perfracto capite acie excessit. Non dictatorem humeris uul
neratum: non fabium prope affixum equo femur: non brachium absci
sum consulem extam ancipiti prelio submouit. Messium impetus per
stratos cede hostes cum globo fortissimorum iuuenum extulit ad castra
uulscorum: que non dum capta erant. Eodem omnis acies inclinatur.
Consul effusos usq; ad uallum persecutus ipsa castra uallumq; aggreditur.
Eodem & dictator alia parte copias admouet. Non segnior oppugnatio ē.
q̄ pugna fuerat. Consulem signum quoq; intra uallum iecisse ferunt: q̄
milites acrius subirent: repetendoq; signo impressio est facta. Et dicta
tor proruto uallo iam in castra prelium intulerat: Tum abici passim arma
ac dedi hostes cepti: captisq; & his castris omnes preter senatores uenunda
ti sunt. Prede pars sua cognoscentibus latinis atq; hernicis reddita: partē
sub hasta dictator uendidit: Preposito consule castris ipse triumphans inue
ctus urbem dictatura se abdicauit. Egregie dictature tristem memoriā
faciunt qui filium ab.a.postumio, quod occasione bene pugnandi captus
iniussu discesserit presidio victorem securi percussum tradunt. Nec libet
credere: & licet in uariis opinionibus argumento est: quod imperia man
liana non postumiana appellata sint: qm̄ qui prior auctor tam seui exē
pli foret occupaturus insignem titulum crudelitatis fuerit. Imperioso
quoq; manlio cognomen inditum. Postumius nulla tristi nota est insigni
tus. Cn. iulius consul edem apollinis absente collega sine sorte dedicauit.
Egre id passus quintius cum dimisso exercitu in urbem redisset: nequicq̄
in senatu est questus. Insigni magnis rebus anno additur: nihil tum ad rē
romanā pertinere uisum: quod carthaginenses tanti hostes futuri tū pri
mum per seditiones siculorū ad partis alterius auxilium in siciliā exercitū

29.

30.

traiecere. Agitatum in urbe a tribunis pl. ut tribuni militum consulari
potestate crearentur: nec obtineri potuit. Consules fiunt. l. papirius cras-
sus. l. iulius. Equorum legati prius fedus a senatu cum petissent. & pro fede
re deditio ostentaretur: induciias annorū octo impetrauerunt. Vulscorum
res super acceptam in algido cladem pertinaci certamine inter pacis bel
liq. auctores in iurgia & seditiones uersa: undiq. ocium fuit romanis. Legē
de mulctarum extimatione pergratam populo cum a tribunis parari con
sules uinus ex collegio proditione excepissent: ipsi preoccupauerunt ferre:
Consules. l. sergius fidenas iterum: hostius lucretius. Nihil dignum dictu a
ctum his consulibus. Secutis eos consules. a. cornelius cossus. t. quintius pe
nus iterum: Vehientes in agrum romanum excursiones fecerunt. Fama fu
it quosdam ex fidenatium iuuentute participes eius populationis fuisse: co
gnitioq. eius rei. l. sergio. c. seruilio & mamerco emilio permissa. quidā ostia
relegati: quod cur per eos dies a fidenis abfuissent parum constabat. Colono
rum additus numerus agerq. his bello interemptorū assignatus. Siccitate
eo anno plurimum laboratum est: nec celestes modo defuerunt aque: sed
terra quoq. ingenito humore egens uix ad perennes suffecit amnes. Defect'
alibi aquarum circa torridos fontes riuosq. stragem siti pecorum morien
tium dedit: Scabie alia absumpta: uulgatiq. contactu in homines morbi.
Et primo in agrestes irruerant seruitiaq. Vrbs deinde impletur: nec corpo
ra modo affecta tabo: sed animos quoq. multiplex religio & pleraq. exter
na inuasit: nouos ritus sacrificandi uaticinando inferentibus in domos:
quibus questui sunt capti superstitione animi: donec publicus iā pudor
& ad primores ciuitatis peruenit: cernentes in omnibus uicis sacellisq. pe
regrina atq. insolita piacula pacis deum exposcende. Datum inde nego
tium edilibus: ut animaduerterent ne qui nisi romani di neu quo alio
more: q̄ patrio colerentur. Ire aduersus uehientes in sequentem annum
c. seruilio ahala. l. papirio mugilano consulibus dilate sunt. Tunc quoq.
ne confestim bellum indiceretur neue exercitus mitterentur religio ob
stitit. Feciales prius mittendos ad res repetendas censuere. Cum uehienti
bus nuper acie dimicatum ad nomentum & fidenas fuerat: induciaeq. in
de non pax facta: quarum & dies exierat & ante diem rebellauerant.
Missi tamen feciales: nec eorum cum more patrum iurati repeterent res,
uerba sunt audita. Controuersia inde fuit: utrum populi iussu indicere
tur bellum: an satis esset senatus consultum: peruicere tribuni denuntiā
do impeditures se delectum: ut quintius consul de bello ad populū ferret:

31.

Omnes centuriae uissere. In eo quoq; plebs superior fuit: quod tenuit ne
consules in proximum annum crearentur. Tribuni militares consulari
potestate quatuor creati sunt. t. quintius penus ex consulatu. c. furius
. m. postumius. a. cornelius cossus. Ex his cossus prefuit urbi. Tres delectu
habito profecti sunt uehios: documentoq; fuere: q̃ plurium imperium
inutile esset bello: tendendo ad sua quisq; consilia cum aliud alii uide
retur: aperuerunt ad occasionem locum hosti. Incertam nanq; aciem
signum alius dari receptui, alius cani iubentibus inuasere oportune ue
hientes. Castra propinqua turbatos ac terga dantes accepere. Plus itaq;
ignominiae: q̃ cladis est acceptum. Mesta ciuitas fuit: uinci insueta. Odis
se tribunos: poscere dictatore: in eo uerti spes ciuitatis. Et cum ibi quoq;
religio obstaret: ne non posset: nisi a consule dici dictator: augures con
sulti eam religionem excemere. A. cornelius dictatorem emilii mamer
cum dixit: & ipse ab eo magister equitum est dictus: Adeo simul fortu
na ciuitatis uirtute uera eguit: nihil censoria animaduersio effecit: q̃
minus regimen rerum ex notata indigne domo peteretur. Vehientes
re secunda elati missis circum etruriae populos legatis iactando tres du
ces romanos a se uno prelio fusos: cum tamen nullam publici consilii socie
tatem mouissent: uoluntarios undiq; ad spem prede adsciuerunt. Vni
fidenatium populo rebellare placuit. Et tanq̃ nisi a scelere bellum ordi
ri nefas esset: sicut legatorum ante: ita tum nouorũ colonorũ caede im
butis armis uehientibus se se coniungunt. Consultare inde principes
duorum populorum uehios an fidenas sedem belli caperent. Fidene ui
sae oportuniores. Itaq; traiecto tyberi uehientes fidenas transtulerunt
bellum. Romae terror ingens erat: accito exercitu a uehiis hostibus po
sitis ad fidenas: eoq; ipso a re male gesta perculsa castra locantur ante por
tam collinam. Et in muris armati dispositi: & iustitium in foro taberneq;
clausae: fiuntq; omnia castris: q̃ urbi similiora. Cum trepidam ciuitate
preconibus per uicos dimissis dictator contionem aduocata increpuit:
quod animos ex tam leuibus momentis fortunae suspensos gereret: ut
parua iactura accepta, quae ipsa non uirtute hostium, nec ignauia ro
mani exercitus: sed discordia imperatorum accepta sit: uehientem ho
stem totiens victum pertimescant: fidenasq; prope saepius captas: q̃ op
pugnatas. Eosdem & romanos & hostes esse, qui per tot secula fuerint:
eosdem animos: easdem corporis uires: eadem arma gerere. Se quoq; eun
dem dictatorem. m. emilium, qui antea uehientum fidenatiq; adiunctis

32.

phalisis ad nomentum exercitus fuderit. Et magistrū equitum .a. cor-
nelium eundem in acie fore: qui priore bello tribunus militum larte
tolumnio rege uehientium in conspectu duorū exercituū occiso spo-
lia opima iouis feretrii templo intulerit. Proinde memores secū trium-
phos: secum spolia: secum victoriā esse. Cum hostibus scelus legatorum
contra ius gentium interfectorū: cedem in pace fidenatium colonorū:
indutias ruptas: septimam infelicem defectionem: arma caperēt: Simul
castra castris coniunxissent: satis confidere: nec sceleratissimis hostibus
diuturnū exignominia exercitus romani gaudium fore. Et populū r.
intellecturum: q̄to melius de re. p. meriti sint: qui se dictatorē tertiū
dixerint: q̄ eos: qui ob ereptum censure regnum labem secunde dicta-
ture sue imposuerint. Votis deinde nuncupatis profectus .m. emilius di-
ctator: d. passus citra fidenas castra locat: dextra montibus: leua tyberi
amne septus. L. qntium penum legatum occupare montes iubet: occul-
tumq; id iugum capere: quod a tergo hostibus foret. Ipse postero die
cum etrusci pleni animorum ac pristini diei meliore occasione: q̄ pu-
gna in aciem processissent: cunctatus parumper dum speculatores refer-
rent: quintū euasisse in iugum propinquum arci fidenarum signa pro
fert: pedituma; aciem instructam pleno gradu in hostem inducit. Ma-
gistro equitum precipit: ne iniussu pugnam incipiat: se cum opus sit
equestri auxilio signum daturum. Tum ut memor regie pugne: me-
mor opimi doni romuliq; ac iouis feretrii rem gereret. Legiones im-
petu ingenti confligunt. Romanus odio accensus impium fidenatē:
predonem uehientem: ruptores indutiarum: cruentos legatorū infan-
da cede: respersos sanguine colonorū suorū: perfidos socios: imbelles
hostes compellans factis simul dictisq; odium explet. Concusserat primo
statim congressu hostem: cum repente patefactis fidenarū portis noua
erupit acies inaudita ante id tempus inusitataq; Ignibus armata ingēs
multitudo facibusq; ardentibus tota collucens uelut fanatico instincta
cursu in hostem ruit: formaq; insolite pugne romanos parūper exter-
ruit. Tum dictator magistro eqtum equitibusq; tū ex montibus qntio
accito prelium ciens ipse in sinistrum cornu, quod incendio similius,
q̄ prelio territum cesserat flammis accurrit: claraq; uoce: Fumo ne
uicti inqt uelut examen apum loco uestro exacti inermi cedetis ho-
sti: non ferro extinguetis ignes: non faces has ipsas pro se quisq; si igni
non telis pugnandum est ereptis ultro inferetis: Agite nominis romani

33.

partim ui eripiuntur

ac uirtutis patrum uestreq memores uertite incendium hoc in hostium urbem & suis flammis delete fidenas, quas uestris beneficiis placare nō potuistis. Legatorū hoc uos uestrorum colonorumq sanguis uastatiq fines monent. Ad imperium dictatoris mota cuncta acies: faces partim emisse excipiuntur. Vtraq acies armatur igni: magister equitum & ipse innouat pugnam equestrem: Frenos ut detrahant equis imperat. Et ipse princeps calcaribus subditis erectus effreno equo in medios ignes infertur. Et alii cōcitati equi libero cursu ferunt equitem in hostem: puluis elatus mixtusq fumo lucem ex oculis uirorum equorumq aufert. Ea quae militem terruerat nihil terruit equos. Ruinae igitur similem stragem eques quacunq peruaserat dedit. Clamor deinde accidit nouus: qui cum utrāq mirabundam in se aciem uertisset: dictator exclamat: quintiū legatū & suos a tergo hostem adortos. Ipse redintegrato clamore infert acrius signa. Cum duae acies duo diuersa prelia circūuentos etruscos & a frōte & a tergo urgerent: neq in castra retro neq in montes unde se nouus hostis obiecerat: uter fugae esset & equitem passi liberi frenis dispulissent: equi uehientiū maxima pars tyberim effusi petunt. Fidenatum qui supsunt ad urbem fidenas tendunt. Infert pauidos fuga in media cedē. Obtruncantur in ripis: alios in aquam compulsos gurgites ferunt. Etiam peritos nandi lassitudo & uulnera & pauor degrauant: pauci ex multis tranant. Alterum agmen fertur per castra in urbem. Eodem & romanos sequentes impetus rapit. Quintium maxime & cum eo digressos modo de motibus recentissimum ad laborem militem quia ultimo prelio aduenerat.

34. Hi postq̄ immixti hostibus portam intrauere in muros euadunt: suisq capti oppidi signum ex muro tollunt. Quod ubi dictator conspexit: iam enī & ipse in deserta hostium castra penetrauerat: cupientem militem discurrere ad praedam spe iniecta maioris in urbe praede ad portā ducit: receptq̄ intra muros in arcem quo ruere fugientium turbam uidebat pergit. Nec minor caedes in urbe q̄ in prelio fuit: donec abiectis armis nihil preter uitam petentes dictatori deduntur. Vrbs castraq diripiuntur. Postero die singulis captiuis ab equite ad centurionem sorte ductis & quorum eximia uirtus fuerat bonis aliis sub corona uenundatis exercitum victorem opulentumq preda triumphans dictator romam reduxit: iussoq magistro equū abdicare se magistratu ipse deinde se abdicat. Die decimo sexto reddito in pace imperio quod in bello trepidisq rebus acceperat. Classe quoq ad fidenas pugnatum cum uehientibus quidam in annales retulere. Rē eque

difficilem atq. incredibilem: nec nunc lato satis adhuc amne: & tum aliqto
ut a ueteribus accepimus artiore: nisi in traiectu forte fluminis prohibendo
proliquarum nauium concursum in matus ut fit celebrantes naualis victo
riae uanum titulum appetiuere. Insequens annus tribunos militares consu
lari potestate habuit. a. sempronium atratinum. l. quintium cincinnatu. l. fu
rium medullinu. l. horatium barbatum. Vehientibus annoru quindeci indu
tiae date: & equis triennii: cum plurium annorum petissent. Et a seditioni
bus urbanis ocium fuit. Annum insequentem neq. bello foris neq. domi se
ditione insignem ludi bello uoti celebrem & tribunorum militum apparatu
& finitimorum concursu fecere. Tribuni consulari potestate erant. Cl. crassus
sp. nemus rutilius. t. sergius fidenas. sex. iulius tullus. Spectaculum comita
te etiam hospitum ad quod publico consensu uenerant aduenis gratius fu
it. Post ludos contiones seditiosae tribunorum plebis fuerunt obiurgantiu
multitudinem: quod admiratione eorum, quos odissent stupens in aeterno
se ipsa teneret seruitio. Et non modo ad spem consulatus in partem reno
candam adspirare non auderet: sed ne in tribunis quidem militu crean
dis quae communia esset comitia patrum ac plebis aut sui aut suoru me
minisset. Desineret ergo mirari: cur nemo de commodis plebis ageret.
eo impendi laborem ac periculum: unde emolumentum atq. honos spe
retur. Nihil non aggressuros homines si magna conatis magna premia
proponantur. Vtquid aliquis tribunus pl. ruat cecus in certamina: pe
riculo ingenti: fructu nullo: ex quibus pro certo habeat patres aduer
sus quos tetenderit: bello inexpiabili persecuturos. Apud plebem, pro
qua dimicauerit: nihilo honoratiorem fore: neq. sperandum neq. posti
landum esse: magnos animos magnis honoribus fieri. Neminem se ple
beium contempturum: ubi contemni desissent. Experiunda rem in uno a
ut in altero esse: sit ne aliquis plebeius ferendo magno honori: ac porte
to simile miraculoq. sit: fortem atq. strenuum uirum alique existere or
tum ex plebe. Summa ui expugnatum esse: ut tribuni militum consu
lari potestate ex plebe crearentur. Petisse uiros domi militiaeq. spectatos
primis annis singullatos repulsos risui patribus fuisse: Desisse postremo p
bere ad contumeliam os. Nec se uidere cur non lex quoq. abrogetur qua
id liceat quod nunq. futurum sit. Minorem quippe ruborem fore in iu
ris iniquitate: q. si per indignitatem ipsorum pretereantur. Huius gene
ris orationes cum assensu audite incitauere quosdam ad petendum tribu
natum militum: alium alia de commodis plebis laturum se in magistratu

35.

36.

profitentem: Agri publici diuidendi coloniarumq; deducendarū osten
tantem spes: Et uectigali possessoribus agrorū imposito in stipendiū mili
tum erogandi eris. Captatum deinde tempus a tribunis militum quo p.
discessum hominum aburbe cum patres clandestina denuntiatione re-
uocati ad diem certam essent: senatus consultum fieret absentibus tri
bunis plebis: ut qm̄ uulscos in hernicorum agros predatum excisse fama
esset: ad rem inspiciendam tribuni militum proficiscerentur: consularia q
comitia haberentur. Profecti ap. claudium filium decemuiri prefectū ur
bis relinquunt: impigrum iuuenem & iam inde ab incunabulis imbutū
odio tribunorum plebisq. Tribuni pl. nec cum absentibus iis qui senatus
consultum fecerant: nec cum appio transacta re quod contenderent fuit.
C. reati consules sunt. c. sempronius atratinus. q. fabius bubulanus. Peregri
na res, sed memorie digna eo anno traditur facta: Vulturnum etruscorū
urbem que nunc capua est: a samnitibus captam: capuamq; a duce eorū
capio: uel quod propius uero est: a campestri agro appellatam. Cepere aut
priuis bello fatigatis etruscis in societatem urbis agrorumq; acceptis: dein
de festo die graui somno epulisq; incolas ueteres noui coloni nocturna
cede adorti. His rebus actis consules hi quos diximus idibus decembris
magistratum occepere. Iam non solum qui ad id missi erant: retulerat
immunere uulscum bellum: sed legati quoq; a latinis & hernicis nuntiabat:
non ante unq̄ uulscos nec ducibus legendis nec exercitu scribendo inte
riores fuisse. Vulgo fremere: aut in perpetuum arma bellumq; obliuioni
danda iugumq; accipiendum: aut his cum quibus de imperio certetur
nec uirtute nec patientia nec disciplina rei militaris cedendum esse. Ha
ud uana attulere. Sed nec perinde patres moti sunt. Et. c. sempronius
consul cui ea prouincia sorte euenit tanq̄ constantissime rei fortune
fidens fretus quod uictores populos aduersus uictos duxisset: omnia
temere ac negligenter egit: adeo ut disciplinae romanae plus in uulsco
exercitu: q̄ in romano esset. Ergo fortuna ut sepe alias uirtutem est
secuta. Primo prelio quod a sempronio incaute inconsulteq; commis
sum est: non subsidiis firmata acie: non equite apte locato concursu
est. Clamor inditium primum fuit qua res inclinatura esset: excita
tior crebriorq; ab hoste sublatus: a romanis dissonius impar segniusque
pe iteratus incerto clamore prodidit pauorem: Eo ferocior illatus ho
stis: urgere scutis: micare gladiis. Altera ex parte nutant circuspecta
tibus galeae & incerti trepidant applicantq; se turbae: Signa nc̄ resiste

d. decimis
d. lris ꝓpris
de p pangnis
d. domico ꝓporto
d. Nicolao Banfy
d. Stephano Bathyor

qui ambulant

tia deseruntur ab antesignanis: nunc inter suos manipulos recipiun-
tur. Non dum fuga certa: non dum uictoria certa erat. Tegi magis roma-
nus: q̃ pugnare: uulscus inferre signa: uergere aciem: plus cedis hostiũ
uidere: q̃ fuge. Iam in omnibus locis ceditur nequicq̃ sempronio con-
sule obiurgante atq; hortante: nihil nec imperium nec maiestas uale-
bat: dataq; mox terga forent: ni sextus tempanius decurio equitum
labente iam re presenti animo subuenisset. Qui cum magna uoce ex-
clamasset: ut equites qui saluam rem p. uellent esse: ex equis desiliret:
Omnium turmarum equitibus uelut ad consulis imperium motis: Nisi
hæc inquit armata cohors sistit impetum hostium: actum de imperio
est: Sequimini pro uexillo cuspidem meam: ostendite romanis uulscisq;
neq; equitibus uobis ullos equites nec peditibus esse pedites pares. Cum
clamore comprobata adhortatio esset: uadit alte cuspidem gerens: qua-
cunq; incedunt ui uiam faciunt: & si inferunt subiecti parmis: ubi suo-
rum plurimum laborem uident. Restituitur omnibus locis pugna in
quæ eos impetus tulit. Nec dubium erat: quin si tam pauci simul obi-
re omnia possent: terga daturi hostes fuerit. Et cum iam parte nulla
sustinerentur: dat signum uulscus imperator: ut parmatis noue cobor-
ti hostium locus detur: donec impetu illato a suis excludantur. Quod ubi
est factum interclusi equites cum nec perrumpere eadem qua trasie-
rant possent ibi maxime confertis hostibus qua uiam fecerat. Et con-
sul legionesq; romanæ cum quod tegimen modo omnis exercitus fue-
rat nusq̃ uiderent: ne tot fortissimos uiros interclusos opprimeret ho-
stis: tendunt in quencunq; casum. Diuersi uulsci hinc consulem ac le-
giones sustinere: altera fronte instare tempanio atq; equitibus. Quicũ
sæpe conati nequissent perrumpere ad suos: tumulo quodã occupato
in orbem se tutabantur nequaq̃ inulcti. Nec pugnæ finis ante noctẽ
fuit. Consul quoq; nusq̃ remisso certamine dum quicq̃ fuit lucis hostẽ
tenuit: nox incertos diremit. Tantusq; ab imprudenti euentu utraq; ca-
stra tenuit pauor: ut relictis sauciis & magna parte impedimentorum
ambo pro uictis exercitus se in montes proximos reciperent. Tumulus
tamen circũsessus ultra mediam noctem est. Quod cum circũsedentibus
nuntiatum esset castra deserta esse uictos rati suos & ipsi qua quenq;
in tenebris pauor tulit fugerunt. Tempanius metu insidiarum suos ad
lucem tenuit: digressus deinde ipse cum paucis speculatum cum a sauci-
is hostibus scisciitando comperisset: castra uulscorum deserta esse: letus

Sex. tempani.

at supsint

a tumulo suos deuocat. & in castra romana penetrat. Vbi cum uasta deser
taq. omnia atq. eandem quam apud hostem feditatem inuenisset: prius
q̃ uulscos cognitus error reduceret: quibus poterat sauciis ductis secum
ignarum quam regionem consul petisset. ad urbem proximis itineribus
pergit. Iam eo fama pugnæ aduersæ castrorumq. desertorũ perlata erat.
Et ante omnia deplorati erant equites non priuato magis: q̃ publico luctu.
Fabiusq. consul terrore urbi quoq. iniecto stationes ante portas agebat: cũ
equites procul uisi non sine terrore a dubiis quinã essent: mox cogniti
tantam letitiam ex metu fecere: ut clamor urbem peruaderet gratulã
tium saluos victoresq. redisse equites. Et ex mestis paulo ante domibus,
quæ conclamauerunt procurreretur in uias: pauidæq. matres ac cõuges
oblitæ pre gaudio decoris obuiamq. agmini occurrerẽt: in suos quæq. simul
corpore atq. animo uix pre gaudio compotes effusæ. Tribunis pl. qui .m.
postumio &.t. quintio diem dixerant quod ad uebios eorum opera ma
le pugnatum esset occasio uisa est per recens odium sempronii consulis re
nouandæ in eos inuidiæ: Itaq. aduocata contione cum proditam uebios re
.p. a ducibus: proditum deindeq. illis impune fuerit in uulscis a cõsule exer
citum: traditos ad cædem fortissimos equites: deserta fede castra uocifera
ti essent. c. uinius unus ex tribunis tempanium equitem uocari iussit: co
ramq. eis. Sexte tempani inq. quæro de te: arbitreris ne. c. sempronii
consulem aut in tempore pugnam iniisse: aut firmasse subsidiis aciẽ: aut
ullo boni consulis functum officio? Et cum ipse uictis legionibus romanis
tuo consilio equitem ad pedes deduxeris: restitueris pugnam: excluso dein
de abacie nostra tibi atq. equitibus nun aut consul ipse subuenerit aut
miserit presidium? Postero deniq. die ec quid presidii quicq̃ habueris?
an tu cohorsq. in castra uestra uirtute perruperitis? Ec quem in castris co
sulem. ec quem exercitum inueneritis? An deserta castra relictos saucios
milites? Hæc pro uirtute tua fideq. qua una hoc bello res.p. stetit dicen
da tibi sunt hodie. Deniq. ubi .c. sempronius ubi legiones nostræ sint: de
sertus sis: an deserueris consulem exercitumq.? Victi deniq. simus an ui
cerimus? Aduersus hæc tempanii oratio incompta fuisse dicitur: cetera
militariter grauis: non suis uana laudibus non crimine alieno leta. Q̃ta
prudentia rei bellicæ in .c. sempronio esset: non militis de imperatore
existimationem esse: sed populi .r. esse fuisse: cum eum comitiis cõsulẽ le
geret. Itaq. ne a se imperatoria consilia nec consulares artes exquireret:
quæ pensitanda quoq. magnis animis atq. ingeniis essent. Se quod uiderit

referre posse. Vidisse aut se prius q̃ abacie intercluderetur consulem in
prima acie pugnantem adhortantem inter signa romana telaq. hostiu
uersantem. Postea se a conspectu suorum ablatum exstrepitu tamen & cla
more sensisse usq. ad noctem extractum certamen: nec ad tumulu quē
ipse tenuerat pre multitudine hostium credere perrumpi potuisse. Exer
citus ubi esset se nescire. Arbitrari uelut ipse in re trepida loci presidio se
suosq. sit tutatus: sic consulem seruandi exercitus causa loca tutiora castris
cepisse. Nec meliores uulscorum res esse credere: q̃ populi .r. fortuna no
ctemq. omnia mutui erroris implesse. Precantemq. deinde ne se fessum
labore ac uulneribus tenerent: cum ingenti laude non uirtutis magis: q̃
moderationis dimissum accipio. Cum hæc agerentur: iam consul uia la
uicana ad fanum quietis erat. Eo missa plaustra iumentaq. alia a urbe:
exercitum affectum prelio ac uia nocturna excepere. Paulo post in urbē
ingressus est consul non a se magis enixe amouens culpam: q̃ tempaniu
meritis laudibus efferens. Meste ciuitati a re male gesta & irate ducib
.m. postumius reus obiectus: qui tribunus militum proconsul ad uebios
fuerat. .x. milib ęris damnatur. T. quintium collegam eius: quia & Ĩ uul
scos consul auspicio dictatoris postumii tuberti & ad fidenas legatus dicta
toris alterius. m. emilij res prospere gesserat: totam culpam eius tempo
ris in prædamnatum collegam transferentem omnes tribus absoluerunt.
Profuisse ei cincinnati patris memoria dicitur uenerabilis uiri: & exacte
ta ætatis capitolinus quintius supplicitere orans: ne se breui reliquo uite
spatio tam tristem nuntium ferre ad cincinnatum paterentur. Plebs tri
bunos pl. absentes sex. tempanium. a. sellium & antistium & spurillium
fecit: quos & procenturionibus sibi prefecerant auctore tempanio eqtes.
Senatus cum odio sempronii consulare nomen offenderet: tribunos mili
tum consulari potestate creari iussit. Creati sunt. l. manlius capitolinus.
.c. antonius merenda. l. papirius mugilanus. Principio statim anni. l. hor
tensius tribunus pl. caio sempronio consuli anni prioris diem dixit. quē
cum quatuor college inspectante populo .r. orarent: ne imperatorē suu
innoxium: in quo nihil preter fortuna reprehendi posset uexaret: egre
hortensius pati tentationem eam crederes esse perseuerantiæ suæ: nec p
precibus tribunorum quæ in speciem modo iactentur: sed auxilio con
fidere reum. Itaq. modo ad eum conuersus ubi illi patritij spiritus: ubi
subnixus & fidens innocentiæ animus esset querebat. Sub tribunitia
umbra consularem uirum delituisse: modo ad collegas: uos aut si reū pago

quid acturi estis? an erepturi uis populo & euersuri tribunitiam pote-
statem? Cum illi & de sempronio & de omnibus summam populi r. po-
testatem esse dicerent: nec se iudicium populi tollere aut uelle: aut
posse. Sed si preces sue pro imperatore qui sibi parentis esset loco no ua-
luissent: se uestē cum eo mutaturos. Tum hortensius non uidebit inq̃t
plebs romana sordidatos tribunos suos. C. sempronius nihil moror quan-
do hoc est in imperio consecutus: ut tam carus esset militibus suis pietas
quatuor tribunorum, q̃ hortensii tam placabile ad iustas preces ingenium
pariter plebi patribusq̃ gratius fuit. Non diutius fortuna equis indulsit:
qui ambiguam victoriam uulscorum pro sua amplexi fuerant. Proximo
anno. cn. fabio bubulano. t. quintio capitolino filio capitolini consulibus:
ductu fabii cui sorte ea prouincia euenerat: nihil dignum memoratu
actum: cum trepidam tantum ostendisset aciem equi turpi fuga fundi-
tur: haud magno consulis decore. Itaq̃ triumphus negatus. Ceterum ob
sempronianæ cladis leuatam ignominiam ut ouans urbem intraret co-
cessum est. Quemadmodum bellum minore q̃ timuerant dimicatione e-
rat perfectum: sic in urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarū
inter plebem ac patres exorta est cepta a duplicando quæstorū numero.
Quam rem præter duos urbanos quæstores duo qui consulibus ad minister-
ria belli presto essent a consulibus relatam cum & patres summa ope ap-
probassent: consulibus tribuni pl. certamen intulerunt: ut pars quæstorū
nam ad id tempus patritii creati erant: ex plebe fieret. Aduersus quam
actionem primo & consules & patres summa ope annixi sunt: Id eque
in quæstoribus liberum esset: concedendo deinde ut quemadmodū in
tribunis consulari potestate creandis usi sunt: id eque in quæstoribus libe-
rum esset arbitrium populi. Cum parum proficerent: totam rem de au-
gendo quæstorum numero omittunt. Excipiunt omissam tribuni: alieq̃
subinde: inter quas & agrariæ legis seditiones existunt. Propter quos me-
tus cum senatus consules, q̃ tribunos creari mallet: neq̃ posset per interes-
siones tribunitias senatus cōsultum fieri: res. p. a consulibus ad interregnū:
neq̃ id ipsum nam coire patritios tribuni prohibebant: sine certamine
ingenti redit. Cum pars maior insequentis anni per nouos tribunos pl.
& aliquot interreges certaminibus extracta esset: modo prohibentibus
tribunis patritios coire ad prodendum interregem: modo interregem
interpellantibus: ne senatus consultum de comitiis consularibus faceret.
Postremo. l. papirius mugilanus proditus interrex castigando nunc patres

nunc tribunos pl. desertam omissamq; ab omnibus rem .p. deorum prouidentia curaq; exceptam memorabat: uehientium indutiis & cunctatione eqq; stare. Vnde siquid interrepat terroris sine patritio magistratu placere rem .p. opprimi: non exercitum non ducem scribendo exercitui esse: An bello intestino bellum externum propulsaturos: que si in unum conueniant: uix deorum opibus quin obruatur romana res resisti posse. Quin illi remittendo de summa quisq; iuris medius dus copularent concordiam: patres patiendo tribunos militum pro consulibus fieri: tribunos pl. non intercedendo quo minus quatuor questores promiscue de plebe ac patribus libero suffragio populi fierent. Tribunitia primum comitia sunt habita. Creati tribuni cõsulari potestate omnes patritii. l. qntius cincinnatus tertio. sex. furius medullinus iterum. m. manlius. a. sempronius atratinus. Hoc tribuno comitia questorum habente: petentibus inter aliquot plebeios filio antistii tribuni pl. & fratre alterius tribuni pl. sexti pollii: nec potestas nec suffragiũ horum ualuit: quin quorum patres auosq; consules uiderant eos nobilitate preferrent. Furere omnes tribuni pl. ante omnes pollius antistiusq; repulsa suorũ accensi. Quidnam id rei esset: quod non suis beneficiis non patrum iniuriis: non denique usurpandi libidine: cum liceat: quod non antelicuerit. Si non tribunum militarem: ne questorem quidem quenq̃ ex plebe factum non ualuisse: patris pro filio fratris pro fratre preces: tribunorum pl. potestatis sacrosancte ad auxiliũ libertatis create. Fraudem profecto in re esse: & .a. sempronium comitiis plus artis adhibuisse: q̃ fidei. Eius iniuria queri suos honore deiectos. Itaq; cum in ipsum & innocentia tutum & magistratu in quo tunc erat impetus fieri non posset: flexere iras in .c. sempronium patruelem atratini: eiq; ob ignominiam uulsci belli adiutore collega .m. canuleio diem dixere. Subinde ab iisdem tribunis mẽtio in senatu de agris diuidendis illata est: cui actioni semper acerrime .c. sempronius restiterat: ratus id quod erat: aut deposita causa leuiore futurum apud patres reum: aut perseuerantem sub iudicii tempus plebem offensurum: Aduersae inuidiae obnici maluit: & suae nocere cause: q̃ publicae deesse: Stetitq; in eadem sententia: ne qua largitio cessura in trium gratiam tribunorum fieret: nec agrum plebi: sed sibi inuidiam queri: Se quoq; subituru eam tempestatem forti animo: nec senatui tanti se ciuem aut quenq̃ alium debere esse: ut parcendo uni malum publicum fiat: nihilo remissiore animo cum dies uenit causa ipse pro se dicta nequicq̃ omnia expertis patribus: ut mitigaret plebem

quindecim milibus æris damnatur. Eodem anno postumia uirgo uesta
lis de incestu causam dixit: crimini obnoxia ob suspicionem propter cul
tum ameniorem ingeniumq liberius: q̃ uirginem decet. parum abbor
rens famam ampliatam: deinde absolutam pro collegii sententia ponti
fex maximus abstinere locis coliq sancte potius: q̃ scite iussit. Eodem an
no a campanis cumæ: quam græci tum urbem tenebant capiuntur. Inse
quens annus tribunos militum cõsulari potestate habuit agrippam me
nenium lanatum. p. lucretium tricipitinum. sp. nautium rutiliũ. Annus
felicitate populi r. periculo potius ingenti q̃ clade insignis. Seruitia urbe
ut incenderent distantibus locis coniurarunt: populoq ad opem passim
ferendam tectis intento ut arcem capitoliumq armati occuparent. Auer
tit nefanda consilia iupiter: indituoq duorum comprehensi sontes penas
dederunt. Indicibus dena milia grauis æris: quæ tum diuitiæ habebant:
ex ærario numerata. & libertas premium fuit. Bellum inde ab equis re
parari ceptum & nouos hostes lauicanos consilia cum ueteribus iungere
haud incertis auctoribus romam est allatum. Equorum iam uelut anni
uersariis armis assueuerat ciuitas. Lauicos legati missi cum responsa inde
retulissent dubia: quibus nec tum bellum parari nec diuturna pace fore
appareret. Tusculanis negotium datum. aduerterent animo ne quid noui
tumultus lauicis oriretur. Ad insequentis anni tribunos militũ consulari
potestate inito magistratu legati a tusculano uenerunt. l. sergiũ fidena
tem. m. papirium mugilanum. c. seruilium prisci filium: quo dictatore
fidenæ capte fuerant. Nuntiabant legati lauicanos arma cepisse: & cũ
equorum exercitu depopulatos agrum tusculanum: castra in algido po
suisse. Tum lauicanis bellum indictum: factoq senatus cõsulto: ut duo ex
tribunis ad bellum proficiscerentur: unus res romæ curaret: certamen
subito inter tribunos exortum: Se quisq belli ducem potiore ferre: cu
ram urbis ut ingratam ignobilemq aspernari. Cum parum decorum
inter collegas certamen mirabundi patres cõspiceret: q. seruilius quando
nec ordinis ulla inquit nec rei. p. est uerecundia: patria maiestas alter
cationem istam dirimet: Filius meus extra sortem urbi preerit. Bellum
utinam qui appetunt: confederatius concorduisq. q̃ cupiunt gerant. De
lectum haberi non ex toto passim populo placuit: decem tribus sorte du
cte sunt. Ex his scriptos iuniores duo tribuni ad bellum duxere. Cepta
inter eos in urbe certamina cupiditate eadem imperii multo impensius
in castris accendi: Nihil sentire idem: pro sententia pugnare: sua cõsilia

uelle: sua imperia sola rata esse: contemnere inuicem & contemni: do
nec castigantibus legatis certamen ita comparatum est: ut alternis die
bus summam imperii haberent. Que cum allata romam essent: dicitur
q. seruilius ætate & usu doctus precatus a diis immortalibus: ne discordia
tribunorum damnosior rei .p. esset. Et uelut haud dubia clade immine
te instituisse filio: ut milites scriberet & arma pararet. Nec falsius uates fu
it. Nam ductu .l. sergii cuius dies imperii erat loco iniquo sub hostiũ ca
stris cum quia simulato metu receperat se hostis ad uallum spes uana ex
pugnandi castra eo traxisset: repentino impetu equorum per supinã ual
lem fusi sunt: multiq. in ruina maiore q̃ fuga oppressi obtruncatiq. Castra
eo die egre retenta. Postero die circũfusis iam magna ex parte hostibus per
uersam portam fuga turpi deseruntur. Duces legatiq. & quod circa signa
roboris de exercitu fuit tusculum petiere. Palati alii per agros passim mul
tis itineribus maioris q̃ accepta erat cladis nuntii romam contenderunt.
Minus trepidationis fuit. quod euentus timori hominum congruens fuerat:
& quod subsidia que respicerent in re trepida preparata erant a tribuno mi
litum: lussuq. eiusdem per minores magistratus sedatã in urbe tumultu spe
culatores propere missi nuntiauere tusculi duces exercitumq. esse: hostem
castra loco non mouisse. Et quod plurimum animorum fecit: dictator
ex senatus consulto dictus .q. seruilius priscus uir cuius prudentiam in re
.p. tum multis aliis tempestatibus ante experta ciuitas erat: tum euentu eius
belli quod uni certamen tribunorum suspectum ante rem male gestã fue
rat. Magistro equitum creato a quo ipse tribuno militum dictator dictus
erat filio suo: ut tradidere quidam: Nam alii abalã seruilium magistrũ
equitum eo anno fuisse scribunt: nouo exercitu profectus ad bellũ accitis
qui tusculi erant duo milia passuum abhoste locum castris cepit. Transierat
ex re bene gesta superbia negligentiaq. ad equos que in romanis ducibus
fuerat. Itaq. primo statim prelio cum dictator equitatu immisso antesigna
nos hostium turbasset: legionum inde signa inferri propere iussit. Significe
rumq. ex suis unum cunctantem occidit. Tantus ardor ad dimicandũ fu
it: ut impetum equi non tulerint: uictiq. acie cum fuga effusã petissent ca
stra. breuiore tempore & certamine minore castrorum oppugnatio fuit:
q̃ prelium fuerat. Captis direptisq. castris cum predam dictator militi cõ
cessisset: secutiq. fugientem ex castris hostem equites renuntiantes omnes la
uicanos uictos magnam partem equorum lauicos confugisse. Postero die
ad lauicos ductus exercitus: opidumq. corona circũdata scalis captum ac di

reptum est. Dictator exercitu uictore romam reducto die octauo q̃ erat
tus erat magistratu se abdicauit. Et oportune senatus priusq̃ a tribunis
pl. agrariæ seditionis mentio illata de agro lauicano diuidendo fieret ce
sset frequens colonia lauicos deducendam. Coloni ab urbe mille & qnge
ti missi: bina iugera acceperunt. Captis lauicis ac deinde tribunis militu
consulari potestate agrippa menenio lanato & seruilio strato & p. lucre
tio tricipitino iterum omnibus his & sp. rutilio crasso. Et insequente
anno. a. sempronio atratino tertium & duobus iterum. m. papirio mu
gilano & sp. nautio rutilio: biennium tranquillæ externe res: discordia
domi ex agrariis legibus fuit. Turbatores uulgi erant sp. metilius quar
to & metilius tertio tribuni pl. ambo absentes creati. Et cum rogatione
promulgassent: ut ager ex hostibus captus uiritim diuideretur: ma
gneq; partis nobilium eo plebiscito publicarentur fortunæ: nec eni
ferme quicq̃ agri ut in urbe alieno in solo posita non armis partum
erat: nec quod uenisset assignatum ue publice esset: præter q̃ plebs ha
bebat: atrox plebi patribusq; propositum uidebatur certamen. Nec
tribuni militum nunc in senatu nunc in consiliis priuatis principum
cogendi uiam concilii inueniebant: cum appius claudius nepos eius
qui decemuir legibus scribendis fuerat minimus natu ex patrum co
cilio dicitur dixisse: uetus se ac familiare consilium domo afferre: pa
uum enim suum ap. claudium ostendisse patribus uiam unam dissol
uendæ tribunitiæ potestatis per collegarum intercessionem: facile ho
mines nouos auctoritate principum de sententia deduci: Si tempo
interdum potius: q̃ maiestatis memor adhibeatur oratio: pro fortu
na illis animos esse. Vbi uideant collegas principes agendæ rei gratia
omnem ad plebem preoccupasse: nec locum in ea relictum sibi: haud
graue acclinaturos se ad causam senatus per quam uniuerso ordini
cum primoribus patrum se concilient. Approbantibus cunctis & an
te omnes. q. seruilio prisco: quod non degenerasset a stirpe claudiana
collaudante iuuenem: negotium datur: ut quos quisq; posset ex col
legio tribunorum perlicerent. Misso senatu prensantur a principi
bus tribuni suadendo monendo pollicendoq; gratum id singulis pri
uatim: gratum uniuerso senatui fore: Sex ad intercessionem compa
rauerent. Posteroq; die cum ex composito relatum ad senatum esset
de seditione quam meculius metiliusq; largitione pessimi exempli co
cirent. Hæ orationibes a primoribus patrum habite sunt: ut p se q̃sq;

tam nec consilium sibi suppetere diceret: nec se ullam opem cerne-
re aliam usq; preter q; in tribunitio auxilio. In eius potestatis fide cir-
cuuentam rem. p. tanq; priuata mopem confugere: preclarum illis pote-
statiq; esse: non ad uexandum senatum discordiamq; ordinum mouenda
plus in tribunatu uirium esse: q; ad resistendu improbis collegis. Fremitus
deinde uniuersi senatus ortus cum ex omnibus partibus curie tribu-
ni appellarentur. Tum silentio facto hi qui preparati erant gratia pri-
cipum: qua rogationem a collegio promulgatam senatus censeat dissol-
uende rei. p. esse: ei se intercessuros ostendunt. Gratie intercessoribus
a senatu acte. Latores rogationis contione aduocata proditores ple-
bis commodorum ac seruos appellantes: aliaq; truci oratione in collegas
inuecti actionem deposuere. At duo bella insequens annus habuisset:
quo. p. cornelius cossus. c. ualerius potitus. quintius cincinnatus. m. fa-
bius bubulanus tribuni militu cosulari potestate fuerunt: ni uehiens
bellum religio principum distulisset: quorum agros tyberis superiipas
effusus maxime ruinis uillarum uastauit. Simul equos triennio ante
accepta clades prohibuit uolanis siue gentis populo presidium ferre.
Excursiones inde in confinem agrum lauicanum facte erant: nouisq; co-
lonis bellum illatum. Quam noxa cum se consensu omnium equorum
defensuros sperassent: deserti a suis. ne memorabili quidem bello per ob-
sidionem leuemq; unam pugnam & opidum & fines amisere. Tentatu
a. l. sextio tribuno pl. ut rogatione ferret: qua uolas quoq; sicut laui-
cos colom mitterentur: per intercessionem collegarum. qui nullum
plebiscitum. nisi ex auctoritate senatus passuros se perferri ostenderet
discussum est. Volis insequente anno receptis equi coloniaq; eo deducta
nouis uiribus opidum firmarunt. Tribunis militu romae cosulari pote-
state. cn. cornelio cosso. l. ualerio potito. q. fabio bubulano iteru. t. po-
stumio regiliensi. Huic bellum aduersus equos permissum est praue
mentis homini: quam tamen victoria magis q; bellum ostendit. Nam
exercitu impigre scripto ductoq; ad uolas cum leuibus prelis equoru
animos fregisset: postremo in opidum irrupit. Deinde ab hostibus inci-
ues certamen uertit: & cum inter oppugnationem predamq; militis fo-
re dixisset: capto opido fidem mutauit. Eam magis adducor ut creda
ure causam exercitui fuisse: q; quod in urbe nuper direpta coloniaq; no-
ua minus predicatione tribuni prede fuerit. Auxit eam iram postq;
a collegis accersitus propter seditiones tribunitias in urbe reuertit: au-

consularium

dita in contione uox eius stolida ac prope uecors: quam sextio tribuno
pl. legem agrariam ferenti: dignos enim esse: qui armis cepissent: eorum
urbem agrumq; uolanum esse: Malum quidem militibus meis inquit:
si qui uerunt. Quod auditum non actionem magis: q̃ mox patres offen
dit. Et tribunus pl. uir acer nec infacundus nactus inter aduersarios su
perbum ingenium immodicamq; linguam: quam iratam agitandoq;
in eas impelleret uoces: que inuidiae non ipsi tantum: sed causae atq; u
niuerso ordini essent: neminem ex collegio tribunorũ militum sepius:
q̃ postumiũ in disceptationem trahebat. Tum uero secundum tam seuũ
atq; inhumanum dictum: Auditis inq̃t quirites: sicut seruis malum mi
nantem militibus: tamen haec belua dignior uobis tanto honore uide
bitur: q̃ qui uos urbe agrisq; donatos in colonias mittunt: qui sede sene
ctuti uestrae prospiciunt: qui pro uestris commodis aduersus tam cru
deles superbosq; aduersarios depugnant. Incipite deinde minari: cur
patiei iam uestram suscipiunt causam: quid a uobis sperent: an honores:
quos aduersariis uestris potius: q̃ rei. p. propugnatoribus datis. Ingemui
stis modo uoce huius audita: quid id refert: Iam si suffragium detur:
hunc qui malum uobis minatur: his: qui agros sedesq; ac fortunas stabi
lire uolunt preferetis. Perlata haec uox postumii ad milites in castra ma
iorem indignationem mouit: prede ne interceptore fraudatore q̃ etiã
malum minari militibus. Itaq; cum fremitus aperte esset: & questor. p.
sextius eadem uiolentia cohercere putaret seditionem posse: qua mora
erat: misso ad uociferantem quendã militem lictore: cum inde clamor
& turgium oriretur: saxo ictus turba excedit: Insuper increpante qui
uulnerauerat: habere questorem: quod imperator esset militibus mina
tus. Ad hunc tumultum accitus postumius asperiora omnia fecit acerbis
questionibus: crudelibus supplicis. Postremo cum modũ ire nullũ face
ret: ad uociferationem eorũ: quos necari sub crate iusserat concursu fa
cto: ipse ad interpellantis penam uecors de tribunali decurrit. Ibi cum
submouentes passim lictores centurionesq; uexarent turbam: eo indi
gnatio erupit: ut tribunus militum ab exercitu suo lapidibus cooperi
retur. Quod tam atrox facinus postq̃ romam nuntiatum est: tribunis mi
litum de morte collegae per senatum questiones decernentibus tribuni
pl. intercedebant. Sed ea contentio ex certamine alio pendebat: quod cu
ra incesserat patres: ne metu questionum plebs iraq; tribunos militũ ex
plebe crearet: tendebantq; summa ope: ut consules crearentur. Cũ sena

Postumi' trib. mil. lapidib; obruit.

tus consultū fieri tribuni pl. non paterentur: uidem intercederent con-
sularibus comitiis: res ad interregnum rediit. Victoria deinde penes pa-
tres fuit. Q. fabio bubulano comitia habente consules creati sunt. a. cor- ∴ interrege
nelius cossus: furius medullinus. His consulibus principio anni senatusco-
sultum factum est: ut de questione postumiane cedis tribuni primo qq.
tempore ad plebem ferrent: plebs preficeret questioni quem uellet. A
plebe consensu populi consulibus negotium mandatur: qui summa mo-
deratione ac lenitate per paucorum supplicium quos sibi met ipsos con-
scisse mortem satis creditum est: transacta re nequiuere tamen conseq.
ut non egerrime id plebs ferret. Iacere tamen diu irritas actiones que
de suis commodis ferrentur: cum interim de sanguine ac supplicio suo
latam legem confestim exerceri & tantam uim habere. Aptissimū tem-
pus erat uindicatis seditionibus delinimentum animis uolani agri di-
uisionem obici: quo facto minuissent desiderium agrarie legis que pos-
sesso per iniuriam agro publico patres pellebat. Tunc hec ipsa indignitas
angebat animos non in retinendis modo publicis agris quos ut teneret,
pertinacem nobilitatem esse. Sed ne uacuum quidem agrum nuper
ex hostibus captum plebi diuidere: mox paucis ut cetera futurū prede.
Eodem anno aduersus uolscos populantes hernicorū fines legiones duce
a furio consule: cum hostem ibi non inuenissent: ferentinū quo magna
uolscorū multitudo se contulerat cepere. Minus prede: q̄ sperauerat
fuit: quod uolsci postq̄ spes tuendi exigua erat: sublatis rebus nocte oppidū
reliquerunt. Postero die prope desertum capitur. Hernicis ipse ager dono
datur. Annum modestia tribunorum quietum excepit tribunus pl. p. lu-
cius. q. fabio ambusto. c. furio petillo consulibus. Is cum principio statim
anni uelut pensum nominis familieq. seditiones agrariis legibus promul-
gandis cieret & pestilentia minacior tamen q̄ pernitiosior coorta cogi-
tationes hominum a foro certaminibusq. publicis ad domum curāq. cor-
porum nutriendorum auertit: minusq. eam damnosam fuisse: q̄ seditio
futura fuerit credunt. Defuncta ciuitate plurimorū morbis perpaucis
funeribus pestilentem annum inopia frugum neglecto cultu agrorum
ut plerunq. fit excepit. m. papirio atratino. c. nautio rutilio consulibus.
Iam fames: q̄ pestilentia tristior erat: ni dimissis circa omnes populos lega-
tis qui etruscum mare quiq. tyberim accolunt ad frumentū mercandū
annone foret subuentum. Superbe a samnitibus qui capuam habebant
cumasq. legati prohibiti comertio sunt. Contra ea benigne a siculorū ty-

rannis adiuti. Maximos commeatus sumpno etruriae studio tyberis de-
uexit. Solitudinem in ciuitate egra experti consules sunt: cum in le
giones non plus singulis senatoribus inuehientes coacti sunt binos eq
tes adiicere: preter q̃ a morbo annonaq; nihil eo biennio intestini ex
terniue incommodi fuit. At ubi & solicitudines discessere: omnia q̃
bus turbari solita erat ciuitas domi discordia foris bellum exortum.
M. emilio. c. ualerio potito consulibus bellum equi parabant: Vulscis q̃q
non publico consilio capessentibus arma: uoluntariis mercede secutis
militiam. Ad quorum famam hostium iam enim in latinum hernicũq;
transcenderant agrum: delectum habentem ualerium consulem. m.
menenius tribunus pl. legis agrariae lator cum impediret auxilioq;
tribuni nemo inuitus sacramento diceret: repente nuntiatur arcem
caruentanam ab hostibus occupatam esse. Ea ignominia accepta cum
apud patres inuidiae menenius fuit: tum ceteris tribunis iam ante pre
paratis intercessoribus legis agrariae prebuit causam resistendi collegae.
Cum res diu ducta per altercationem esset: consulibus deos hominesq; te
stãtibus: quicqd ab hostibus cladis ignominiaeq; aut iam acceptum esset:
aut immineret: culpam penes menenium fore: qui delectum impedi
ret. Menenio contra uociferante: Si iniusti domini possessione agri pu
blici cederet: se moram delectui non facere: decreto interposito noue
tribuni substulerunt certamen: pronuntiauerunt q; ex collegii senten
tia. c. ualerio consuli se damnum aliamq; cohertionem aduersus inter
cessionem collegae delectus causam detrectantibus militiam inhibenti
auxilio futuros esse. Hoc decreto consul armatus cum paucis appella
tibus tribunum collum torsisset: metu ceteri sacramento dixere: Du
ctus exercitus ad caruentanam arcem: quanq̃ inuisus infestusq; consul
erat: impigre primo statim aduentu delectis qui in praesidio erant ar
cem recepit. Praedatores ex praesidio per negligentiam dilapsi occasio
nem aperuere ad inuadendum. Predae ex assiduis populationibus q̃d
omnia in locum tutum congesta erant fuit aliq̃tum. Venditum sub
hasta consul in erarium redigere questores iussit. Tum predicans par
ticipem predae fore exercitum cum militiam non abnuisset. Aucte
inde plebis ac militum in consulem irae. Itaq; cum ex senatus cõsulto ur
bem ouans introiret: alterni inconditi uersus militari licentia iactati:
quibus consul increpitus menenii celebre nomen laudibus fuit. Cum
ad omnem mentionem tribuni fauor circũstantis populi plausuq; &

assensu cum uocibus militum certaret: plusq; ea res q̃ prope solemnis mi-
litum lasciuia in consulem curæ patribus iniecit. Et tanq̃ haud dubius
inter tribunos militum honos menenii si peteret consularibus comitiis
est exclusus. Creati consules sunt. cn. cornelius cossus. l. furius medulli-
nus. Non alias egrius plebs tulit tribunitia comitia sibi non commissa.
Eum dolorem simul quæstoriis comitiis ostendit: & uicta est: tunc primũ
plebeis quæstoribus creatis: ita ut in quatuor creandis uni patricio. c. fa-
bio ambusto relinqueretur locus. Tres plebei. q. filius. p. eius. clarissima-
rum familiarum iuuenibus præferrentur. Auctores fuisse tam liberi po-
pulo suffragii icilios accipio ex familia infestissima patribus tres in eum
annum tribunos pl. creatos. Hi multarum magnarumq; rerum molem
auidissimo populo ostentantes. cum affirmassent. nihil se moturos sine
quæstoriis quidem comitiis. quæ sola promiscua plebi patribusq; reliquis
set senatus: satis animi populo esset ad id. quod tam diu uellent & per le-
ges liceret. Pro ingenti itaq; uictoria id fuit plebi: quæsturamq; non ho-
noris ipsius fine extimabant: Sed patefactus ad consulatũ ac triumphos
locus nouis hominibus uidebatur. Patres contra non pro cõmunicatis: sed
pro amissis honoribus fremere: Negare si ea ita sint: liberos tollendos
esse: qui pulsi maiorum loco cernentesq; alios in possessione dignitatis
suæ: salii flamines q; nusq̃ alio q̃ ad sacrificandum pro populo sine im-
periis ac potestatibus relinquantur. Irritatis utriusq; partis animis cum
& spiritus plebis sumpsisset: & tres ad popularem causam celeberrimi no-
minis duces haberet duces. Patres omnia quæstoriis comitiis. ubi utriq;
plebi liceret. similia fore cernentes: tendere ad consulũ comitia. quæ
non dum promiscua essent. Icilii contra tribunos militũ creãdis dice-
re: & tandem aliquando imperiendos plebi honores. Sed nulla erat
consularis actio. quam impediendo id. quod petebant exprimerent:
cum mira oportunitate uulscos & equos prædatum extra fines exisse
in agrum latinum hernicũq; affertur. Ad quod bellum ubi ex senatus
cõsulto consules delectum habere occipiunt: obstare tunc enixe tri-
buni. sibi plebiq; eam fortunã oblatã memorantes. Tres erant & omnes
acerrimi uiri generosiq; iam ut inter plebeios: duo singuli singulos
sibi consules asseruandos assidua opera desumunt. Vni contionibus da-
ta nunc detinenda: nunc concienda plebs. Nec delectum consules. nec
comitia. quæ petebant tribuni expediebant. Inclinante deinde se for-
tuna ad causam plebis. nuntii ueniunt: arcem caruentanã dilapsis

ad predam militibus qui in presidio erant equos interfectis paucis custodi
bus arcis inuasisse. Alios recurrentes in arcem: alios palantes in agros cesos.
Et aduersas ciuitatis res uires tribunitiae actioni adiecit. Nequicq̃ enim te
tati ut tum denique desisterent impediendo bello. Postq̃ non cessere nec pu
blicae tempestati nec suae inuidiae: peruincunt ut senatus cõsultũ fiat de
tribunis militum creandis: certo tamen pacto ne cuius ratio haberetur q̃
eo anno tribunus pl. esset: neue quis reficeretur in annum tribunus pl.
haud dubie icilios denotante senatu: quos mercede seditiosi tribunatus
petere consulatum insimulabant. Tum delectus haberi bellumq; omniũ
ordinum consensu apparari ceptum. Consules ambo profecti sunt ad arce
caruentanam: An alter ad comitia habenda substitit incertum diuersi
auctores faciunt. Illa pro certis habenda in quibus non dissentiunt. Ab
arce caruentana cum diu nequicq̃ oppugnata esset recessum. Verrugine
in uulscis eodem exercitu receptam: populationesq; & prædas & in equis &
in uulsco agro ingentes factas. Romæ sicut plebis victoria fuit in eo ut
quæ mallent comitia haberent: ita euentu comitiorum patres euicere:
Nanq; tribuni militum consulari potestate cõtra spem omnium tres pa
tritii creati sunt. c. iulius tullius. p. cornelius cossus. c. seruilius ahala. Artẽ
adhibitam ferunt a patritiis cuius eos icilii tum quoq; insimulabãt quod
turbam indignorum candidatorum intermiscendo dignis tedio sordiũ
in quibusda insignium populũ a plebeis auertissent. Vulscos deinde & eqos
seu caruentana arx retenta in spem: seu uerrugine amissum presidiũ ad
iram cum impulisset: fama affertur: summa ui ad bellum coortos. Caput
rerum antiates esse. Eorum legatos utriusq; gentis populos circũisse: castiga
tesq; ignauiam: quod abditi intra muros populabundos in agris uagari ro
manos priore anno & opprimi uerruginis presidium passi essent. Iam non
exercitus modo armatos: sed colonias etiã in suos fines mitti: Nec ipsos mo
do romanos sua diuisa habere: sed ferentinum etiã de se captum hernicis
donasse. Ad hæc cum inflammarentur animi ut ad quosq; uentũ erat nu
merus iuniorum conscribebatur. Ita omnium populorum iuuentus antiũ
contracta: ibi castris positis hostem operiebantur. Quæ ubi tumultu maiore
etiam q̃ res erat nuntiantur romam: senatus extemplo quod in rebus tre
pidis ultimum consilium erat dictatorem dici iussit: Quam rem egre pas
sos tribunos militum iuliũ corneliumq; ferunt: magnoq; certamine ani
morum rem actam: cum primores patrum nequicq̃ conquesti non esse
in auctoritate senatus tribunos militum: Postremo etiã tribunos pl. appel

larent: & consules quoq; ab ea potestate uim super tali re inhibitā referret.
Tribuni pl. leti discordia patrum nihil esse in his auxilii dicerent: quibus
non ciuium, non deniq; hominum numero essent. Si quando promiscui
honores communicata res. p. esset: tum id se animaduersuros: ne qua super-
bia magistratuum irrita senatus cōsulta essent. Interim patritii soluti legū
magistratuum uerecundia per se quoq; tribunitiam potestatem agerent.
Hæc contentio minime idoneo tempore cum tantum belli in manibus esset,
occupauerat cogitationes hominum: donec ubi diu alternis iulius cor-
neliusq; cum ad id bellum ipsi satis idonei duces essent: non esse æquum
mandatum sibi a populo eripi honorem disseruere. Tum abala seruilius
tribunus militum tacuisse se tam diu ait: non quia incertus sententie fue-
rit: quem enim bonū ciuem secernere sua a publicis consilia: sed quia ma-
luerit collegas sua sponte cedere auctoritati senatus: q̄ tribunitiā potesta-
tem aduersus se implorari paterentur. Tum quoq; si res sineret libenter se
daturum tempus his fuisse ad receptum nimis pertinacis sententiæ. Sed
cum belli necessitates non expectent humana consilia: potiorem sibi colle-
garum gratia rem. p. fore. Et si maneat in sententia senatus: dictatorem
nocte proxima dicturum. At siquis intercedat senatus cōsulti auctorita-
te se fore contentum. Quo facto cum haud immeritam laudem gratiāq;
apud omnes tulisset: dictatore. p. cornelio dicto: ipse ab eo magister eqtū
est creatus. Eexemplo fuit collegis eum intuentibus: q̄ gratia atq; honos
opportuniora interdum non uero cupientibus essent. Bellum haud memorabi-
le fuit: uno atq; eo facili prelio cesi ad antium hostes. Victor exercitus de-
populatus uulscum agrum. Castellum ad lacum fucinum ui expugnatū,
atq; in eo tria milia hominum capta: Ceteris uulscis intra menia cōpul-
sis nec defendentibus agros. Dictator bello ita gesto ut tantū non defi-
usse fortunæ uideretur: felicitate: q̄ gloria maior in urbem rediit: magi-
stratuq; se abdicauit. Tribum militum mentione nulla comitiorū consu-
larium habita: credo ob iram dictatoris creati: tribunorum militū comitia edi-
xerunt. Tum uero grauior cura patribus incessit: quippe cum prodi cau-
sam a suis cernerent. Itaq; sicut priore anno per indignissimos ex plebeis
candidatos omnium etiā dignorum tedium fecerant: Sic tum primori-
bus patrum splendore gratiaq; ad petendum preparatis omnia loca obti-
nuere: ne cui plebeio aditus esset: Quatuor creati sunt omnes iam functi
eo honore. l. furius medullinus. c. ualerius potitus. cn. fabius bubulanus.
c. seruilius abala. hic refectus continuato honore: cum ob alias uirtutes:

tum ob recentem fauorem unica moderatione partum. Eo anno qa
tempus induciarum cum uehiente populo exierat: per legatos fecialesq;
res repeti cepte. Quibus ad finem legatio uehientium obuia fuit: petie
re ne prius. q̃ ipsi senatum romanum adissent: uehios iretur. A senatu im
petratum: quia discordia intestini belli laborarent uehientes: ne res ab
his repeterentur. tantu abfuit: ut ex incommodo alieno sua occasio pe
teretur. Et in uulscis accepta clades: amisso uerrugine presidio. Vbi tan
tum in tempore fuit momenti: ut cum precantibus opem militibus qui
ibi a uulscis obsidebantur. succurri his si maturatum esset potuisset: ad id
uenerat exercitus subsidio missus: ut a recenti cede palati ad predandu
hostes opprimerentur. Tarditatis causa in senatu magis fuit: q̃ in tribu
nis: qui quia summa ui resistere nuntiabantur: parum cogitauerunt
nulla uirtute superari humanaru uirium modum. Fortissimi milites
non tamen nec uiui nec post mortem inulcti fuerunt. Insequenti an
no. p. & cn. cornelius cossus. cn. fabio ambusto. l. ualerio potito tribunis
militum cōsulari potate uehiens bellum motum ob superbum respon
sum uehientis senatus: qui legatis repetentibus res ni facesseret prope
re urbe finibusq; daturos quas lars tolumnius dedisset responderi iussit.
Id patres egre passi decreuere: ut tribuni militum de bello indicen
do uehientibus primo quoq; tempore ad populum ferrent. Quod ubi
primo promulgatum est: fremere iuuentus: non dum debellatu cū
uulscis esse. Modo duo presidia occidione occisa: & cum periculo re
tineri: nullum annum esse quo non acie dimicetur: & tanq̃ penitat
laboris: nouum bellum cum finitimis populo & potentissimo parari: qui omne
etruriam sit concitaturus. Hæc sua sponte agitata insuper tribum pl.
accendunt. Maximu bellum patribus cum plebe esse dictitant: Eam
de industria uexandam militia trucidandamq; hostibus obiici: Eam pro
cul ab urbe haberi atq; ablegari: ne domi per otiū memor libertatis co
loniarumq; aut agri publici aut suffragii libere ferendi consilia agi
tet. Prensantesq; ueteranos stipendia cuiusq; & uulnera ac cicatrices nu
merabant. quid iam integri esse in corpore loci ad noua uulnera ac
cipienda. quid superesse sanguinis qui dari pro re. p. posset rogitan
tes. Hæc cum in sermonibus contionibusq; interdum agitantes auer
tissent plebem a suscipiendo bello: profertur tempus ferende legis quā
si subiecta uuidiae esset antiquari apparebat. Interim tribunos mi
litum in uulscum agrum ducere exercitum placuit. cn. cornelius unus

romae relictus. Tres tribuni postq̃ nullo loco castra uulscorum esse nec commissuros se prelio apparuit: tripertito ad deuastandos fines discessere: Valerius antium petiit: cornelius ecetras: quacunq; incessere late populati sunt tecta agrosq; ut distinerent uulscos. Fabius quod maxime petebatur ad anxur opidum oppugnandum sine ulla populatione accessit: Anxur fuit, que nunc terracine sunt: urbs prona in paludes: Ab ea parte fabius oppugnationem ostendit. Circũmisse quatuor cohortes cum .c. seruilio abala: cum imminentem urbi collem cepissent: ex loco altiore qua nullum erat præsidium ingenti clamore ac tumultu menia inuasere. Ad quem tumultum obstupefacti qui aduersus fabium urbem infimam tuebantur locum dedere scalas admouendi: plenaq; hostium cuncta erant: & immitis diu cedes pariter fugientium ac resistẽtium armatorum atq; inermium fuit. Cogebantur itaq; uicti: quia cedentibus spes nil erat pugnam inire: cum pronuntiatum repente ne quis præter armatos uiolaretur: reliquã omnem multitudinẽ uoluntariam exuit armis: quorũ ad duo milia & qngentos uiui capiuntur. A cetera preda fabius militem abstinuit: donec college uenirent. A illis quoq; exercitibus captum anxur dictitans esse qui ceteros uulscos a p̃sidio eius loci auertissent. Qui ubi uenerunt opidum uetere fortuna opulentum tres exercitus diripuere. Eaq; primum benignitatis imperatorum plebem patribus conciliauit. Additum deinde omnium maxime tempestiuo munere in multitudinẽ: ut ante mentionẽ ullam plebis tribunorumq; decerneret senatus: ut stipendium miles de publico acciperet: cum ante id tempus de suo quisq; functus eo munere esset. Nihil acceptum unq̃ a plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaq; ad curiam esse: prẽsatasq; exeuntium manus & patres uere appellatos. Effectum esse fatentibus: ut nemo pro tam munifica patria: donec quicq̃ uirium superesset: corpori aut sanguini suo parceret: cum commoditas uuuabat rem familiarem saltem acquiescere eo tempore: quo corpus addictum atq; operatum rei .p. esset: tum quod ultro sibi oblatũ esset: nõ a tribuno pl. unq̃ agitatum: non suis sermonibus efflagitatum. Id efficiebat multiplex gaudium cumulatioremq; gratiam rei. Tribuni pl. communis omnium letitiæ concordiæq; soli expertes negare tam id letũ patribus uniuersis: nec prosperum fore: q̃ ipsi crederent cõsilium. Specie p̃ma melius fuisse: q̃ usu apparituru. Vnde enim eam pecuniã confici posse: nisi tributo populo indicto? Ex alieno igitur alis largitos. Neq; id et

si alii ferant. passuros eos. quibus iam emerita stipendia essent. Meliore co
ditione alios militare: q̃ ipsi militassent: & eosdem in sua stipendia impensas
fecisse & in aliorum facere. His uocibus mouerunt partem plebis. Postremo
indicto iam tributo edixerunt etiam tribuni auxilio se futuros: Si quis in
militare stipendium tributum non contulisset. Patres bene ceptam rem per
seueranter tueri: conferre ipsi primi. Et quia non dum argentum signatũ
erat: æs graue plaustris quidam ad erarium conuehentes speciosam etiã colla
tionem faciebant. Cum senatus summa fide ex consensu contulisset: primo
res plebis nobilium amici ex composito conferre incipiunt. Quos cum & a pri
bus collaudari & a militari ætate tanq̃ bonos ciues conspici uulgus uidit: repe
te spreto tribunitio auxilio certamen conferendi est ortum. Et lege lata de
indicendo uehientibus bello exercitum magna ex parte uoluntariũ noui
tribuni militum consulari potestate uehios duxere. Fuere aut tribuni. t.
quintius capitolinus: quintius cincinnatus. c. iulius tullus iterũ. a. manliius
. l. furius medullinus tertiũ. m. emiliius mamercus. Ab his primum circũsessi
uehii sunt. Sub cuius initium obsidionis cum etruscorum conciliũ ad fanũ
uolturne frequenter habitum esset. parum constitit bello ne publico gen
tis uniuerse tuendi uehientes essent. E a oppugnatio segnior insequenti an
no fuit parte tribunorum exercitusq. ad uulscum auocata bellum. Tribunos
militares cõsulari potestate is annus habuit. c. ualerium potitũ tertio. m ser
gium fidenatem. p. corneliũ malugnense. cn. corneliũ cossũ. c. fabiũ ambu
stum. sp. nautiũ rutilium iterum. Cum uulscis inter ferentinum atq. ecetra
signis collatis dimicatum. Romanis secunda fortuna pugne fuit. Artena in
de uulscorum opidum a tribunis obsideri cepta. Inde inter eruptionẽ ten
tatam compulso in urbem hoste occasio est data romanis irrumpendi: pre
ter q̃ arcem cetera capta. In arcem munitam natura globus armatorũ cõ
cessit. Infra arcem cesi captiq. multi mortales. Arx deinde obsidebatur:
nec aut ui capi poterat: quia prospatio loci satis presidii habebat: aut spẽ
dabat deditionis omni publico frumento priusq̃ urbis caperetur in arcem
conuecto: tedioq. inde recessum foret: ni seruius arcem romanis prodidis
set. Ab eo milites per locum arduum accepti cepere: A quibus cũ custodes
trucidarentur: cetera multitudo repentino pauore oppressa in deditionẽ
uenit. Diruta & arce & urbe artena reducte legiones ex uulscis: omnisq. uis
romana uehios conuersa est. Proditori preter libertatem duarũ familiarũ
bona in premium data: Seruius romanus uocitatus. Sunt qui artenã ue
hientium non uulscorum fuisse credant. Prebet errorem quod eiusdem

nominis urbi inter cere atq; uehios fuit: Sed eam reges romani deleuere:
ceterum quæ non uehientium fuerat altera hæc nomine eodem in uulsco
agro fuit: cuius excidium est dictum.

EXPLICIT LIBER QVARTVS.

INCIPIT LIBER QVINTVS.

PACE ALIBI PARTA: ROMANI VEHIIQVE
in armis erant tanta ira odioq; ut uictis finē adesse appareret. Comitia utriusq; populi longe diuersa ratione facta sunt. Romani auxere tribunorū militum consulari potestate numerum: octo quot nunq̄ antea creati. M. emilius mamercus iterum. l. ualerius potitus tertiū. ap. claudius crassus. m. quintilius uarius. m. iulius tullus. m. postumius albinus. m. postumius. m. furius camillus. Vehientes contra tedio annuæ ambitionis quæ interdum discordiarū causa erat regem creauere. Offendit ea res populorū etruriæ animos non maiore odio regni q̄ ipsius regis. Grauis iam is antea genti fuerat opibus superbiaq; quia solemnia ludorum quos intermitti nefas est uiolenter diremisset. Cū obiram repulsæ quod suffragio xii. populorum alius sacerdos ei prelatus esset artifices quorum magna pars ipsius serui erant ex medio ludicro exteplo abduxit. Gens itaq; ante omnes alias eo magis dedita religionibus q̄d excelleret arte colendi eas: auxilium uehientibus negandum donec sub rege essent decreuit. Cuius decreti suppressa fama est uehios propter metum regis: qui a quo tale quid dictum deferretur: seditionis eum principem, non uani sermonis auctorem habebat. Romanis q̄si quiete res ex etruria nuntiabantur: tamen quia omnibus conciliis eam rem agitari affirebatur: ita muniebant: ut ancipitia munimenta essent. Alia in urbem q̄ contra opidanorum eruptiones uersa: alius frons in etruriā spectans: auxilis si qua forte inde uenirent obstruebatur. Cum spes maior imperatoribus romanis in obsidione: q̄ oppugnatione esset: hibernacula etiā res noua militi romano ædificari cepta: consiliumq; erat hiemando continuare bellum. Quod postq̄ tribunis pl. iam diu nullam nouandi res causam inuenientibus romam est allatum: in contionem prosiliunt: Solicitant plebis animos hoc illud esse dictitantes: quod æra militibus sint constituta: nec se fefellisse id donum inimicorum ueneno illitum fore: Venisse libertatem plebis re-

motam in perpetuum & ablegatam ab urbe & a re.p. iuuentutem. Iam
ne hiemi quidem aut tempori anni cedere: ac domos ac res inuisere
suas. Quam putarent continuate militie causam esse? nullam profecto
aliam inuenturos: q̃ ne quid per frequentiã iuuenum eorũ in quibus
uires omnes plebis essent: agi de commodis eorũ posset. Vexari preterea
& subiici multo acrius: q̃ uehementes. Quippe illos hiemem sub tectis su
is agere: egregiis muris situq naturali urbem tutantes. Militem roma
num in opere ac labore niuibus pruinisq obrutum sub pellibus dura
re: Ne hiemis quidem spatio quæ omnium bellorum terra mariq
sit quies arma deponentem. Hoc neq reges neq ante tribunitiã po
testatem creatam superbos illos consules neq triste dictatoris imperiũ
neq importunos decẽ uiros iniunxisse seruitutis: ut perennem militiã
facerent. Quod tribuni militum in plebe romana regnum exercerẽt:
quidnam illi consules dictatoresue facturi essent? qui proconsularem
imaginem tam seuam ac trucem fecerint. Sed id accidere haud ĩme
rito. Non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum ulli ple
beio? Antea trina loca cum contentione summa patritios explere so
litos: nunc iam octoiuges ad imperia obtinenda ire: & ne in turba q
dem herere plebeiũ quenq̃. Quod si nihil aliud admoneat collegas li
beros & cues eorum non seruos militare: quos hieme saltem in domos
ac tecta reduci oporteat. Et aliquo tempore anni parentes liberosq
ac coniuges inuisere: & usurpare libertatem & creare magistratus. Hec
taliaq uociferantes aduersarium haud imparem nacti sunt ap. clau
dium relictum a collegis ad tribunitias seditiones comprimendas: u
rum imbutum iam a iuuenta certaminibus plebeis: quem auctorem
aliquot annis ante fuisse memoratum est per collegarum intercessio
nem tribunitiæ potestatis dissoluendæ. Iste iam non promptus inge
nio tantum sed usu etiam exercitatus talem orationem habuit. Si unq̃
dubitatum est quir̃ utrum tribuni pl. uestra an sua causa seditionum
semper auctores fuerint: id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo.
Et cum letor tandem longi erroris uobis finem factum esse: tum quod
secundis potissimum uestris rebus hic error est sublatus: & uobis & pp
ter uos rei.p. gratulor. An est quisq̃ qui dubitet: nullis iniuriis uestris
siquæ forte aliquando fuerunt: unq̃ eque: q̃ munere patrum in plebẽ
cum ea militantibus constituta sunt: tribunos pl. offensos an concita
tos esse? Quid illos ante tumuisse creditis: aut hodie turbare uelle: nisi

Oro ap. cla. cõtra tr. pl.

concordiam ordinum: quam dissoluende maxime tribunitie potesta
tis rentur esse. Sic hercule tanq̃ artifices improbi opus querunt: qui
semper egri aliquid esse in re. p. uolunt: ut sit. ad cuius curatione a
uobis adhibeantur: utrum enim defenditis: an impugnatis plebem: utrũ
militantium aduersarii estis: an causam agitis: nisi forte hoc dicitis: qꝗd
patres faciunt displicet: siue illud pro plebe: siue contra plebem est. Et
quemadmodum cum seruis suis uetant domini quicq̃ rei cum alienis
hominibus esse: pariterq; in his beneficio ac maleficio abstineri æquũ
censent: sic uos interdicto patribus comertio plebis: ne nos comitate
ac munificentia nostra prouocemus plebem: nec plebs nobis dicto au
diens atq; obediens sit. Quanto tandem si quicq̃ in uobis non dico ciui
lis: sed humani esset: fauore uos magis: & q̃tum in uobis esset indulgere
potuis comitati patrum atq; obsequio plebis oportuit: Que si perpetua
concordia sit: quis non spondere ausit: maximum hoc imperiũ inter
finitimos breui futurum esse: Atq; ego q̃ hoc consilium collegarũ meo
rum quo abducere infecta re a uobis exercitum noluerunt: non uti
le solum: sed etiam necessarium fuerit: postea disseram. Nunc de ipsa
conditione dicere militantium libet: quam orationem non apud uos
solum: sed etiã in castris si habeatur ipso exercitu disceptante: æquam ar
bitror uideri posse. In qua si mihi ipse nihil quod dicerem in mente ue
nire posset: aduersariorum certe orationibus contentus essem. Nega
bant nuper danda esse æra militibus: quia nunq̃ data essent. Quona
modo igitur nunc indignari possunt: quibus aliquid noui adiectum
commodi sit: eis laborem etiam nouum pro portione iniungi: Nusq̃
nec opera sine emolumento nec emolumentum ferme sine impensa
opera est. Labor uoluptasq; dissimillima natura societate quadã inter
se naturali sunt iuncta. Moleste ante ferebat miles: se suo sumptu
operam rei. p. prebere: gaudebat idem parte anni se agrum suum co
lere: quærere unde domi militiæq; se ac suos tueri posset. Gaudet nc
fructui sibi rem. p. esse: & letus stipendium accipit: Equo igitur animo
patiatur: se a domo. a re familiari: cui grauis impensa non est paulo
diutius abesse. An si ad calculos eum res. p. uocet: non immerito dicat:
annua æra habes: annuam operam ede: An tu æquum censes: militia
semenstri solidum te stipendium accipere: Inuitus in hac parte ora
tionis quirites moror. Sic enim agere debet: qui mercennario milite
utuntur: nos tanq̃ cum ciuibus agere uolumus agiq; tanq̃ cum patria

nobiscum æquum censemus. Aut non suscipi bellum oportuit: aut geri
pro dignitate populi r. & perfici q̃ primum oportet. Perficietur autem si
urgemus obsessos: Si non ante abscedimus: q̃ spei nostre finem captiuebis
imposuerimus: Si hercule nulla alia causa ipsa indignitas perseuerantiam
imponere debuit. Decem quondam annos urbs oppugnata est ob unam
mulierem ab uniuersa græcia: q̃ procul a domo: quot terras quot maria
distans? Nobis intra uigesimum lapidem in conspectu prope urbis nostre
annuam oppugnationem perferre piget: scilicet quia leuis causa belli ē:
nec satis quicq̃ iusti doloris: quod nos ad perseuerandum stimulet. Septies
rebellarunt: in pace nunq̃ fida fuerunt. Agros nostros miliies depopulati
sunt: Fidenates deficere a nobis coegerunt. Colonos nostros ibi interfe-
cerunt: Auctores fuere contra ius cædis impie legatorum nostrorū: Etru
riam omnem aduersus nos concitare uoluere: hodieq; id moliuntur: Res
repetentes legatos nostros haud procul abfuit quin uiolarent. Cum his
molliter & per dilationes bellum geri oportet? Si nos tam iusti odium
nihil mouet: ne ulla quidem ora uos mouent? Operibus ingentibus septa
urbs est, quibus intra muros cohercetur hostis: agrum non colet: culta ua
stata sunt bello. Si reducimus exercitum: quis est qui dubitet illos non
a cupiditate solum ulciscendi: sed etiam necessitate imposita ex alieno p̃
dandi cum sua amiserint, agrum nostrum inuasuros? Non differimus ig̃
bellum isto consilio: sed intra fines nostros accipimus. Quid illud, quodq̃
prie ad milites pertinet: quibus boni tribuni pl. cum stipendium extor-
quere uoluerunt: nunc consultum repente uolunt: uallum fossamq; in
gentis utranq; rem operis per tantum spatii duxerunt. Castella primo
pauca, postea exercitu aucto creberrima fecerunt. Munitiones nō in
urbem modo: sed in etruriam etiam spectantes, si qua inde auxilia ue-
niant opposuere. Quid turres, quid uineas testudinesq; & alium oppu-
gnandarum urbium apparatum loquar? cum tantum laboris exhaustu
sit: & ad finem iam operis tandem peruentum. Relinquenda ne hec cē
setis? ut ad æstatem rursus nouis de integro his instituendis excudetur
labor? Quanto est minus opera tueri facta: & instare ac perseuerare de
fungiq; cura? Breuis enim profecto res est: si uno tempore peragitur: nec
ipsi per intermissiones has interuallaq; lentiorem spem nostram facimus.
Loquor de opere & de temporis iactura: quid periculi, quod differendo
bello addimus? nun obliuisci nos hec tam crebra etruriæ concilia de mit-
tendis uebios auxiliis patiuntur? Et ut nunc res se habet: irati sūt: oderūt:

q̃tum in illis.

∴ q̃tum in illis est capere uebios licet. Quis est qui spondeat eundem: si dif
fertur bellum: animum postea fore? cum si laxamentum dederis: maior
frequentiorq; legatio itura sit? Cum id quod nunc offendit etruscos rex
creatus uebiis mutari spatio interposito possit: uel consensu ciuitatis: ut eo
reconcilient etruriæ animos: uel ipsius uoluntate regis: qui obstare regnũ
suum saluti ciuium nolit. Videte quot res q̃ inutiles sequantur illam uiã
consilii. Iactura operum tanto labore factorum: Vastatio immines finiũ
nostrorum: Etruscum bellum pro uebiente concitatum. Hæc sunt tribu
ni consilia uestra nũnc hercule dissimilia: ac siquis egro qui curari se for
titer passus extemplo conualescere possit: cibi gratia presentis aut potio
nis longinquum & forsitan insanabile morbum efficiat. Si medius fidi
ad hoc bellum nihil pertineret: ad disciplinam certe militarem pluri
mum intererat: insuescere militem nostrum non solum parta uictoria
frui: sed si res lentior sit pati tedium: & q̃uis sine spei exitum expectare
& si non sit æstate perfectum bellum: hiemem operiri. Nec sicut æstiuas
aues statim autumno tecta ac recessum circũspicere. Obsecro uos uenan
di studium ac uoluptas homines per niues ac pruinas in montes siluasq;
rapit: Belli necessitatibus eam patientiã non adhibebimus quam uel usus
ac uoluptas elicere soleat? Adeo ne effeminata corpora nostrorum militũ
esse putamus: adeo molles animos: ut hiemem unam durare in castris: abes
se a domo non possint? ut tanq̃ nauale bellum tempestatibus captandis
& obseruando tempore anni gerant: non æstus non frigora pati possint?
Erubescant profecto siquis eis hoc obiciat: contendantq; & animis & corpo
ribus suis uirilem patientiam inesse: & se iuxta hieme atq; æstate bella ge
rere posse: nec se patrocinium mollitiæ inertiæq; mandasse tribunis: & me
minisse hanc ipsam potestatem non in umbra nec in tectis maiores suos
creasse. Hæc uirtute militum nostrorũ: hæc romano nomine sunt digna:
non uebios tantum nec hoc bellum intueri quod instat: sed famam & ad
alia bella & ad cæteros populos in posterum quærere. An mediocre discri
men opinionis secuturum ex hac re putatis? Vtrum tandem finitimi po
pulum r. esse putent: cuius siqua urbs primum illum breuissimi tẽporis
sustinuerit impetum nihil deinde timeat? An hic sit terror nominis no
stri ut exercitum romanum non tedium longinquæ oppugnationis: nõ
uis hiemis ab urbe circũsessa semel amouere possit? nec finem ullum aliũ
belli q̃ uictoriam nouerit: nec impetus potius belli q̃ perseuerantia gerat?
quæ in omni quidem genere militiæ maxime tamen in obsidendis urbib

∴ negant missuros

∴ luxus

necessaria est: quarum plerasq; munitionibus ac naturali situ inexpugna
biles fame sitiq; tempus ipsum uincit atq; expugnat: Sicut uebios expugna
bit: nisi auxilio hostibus tribuni plebis fuerint: & romæ inuenerint pre
sidia uebientes, quæ in etruria nequicq̃ quærunt. An est quicq̃ quod ue
bientibus optatum æque contingere possit: q̃ ut seditionibus primum urbs
romana: deinde uelut ex contagione castra impleantur? At hercule apud
hostes tanta modestia est: ut non obsidionis tedio: non deniq; regni quicq̃
apud eos innouatum sit: non negata auxilia ab etruscis irritauerit animos.
Morietur enim extemplo quicunq; erit seditionis auctor: nec dicere cuiq̃ ea
licebit: quæ apud uos impune dicuntur. Fustuarium meretur qui signa
relinquit, aut presidio decedit. Auctores signa relinquendi & deserendi
castra non uni aut alteri militi: sed uniuersis exercitibus palam in contio
ne auduntur. Adeo quicqd tribunus pl. loquitur & si prodende patriæ
dissoluendæq; rei. p. est: assuestis quidem audire & dulcedine potestatis ei
capti quælibet sub ea scelera latere finitis. Reliquum est: ut quæ hic uo
ciferantur: eadem in castris & apud milites agant & exercitus corrumpat,
ducibusq; parere non patiantur: qm̃ ea demum romæ libertas est: non se
natum: non magistratus: non leges: non mores maiorum: non instituta
patrum: non disciplinam uereri militiæ. Par iam in contionibus erat
7. appius tribunis pl. cum subito unde minime quis crederet accepta ca
lamitas apud uebios & superiorem appium in causa: & concordia ordinũ
maiorem ardorẽ ad obsidendos pertinacius uebios fecit. Nam cũ agger
promotus ad urbem uineæq; tantum non iam iniunctæ menibus essent:
dum opera interdiu fiunt intentius: q̃ nocte custodiuntur: patefacta re
pente porta ingens multitudo maxime armata ignes coniecit: horæq;
momento simul aggerem ac uineas tam longi temporis opus incendio
hausit: multiq; ibi mortales nequicq̃ opem ferentes ferro igniq; absump
ti sunt. Quod ubi romam est nuntiatum: mestitiam omnibus: senatui cu
ram metumq; iniecit: ne tum uero substineri nec in urbe seditio, nec in
castris posset: & tribuni pl. uelut a se uicte rei. p. insultarent: cum repẽ
te quibus census equester erat: equi publice non erant assignati: cõsilio
priuis inter se habito senatum adeunt: factaq; dicendi potestate: eqs
se suis stipendia facturos promittunt. Quibus cum amplissimis uerbis
gratiæ a senatu actæ essent: famaq; ea forum atq; urbem peruasisset:
subito ad curiam concursus fit plebis. Pedestris ordinis se aiunt nunc esse:
operamq; rei. p. extra ordinem pollicen: seu uebios: seu quo alio ducere

uelint. Si uehios ducti sint: negant se inde prius. q̃ capta urbe hostium
redituros esse. Tum uero iam superfundenti se letitie uix temperatu est.
Non enim sicut equites dato magistratibus negotio laudari iussi: aut in cu-
riam uocati, quibus responsum daretur: aut limine curie continebatur
senatus: sed pro se quisq; ex superiore loco ad multitudine in comitio sta-
tem uoce manibusq; significare publicam letitiam. Beatam urbem roma-
nam & inuictam & eterna illa concordia dicere. Laudare plebem: die
ipsum laudibus ferre. Victam esse fateri benignitatem comitateq; sena-
tus. Certatim patribus plebiq; manare gaudio lachryme: donec reuoca-
tus in curiam patribus senatus cosultu factu est: ut tribuni militares con
tione aduocata peditibus equitibusq; gratias agerent. Memorem pieta
tis eorum erga patriam dicerent senatum fore. Placere aut omnibus his
uoluntariam extra ordinem professis militiam era procedere. & equiti cer
tus numerus eris est assignatus. Tunc primum equo merere equites cepe-
runt. Voluntarius eductus exercitus uehios non amissa modo restituit ope
ra: sed noua etia instituit. A urbe commeatus intentiore. q̃ antea sub
uehi cura: ne quid tam bene merito exercitui ad usum deesset. Inseques
annus tribunos militu cosulari potate habuit. c. seruiliu ahala tertiu. q.
seruilium. p. uerginium. c. suspicium. m. manlium iteru. m. sergiu iteru.
His tribunis dum cura omnium in uehiens bellum intenta est. neglectum
anxuri presidium uagationibus militum & uulscos mercatores uulgo re-
ceptando. proditus repente portarum custodibus oppressum est. Minus
militum periit: quia preter egros lixarum in modum omnes per agros
uicinasq; urbes negotiabantur. Nec uehiis melius gesta res: quod tuc ca-
put omnium curarum publicarum erat. Nam & duces romani plus inter
se irarum. q̃ aduersus hostes animi habuerunt: & auctum est bellu adue-
tu repentino capenatum atq; phaliscorum. Hi duo etrurie populi quia
proximi regione erant deuictis uehiis bello quoq; romano se proximos
fore credentes: phalisci etiam propria causa infesti quod fidenati bello
se iam antea immiscuerant: per legatos ultro citroq; missos iureiurando
inter se obligati cum exercitibus nec opinato ad uehios accessere. Forte
ea regione: qua sergius tribunus militum preerat castra adorti sut: inge-
temq; terrorem intulere: quia etruria omnem excitam sedibus magna
mole adesse romani crediderant. Eadem opinio uehientes in urbe co-
citauit. Ita ancipiti prelio castra romana oppugnabantur. Concursatesq;
cum huc atq; illuc signa transferrent: nec uehientes satis cohibere intra

Laudare equites

munitiones: nec suis munimentis arcere uim ac tueri se ab exteriori po
terant hoste. Vna spes erat si ex maioribus castris subueniretur: ut diuer
se legiones aliae aduersus capenates ac phaliscum: aliae aduersus opidanos
pugnarent. Sed castris praerat uerginius priuatim sergio inuisus infestusq.
Iscum pleraq. castella oppugnata superatasq. munitiones utrinq. inuehi ho
stem nuntiaretur: in armis militem tenuit. Si opus foret auxilio collega
dictitans ad se missurum. Huius arrogantiam pertinacia alterius equa
bat: qui nequam opem ab inimico uideretur petisse: uinci ab hoste: q̃ui
cere pertuem maluit. Diu in medio caesi milites. Postremo desertis mu
nitionibus perpauci in maiora castra pars maxima atq. ipse sergius roma
pertenderẽt. Vbi cum omnem culpam in collegam inclinaret: acciri
uerginium ex castris: interea praesse legatos placuit. Acta deinde in
senatu res est: certatumq. inter collegas maledictis. Pauci rei.p. huic atq.
illi ut quisq. studium priuatim aut gratia occupauerat adsunt. Primo
res patrum siue culpa, siue infelicitate imperatorũ tam ignominiosa cla
des accepta esset: censuere non expectandum iustum tempus comitiorũ:
Sed extemplo nouos tribunos militum creandos esse: qui kl. octobribus ma
gistratum occiperent. In quam sententiam cum pedibus iretur: ceteri tri
buni nihil contradicere. At enimuero sergius uerginiusq. propter quos
penitere magistratuum eius anni senatum apparebat: primo deprecari
ignominiam: deinde intercedere senatus cõsulto: negare se ante idus
decembr. solemnem ineundis magistratibus diem honore abituros esse.
Inter haec tribuni pl. cum in concordia hominum secundisq. rebus ciuita
tis inuiti silentium tenuissent: feroces repente minari tribunis militũ
nisi in auctoritate senatus esset. se in uincla eos duci iussuros esse: Tu. c.
seruilius abala tribunus militũ: Quod ad uos attinet tribuni pl. minasq.
uestras ne ego libenter experirer: q̃ non plus in his uiris: q̃ in uobis ani
mi esset. Sed nefas est tendere aduersus auctoritatem senatus: Proinde
& uos desinite inter nostra certamina locum iniuriae quaerere: Et col
lege aut facient quod censuit senatus: aut si pertinacius tendent: dicta
torem extemplo dicam, qui eos abire magistratu cogat. Cum omnium
assensu comprobata oratio esset: gauderentq. patres. sine tribuniae po
testatis terriculis inuentam esse aliam uim maiorem ad cohercendos
magistratus. Victi consensu omnium comitia tribunoy militũ habue
re: qui kl. octobr. magistratũ occiperent: seq. ante eum diẽ magistra
tu abdicauere. L. ualerio potito quartũ. m. furio camillo iteq. m. emi

lio mamerco tertium .cn. cornelio cosso iterum .c. fabio ambusto. l. iu
lio tullo tribunis militum cōsulari potestate multa domi militieq; ge
sta: nam & bellum multiplex fuit. Eodem tempore ad uebios & ad ca
penam & ad phaleros & in uulscis: ut anxur abhostibus recuperaretur.
Et rome simul de delectu simul de tributo cōferendo laboratū est. Et de
tribunis pl. cooptandis contentio fuit. Et haud paruum motum duo iu
dicia eorum qui paulo ante cōsulari potestate fuerant excuiere. Omniū
primum tribunis militum fuit delectum haberi: nec iuniores modo cō
scripti: sed seniores etiam coacti nomina dare: ut urbis custodiā ageret.
Quantum autē augebatur militum numerus: tanto maiore pecunia insti
pendium opus erat: eaq; tributo conferebatur inuitis conferentibus. qui
domi remanebant: quia tuentibus urbem opera quoq; militari laborā
dum seruiendumq; rei .p. erat. Hæc per se grauia indigniora quoq; ut
uiderentur tribuni pl. seditiosis contionibus faciebant: Ideo æra consti
tuta militibus esse arguendo ut plebis partem militia: partem tributo
conficerent. Vnum bellum in annum iam tertium trahi & consulto ma
le geri: ut diutius gerant. In quatuor deinde bella uno delectu exerci
tus scriptos & pueros quoq; ac senes extractos. Iam non æstatis nō hiemis
discrimen esse: ne ulla quies unq̄ miseræ plebi sit: quæ etiā uectigalis ad
ultimum facta sit: ut cum confecta labore uulneribus postremo ætate
corpora retulerint: inculta; omnia diutino dnōrum desiderio domi in
ueneriint: tributum ex affecta re familiari appendant: Eraq; militaria
uelut fenore accepta multiplicia rei .p. reddant. Inter delectum tributiq;
& occupatos animos maiorum rerum curis comitiis tribunorū pl. nume
rus expleri nequit. Pugnatum est inde in loca uacua: ut patritii coopta
rentur. Postq̄ obtineri non poterat: tamen labefactandæ legis tribuni
tiæ causa effectum est: ut cooptarentur tribuni pl. c. sacertius & m. acu
tius haud dubie patritiorū opibus. Forsita tulit: ut eo anno tribunus
pl. cn. treboniuS esset: qui nomini ac familiæ debitum prestare uideret
treboniæ legis patrocinium. Is quod petissent patres quidam primo icep
to repulsi: tamen tribunos militū expugnassent: uociferans legem trebo
niam sublatam & cooptatos tribunos pl. non suffragiis populi: sed impe
rio patritiorum: & eo deuolui rem: ut aut patritii aut patritiorū asse
clæ habendi tribuni pl. sint. Eripi sacratas leges: extorqueri tribunitia
potestatem. Id fraude patritiorū: scelere ac proditione collegarum factū
arguere. Cum arderent inuidia non patres modo: sed etiā tribuni coop

11.

tati pariter: & qui cooptauerat: tum ex collegio tres. p. curiatius. m.
metilius. m. minucius trepidi rerum suarū in sergium uerginiumq; po
ris anni tribunos militares incurrunt. In eos a se iram plebis inuidiaq;
die dicta auertunt: quibus delectus: quibus tributum: quibus diutina
militia longinquitasq; belli sit grauis: qui clade accepta ad uebios do
leant: qui amissis liberis: fratribus: propinquis: affinibus lugubres do
mos habeant: his publici priuatiq; doloris exequendi ius potestatemq;
ex duabus noxiis capitibus datam a se memorant. Omnium nanq; ma
lorum in sergio uerginio causas esse. Nec id accusatorem magis argue
re: q̄ fateri reos: qui noxii ambo alter in alterum causam conferant.
Fugam sergii uerginius: sergius proditionem increpans uerginij: quoq;
adeo incredibilem amentia fuisse: ut multo uerisimilius sit: conspecto:
eam rem & communi fraude patritiorum actam abbis: & prius datū
locum uebientibus ad incendenda opera belli trahendi causa: & nunc
proditum exercitum: tradita phaliscis romana castra: omnia fieri: ut
consenescat ad uebios romana iuuentus: nec de agris: nec de aliis com
modis plebis ferre ad populum tribuni frequentiaq; urbana celebra
re actiones & resistere cōspirationi patritiorum possint. Preiudicium
iam de reis & a senatu & a populo. r: & ab ipsorum collegis factum esse.
Nam & senatus cōsulto eos a re: p. remotos esse: & recusantes abdicare se
magistratu dictatoris metu collegis cohercitos esse: & populum. r: tribu
nos creasse: qui non idibꝫ decembꝫ die solemni: sed extemplo kl. octo
bribꝫ magistratum occiperent: quia stare diutius res. p. his manentibꝫ
in magistratu non posset. Et tamen eos tot iudiciis cōfessos predamna
tosq; uenire ad populi iudicii & existimare defunctos se esse: satis pe
narum dedisse: quod duobus mensibus citius priuati facti sint: neq;
intelligere nocendi sibi diutius tum potestatem ereptam esse: non
penam irrogatam. Quippe & collegis abrogatum imperii: qui certe
nihil deliquissent. Illos repeteret animos q̄ites: quos recenti clade ac
cepta habuissent: cum fuga trepidum plenum uulnerū ac pauore in
cidentem portis exercitum uiderint: non fortuna aut quenq; deorū:
sed hos duces accusantem. Pro certo se habere: neminem in contione
stare: qui illo die non caput: domum fortunasq. l. uerginii ac. m. ser
gii sit execratus detestatusq. Minime conuenire: quibus iratos q̄sq;
deos precatus sit: in his sua potestate: cum liceat & oporteat: non uti.
Nunq; deos ipsos admouere nocentibus manus: satis esse: si occasione ul

ciscendi lesos arment. His orationibus incitata plebs decem milibus
grauis eris reos condemnat: nequicq sergio martem commune fortu
namq belli accusante: uerginio deprecante: ne infelicior domi q mi
litie esset. In hoc uersa ira populi cooptationis tribunorū fraudisq cō
tra legem treboniam facte memoriam obscuram fore. Victores tribu
ni ut presentem mercedem iudicii plebs haberet legem agrariā pro
mulgant tributumq conferri prohibent. Cum tot exercitibus stipē
dio opus esset resq militia ita prospere gererentur: ut nullo bello ue
niretur ad extremum rei: Nanq uebius castra que amissa erat recu
perata castellis presidiisq firmantur: preerant tribuni militū .m. emi
lius &.q. fabius. A .m. furio in phaliscis &.cn. cornelio in capenate agro
hostes nusquam extra menia inuenti: prede acte incendiisq uillarum ac
frugum uastati fines: opida nec oppugnata nec obsessa sunt. At in uul
scis depopulato agro anxur nequicq oppugnatum loco alto situ: & postq
uis irrita erat: uallo fossaq obsideri ceptum. Valerio potito uulsci p
uincia euenerat. Hoc statu militarium rerum seditio intestina ma
iore mole coorta q bella tractabantur. Et cum tributū conferri cō
tra per tribunos non posset: nec stipendiū in perpetuū populo mitte
retur: eraq militaria flagitaret miles: haud procul erat quin castra
quoq urbane seditionis contagione turbarentur. Inter has iras plebis
in patres cum tribuni pl. nunc illud tempus esse dicerent stabiliende
libertatis & a sergiis uerginiisq ad plebeios uiros fortes ac strenuos trāsfe
rendi summi honoris: non tamen ultra processum est: q ut unus ex
plebe usurpandi iuris causa .p. licinius caluus tribunus militū consu
lari potestate crearetur. Ceteri patritii creati .p. manlius &.p. licinius
.p. melius. l. furius medullinus. l. popilius uolero. Ipsa plebs mirabatur
se tantam rem obtinuisse: non is modo qui creatus erat uir nullis an
te honoribus usus: uetus tantū senator & etate iam grauis. Nec satis
constat cur primus ac potissimum ad nouum delibandū honorem
sit habitus. Alii .cn. cornelii fratris qui tribunus militum priore an
no fuerat triplexq stipendium equitibus dederat gratia extractū
ad tantum honorem credunt. Alii orationem ipsum tempestiuam
de concordia ordinum patribus plebiq gratam habuisse. Hac uictoria
comitiorum exultantes tribuni quod maxime rem .p. impediebat
de tributo remiserunt. Collatū obedienter: missumq ad exercitū est.
Anxur in uulscis breui receptū est neglectis die festo custodijs urbis.

12.

13.

Insignis annus hieme gelida ac niuosa fuit: adeo ut uie clause tyberis
innauigabilis fuerit. Annona ex ante conuecta copia nihil mutauit.
Et quia .p. licinius ut ceperat haud tumultuose magistratum maiore
gaudio plebis: q̃ indignatione patrum ita etiã gessit: dulcedo inuasit
proximis comitiis tribunoꝝ militum plebeios creandi. Vnus .m. uetu
rius ex patriciis candidatis locum tenuit: plebeios alios tribunos militũ
consulari potestate omnes fere centuriae dixere: .m. pomponium .cn. dui
lium uoleronem: publicium .cn. genucium .l. attilium. Tristem hiemẽ
siue ex intemperie celi raptim mutatione in contrarium facta: siue alia
qua de causa grauis pestilensq; omnibus animalibus estas excepit: Cuius
insanabili pernitie quando nec causa nec finis inueniebatur: libri sibyl
lini ex senatus cõsulto aditi sunt. Duumuiri sacris faciendis lectisternio
tunc primum in urbe romana facto per dies octo apollinem latonamq;
& dianam: herculem: mercurium atq; neptumnũ tribus q̃ amplissime tẽ
apparari poterant stratis lectis placauere. Priuatim quoq; id sacrũ celebra
tum est: tota urbe patentibus ianuis: promiscuoq; usu rerum omnium
in propatulo posito: notos ignotosq; passim aduenas in hospitiũ ductos fe
runt: & cum inimicis quoq; benigne ac comiter sermones habitos. Iurgi
is ac litibus temperatum: uinctis quoq; dempta in eos dies uincula. Reli
gioni deinde fuisse: quibus eam opem detulissent uinciri. Interim adue
rsos terror multiplex tribus in unum bellis collatis. Nanq; eodem quo an
tea modo circa munimenta cum repente capenates phalisciq; subsidio ue
nissent: aduersus tres exercitus anceps prelio pugnatum est. Ante om
nia adiuuit memoria damnationis sergii ꝗ uerginiq;. Itaq; maioribus castris
unde antea cessatum fuerat breui spatio circũducte copiae capenates in val
lum romanum uersos a tergo adoriuntur aggrediuntur: Inde pugna cep
ta & phalisci intulit terrorem: trepidantesq; eruptio ex castris oportune
facta auertit. Repulsos deinde insecuti uictores ingentem ediderunt cae
dem. Neq; ita multo post iam palantes ueluti forte oblati populatores
capenatis agri reliquias pugnae absumpsere. Et uehientium refugientes
in urbem multi ante portas cesi: dum pre metu ne simul romanis irrũ
peret obiectis foribus extremos suorum exclusere. Haec eo anno acta. Et
iam comitia tribunorũ militũ aderant: quorum prope maior patribus:
q̃ belli cura erat: quippe non communicatum modo cum plebe: sed pro
pe amissum cernentibus summum imperium. Itaq; clarissimis uiris ex cõ
posito praeparatis ad petendum quos pretereundi uerecundia crederent

14.

fore: nihilominus ipsi perinde ac si omnes candidati essent: cuncta experentes non homines modo: sed deos etiam excipiebant: in religionem uertentes comitia biennio habita. Priore anno intolerandam hiemem prodigiisq; diuinis similem coortam: proximo non prodigia: sed iam euentus pestilentia agris ubiq; illatam haud dubia ira deum quos pestis arcende causa placandos esse in libris fatalibus inuentum fit. Comitiis quae auspicato fierent indignum dis uisum honores uulgari discriminaq; gentium confundi. Preterq; maiestatem petentium religione etiam attoniti homines patritios omnes parte magna honoratissimum queq; tribunos militum consulari potate creauere. L. ualerium potitum. q. ualerium maximum. m. furium camillum iterum. L. furium medullinum tertium: quintium seruilium fidenatem iterum. c. sulpicium camerinum iterum. His tribunis ad uebios nihil admodum memorabile actum: tota uis in populationibus fuit. Duo summi imperatores potitus a phaleriis camillus a capena praedas ingentes egere nulla incolumi relicta re cui ferro aut igni noceri posset. Prodigia interim multa nuntiari: quorum pleraq; & quia singuli auctores erant parum credita spretaq: & quia hostibus etruscis per quos ea procurarent: aruspices nō erat. Inunum omnium curae uerse sunt: quod lacus in albano nemore sine ullis celestibus aquis causaue qua alia quae rem miraculo eximeret in altitudinem insolitam creuit. Quidnā eo dii portenderent prodigio missi sciscitatum oratores ad delphicum oraculum. Sed propior interpres fatis oblatus: Senior quidam uebiens qui inter cauillantes in stationibus ac custodiis milites romanos etruscosq; uaticinantis in modum cecinit: Fruisq; ex lacu albano aqua emissa foret: nunq; potiturum uebis romanum. Quod primo uelut temere iactum sperni agitari deinde sermonibus ceptum est: donec unus e statione romana percunctatus proximum opidanorum iam per longinquitatem belli comertio sermonum facto quisnam is esset qui per ambages de lacu albano iaceret: postq; audiuit aruspicem esse: uir haud intacta religione animi causatus de priuati portenti procuratione: si opere illi esset consulere uelle: ad colloquium uatem elicuit. Cumq; progressi ambo a suis longius essent inermes sine ullo metu preualens iuuenis romanus senem infirmum in conspectu omnium raptum nequicq; tumultuantibus etruscis ad suos transtulit. Qui cum perductus ad imperatorem inde romam ad senatum missus esset: sciscitantibus quidnā id esset quod de lacu albano docuisset respondit: profecto iratos deos uebienti populo illo fuisse die quo sibi eam mentem obiecissent: ut excidium patriae fatale proderet. Itaq;

15.

quæ tum cecinerit diuino spiritu instinctus. ea se nec ut indicta sint reuoca re posse. & tacendo forsitan quæ dii immortales uulgari uelint: haud mi nus. q̃ celanda effando nefas contrahi. His igitur libris fatalibus sic disci plina etrusca traditum esse: ut quando aqua albana abundasset: tum si ea romanus rite emisisset: victoriam de uehientibus dari. Ante q̃ id fiat de os menia uehientium deserturos non esse. Exequebantur inde. qua solem nis deriuatio esset. Sed auctorem leuem nec satis fidum super tanta re patres rati. decreuere legatos sortesq. oraculi phitici expectandas. Prius q̃ a delphis oratores redirent albaniue prodigii piacula inuenirentur: no ui tribuni militum consulari potestate. L. iulius. p. furius medullinus q̃ tum. L. sergius fidenas. a. postumius regiliensis. p. cornelius maluginen sis. a. manliius magistratum inierunt. Eo anno tarquiniensis noui ho stes exorti. quia multis simul bellis: uulscorum ad anxur: ubi presidii obsidebatur: equorum ad lauicos. qui romanam ibi coloniam oppugna bant: Ad hæc uehienti & phalisco & capenati bello occupatos uidebant romanos: nec intra muros quietiora negotia esse certaminibus patri ac plebis. Inter hæc locum iniuriæ rati esse: predatum in agrum roma num cohortes expeditas mittunt. Aut enim passuros inulctam eam in iuriam romanos: ne nouo bello se onerarent: aut exiguo eoq. parum ualido exercitu persecuturos. Romanis indignitas maior: q̃ cura popu lationis tarquiniensium fuit: eo nec magno conatu suscepta. nec in lo gum dilata res est. A. postumius & L. iuliius non iusto delectu. & enim a tribunis pl. impediebantur: sed prope uoluntariorum. quos adhortan do incitauerant coacta manu per agrum ceretem obliquis tramitibus egressi redeuntes a populationibus grauesq. preda tarquiniensis oppri sere: multos mortales obtruncant: omnes exuunt impedimentis. Et re ceptis agrorum suorum spoliis romam reuertuntur. Biduum ad cogno scendas res datum dominis: tertio incognita. erant aut ea pleraq. hostiu ipsorum sub hasta ueniere: quodq. inde redactum militibus diuisu est.

16.

Cæteri bella maximeq. uehiens incerti exitus erant. Iamq. romani dispe rata ope humana fata & deos spectabant: cum legati a delphis uenerit sortem oraculi offerentes congruentem responso capti uatis: Romane aquam albanam caue lacu contineri: caue in mare manare suo flumi ne sinas. Emissam per agros rigabis. dissipatamq. riuis extingues. Tum tu insiste audax hostium muris. memor quam per tot annos obsides ur bem: ex ea tibi his quæ nunc panduntur fatis victoriam datam. Bello

perfecto donum amplum uictor ad mea templa portato: Sacraq; pa-
tria. quorum omissa cura est: instaurata ut assolet facito. Ingens inde
haberi captiuo uati honos ceptus: Eęumq; adhibere tribuni militu cor-
nelius postumiusq; ad prodigii albani procurationem ac deos rite pla-
candos cepere: Inuentumq; tandem est: ubi neglectas cerimonias in-
termissumue solemne, dii arguerent: nihil profecto aliud esse: q̃ magi- ∴ sacrum
stratus uitio creatos: latinas sacrumq; in albano monte non rite concepis-
se: Vnam expiationem eorum esse: ut tribuni militum abdicarent se
magistratu: Auspicia de integro repeterentur: & interregnum iniretur.
Ea ita facta sunt ex senatus consulto. Interreges tres deinceps fuere. L. ua-
lerius. c. seruilius fidenas. m. furius camillus. Nunq̃ desitum interim
turbari comitia interpellantibus tribunis pl. donec conuenisset prius ut
maior pars tribunorum militum ex plebe crearetur. Quae dum agũtur:
concilia etruriae ad fanum uoltumnae habita: postulantibus capenatibus
ac phaliscis: ut uebios communi animo consilioq; omnes etruriae populi
ex obsidione eriperent: responsum est: antea se id uebientibus negasse:
quia unde consilium non petissent: super tanta re: auxilium petere no
deberent. Nunc iam prope fortunam suam illis negare: maxime in ea
parte etruriae inusitatam gentem. nouos accolas gallos esse: cum quibus
nec pax satis fida: nec bellum pro certo sit: Sanguini tamen nominiq;
& presentibus periculis consanguineorum id dari: ut siqui iuuentutis
suae uoluntate ad id bellum eant: non impediant: Cum magnii adue-
nisse hostium numerum fama romae erat: eoq; mitescere discordiae in-
testinae metu communi ut fit cepte: Haud inuitis patribus. p. licinii
caluum prerogatiua tribunum militum non petentem creant: mo-
derationis experte in priore magistratu iurum: ceterum iam tum
exacte aetatis: omnesq; deinceps ex collegio eiusdem anni refici appa-
rebat. L. licinium. p. menenium. cn. genutium. L. attilium: qui prius
q̃ renuntiarentur iure uocatis tribubus permissu interregis. p. licini
caluus ita uerba fecit. Omen concordiae quir: rei maxime in hoc te-
pus utili memoria nostri magistratus uos his comitiis petere insequẽ-
tem annum uideo: si collegas eosdem reficitis etiam usu meliores factos.
Me iam non eundem: sed umbram nomenq; licinii relictum uidetis. Vi-
res corporis affecte: sensus oculorum atq; aurium hebetes: memoria la-
bat: uigor animi obtusus. En uobis inquit iuuenem. filium tenens. effi-
giem atq; imaginem eius quem uos antea tribunum militum ex plebe

18.

primum fecistis. Hunc ego institutum disciplina mea uicarium p me
rei.p.do dicoq. Vosq. quaeso quir. delatum mihi ultro honorem huic
petenti meisq. pro eo adiectis precibus mandetis. Datum id petenti pa
tri: filiusq. eius. p. licinius tribunus militum consulari potestate cum his
quos supra scripsimus declaratus. Licinius genutiusq. tribuni militum
profecti aduersus phaliscos capenatesq. dum bellum maiore animo gerit
q̃ consilio precipitauere se in insidias. Genutius morte honesta temeri
tatem luens ante signa inter primores cecidit. Licinius in editum tumu
lum ex multa trepidatione militibus collectis aciem restituit: nec se tam
aequo loco hosti commisit: plus ignominiae erat q̃ cladis acceptum: que
prope in cladem ingentem uertit. Tantum inde terroris non romae mo
do quo multiplex fama peruenerat: sed in castris quoq. fuit ad uehios.
Egre ibi miles retentus a fuga est: cum peruasisset castra rumor ducibus
exercituq. caesis victorem capenatem ac phaliscum. etruriae omne iuue
tutem haud procul inde abesse. His tumultuosiora romae: iam castra ad
uehios oppugnari: iam partem hostium tendere ad urbem agmine in
festo crediderant: concursumq. in muros est. Et matronarum. quas ex
domo conciuerat publicus pauor obsecrationes in templis facte: precibq.
a diis petitum: ut exitium aburbis tectis templisq. ac menibus romanis
arcerent. uehiosq. eum auerterent terrorem: si sacra renouata rite: si
procurata prodigia essent. Iam ludi latinaeq. instauratae erant: Iam ex
lacu albano aqua emissa in agros: uehiosq. fata appetebant. Igitur fata
lis dux ad excidium illius urbis seruandaeq. patriae. m. furius camillus
dictator dictus magistrum equitum. p. corneliu scipionem dixit. Oia
repente mutauerat imperator mutatus: alia spes: alius animus hominu:
fortuna quoq. alia urbis uideri. Omnium primum in eos. qui a uehiis in
illo pauore fugerant more militari animaduertit: effecitq. ne hostis ma
xime timendus militi esset. Deinde indicto delectu in diem certa ipse in
terim uehios ad confirmandos militum animos intercurrit. Inde roma
ad scribendum nouum exercitum redit: nullo detrectante militia pe
regrina etiam iuuentus latini hernicique operam sua pollicentes ad id bel
lum uenere. Quibus cum gratias egisset in senatu dictator: satis iam om
nibus ad id bellum paratis ludos magnos ex senatus cosulto uouit. uehiis
captis se facturu: aedemq. matutae matris refectam dedicaturum: iam an
te a rege seruio tullo dedicata. Profectus cum exercitu ab urbe expecta
tione hominum maiore: q̃ spe in agro primum nepesino cum phaliscis

ac capenatibus signa confert: omniaq; ibi summa ratione consilioq; acta
fortuna etiam ut fit secuta est: Non prelio tantum fudit hostes sed ca-
stris quoq; exuit: ingentiq; preda est potitus: cuius pars maxima ad questo-
rem redacta est: haud ita multum militi datum. Inde ad uehios exerci-
tus ductus: densioraq; castella facta. Et a procursationibus quae multe te-
mere inter murum & uallum fiebant: edicto ne quis inuussu pugnaret: ad
opus milites traducti. Operum fuit omnium longe maximum ac laborio-
sissimum cuniculus in arcem hostium agi ceptus: quod ne intermitteret
opus: neu sub terra continuus labor eosdem conficeret: in partes sex mu-
nitorū numerum diuisit. Sene hore in orbem operi attribute sūt nocte
ac die: nunq̄ ante omissum: q̄ in arcem uiam facerent. Dictator cum iam
in manibus uideret uictoriam esse: urbem opulentissimam capi: tantūq;
prede fore: q̄tum non omnibus in unum collatis ante bellis fuisset: ne quā
inde aut militum iram ex malignitate prede partite aut inuidiā apud
patres ex prodiga largitione caperet: litteras ad senatū misit: deū immor-
talium benignitate: suis consiliis, patientia militum uehios iam fore in
potestate populi r: quid de preda faciendum censerent. Due senatum
distinebant sententie: Senis. p. licinii quem primum dixisse a filio inter-
rogatum ferunt. Edici palam placere populo: ut qui particeps esse prede
uellet: in castra uehios iret. Altera appii claudii qui largitionem nouam
prodigam inequalem inconsultam arguens: si semel nefas duceret captā
ex hostibus in erario exhausto bellis pecuniam esse: auctor erat stipēdii
ex ea pecunia militi numerandi: ut eo minus tributi plebs conferret. Ei
enim doni societatem sensurus equaliter omnium domos: non auidas in
direptiones manus ociosorum urbanorum prerepturas fortium bellatorū
premia esse: cum ita ferme euenat: ut segnior sit predator quisq; labo-
ris periculiq; precipuam partem petere soleat. Licinius contra suspectā
& inuisam semper eam pecuniam fore aiebat: causasq; criminum ad ple-
bem seditionum inde ac legum nouarum prebituram. Satius igitur es-
se reconciliari eo dono plebis animos: exhaustis atq; exinanitis tributo tot
annorum succurri: & sentire prede fructum ex eo bello in quo prope cō-
senuerint. Gratius id fore letiusq; quod quisq; sua manu captū ex hoste
donum retulerit: q̄ si multiplex alterius arbitrio accipiat. Ipsum dicta-
torem fugere inuidiam ex eo criminaq; eo delegasse ad senatū. Sena-
tum quoq; debere reiectam rem ad se permittere plebi: ac pati habere
quod cuiq; sors belli dederit. Hec tutior uisa sententia est que populare

senatum faceret. Edictum itaq; est ad predam uehientem quibus ut
deretur in castra ad dictatorem proficiscerentur. Ingens profecta
multitudo repleuit castra. Tum dictator auspicato egressus cum edi
xisset, ut arma milites caperent: Tuo ductu inqt phitice apollo tuoq;
numine instinctus pergo ad delendam urbem uehios: tibiq; hanc deci
mam partem prede deuoueo. Te simul iuno regina que nunc uehios
colis precor, ut nos victores in nostram tuamq; mox futuram urbem seq
re: ubi te dignum amplitudine tua templum accipiat. Hec precatus su
perante multitudine ab omnibus locis urbem aggreditur: quo minor
a cuniculo ingruentis periculi sensus esset. Vehientes ignari se iam a
suis uatibus iam ab externis oraculis proditos. iam in partem prede sue
uocatos deos: alios uotis ex urbe sua auocatos hostium templa nouasq;
sedes spectare. seq. ultimum illum diem agere; nihil minus timentes. q̃
subrutis cuniculo menibus arcem iam plenam hostium esse: in muros
prosilit quisq. armati discurrunt: mirantes quidnam id esset: quod cum tot
per dies nemo se a stationibus romanis mouisset: tum uelut repentino
acti furore improuidi currerent ad muros. Inseritur huic loco fabula:
Immolante rege uehientium uocem aruspicis dicentis, qui eius hostie
exta persecuisset: ei victoriam dari: exauditam in cuniculo mouisse
romanos milites: ut adaperto cuniculo exta raperent & ad dictatorem
ferrent. Sed in rebus tam antiquissimis siquae similia ueris sunt pro ue
ris accipiantur: satis habeam. Hec ad ostentationem scene gaudentis mi
raculis aptiora: q̃ ad fidem: neq; affirmare: neq; refellere operepretium
est. Cuniculus delectis militibus eo tempore plenus in ede iunonis que
in uehientana arce erat armatos repente edidit. Et pars auersos in mu
ris inuadunt hostes: pars claustra portarum reuellunt: pars cum ex tectis
saxa tegulaeq; a mulieribus ac seruitiis iacerentur: inferunt ignes. Clamor
omnia uartis terrentium ac pauentium uocibus mixto mulierum ac pue
rorum ploratu complet. Momento temporis delectis ex muro undiq;
armatis patefactisq; portis cum alii agmine irruerent: alij desertos scan
derent muros: urbs hostibus impletur. Omnibus locis pugnatur: deinde
multa iam edita caede senescit pugna. Et dictator preconem edicere iu
bet: ut ab inermi abstineatur. Is finis sanguinis fuit: Dedi inde inermes
cepti. & ad predam permissu dictatoris miles discurrit. Que cum ante
oculos eius aliq̃tum spe atq; opinione maior maioriq; pretii rerum fer
retur: dicitur manus ad celum tollens precatus esse: ut sicut deorum homi

numq, nimia sua fortuna populiq. r. uideretur: ut eam inuidiam leuire
q̃ minimo suo priuato incommodo publicoq populi r. liceret. Conuertē
tem se inter hanc uenerationem traditur memorie prolapsum cecidis
se: idq, omen pertinuisse postea euentu rem coniectantibus uisum ad
damnationem ipsius camilli: capte deinde urbis romane quod post pau
cos accidit annos, cladem. Atq, ille dies cede hostium ac direptione ur
bis opulentissime est consumptus. Postero die libera corpora dictator sub
corona uendidit. Et quod retulere prede secū nec duci, qui ad senatū
malignitatis auctores querendo rem arbitrii sui retecisset: nec senatui:
sed licinie familie, ex qua filius ad senatum retulisset: pater tam popu
laris sententie auctor fuisset acceptū referebant. Cum iam humane res
egeste a uebiis essent: amoliri tum deum dona ipsosq, deos: sed colentiū
magis q̃ rapientium modo cepere. Nanq, delecti ex omni exercitu iu
uenes pure lotis corporibus candida ueste: quibus deportanda romam
regina iuno assignata erat, uenerabundi templum iniere: primo religio
se admouentes manus: quod id more etrusco, nisi certe gentis sacerdos
attrectare non esset solitus. Dein cum quidam seu spiritu diuino tactus,
seu iuuenili ioco Vis ne romam ire iuno dixisset: annuisse ceteri deam
conclamauerunt. Inde fabulae adiectum est: uocem quoq, dicentis uelle
auditam. Motam certe sede sua parui molimenti adminiculos sequen
tis modo accepimus: leuem ac facilem translatu fuisse: integramq, in auē
tinum aeternam sedem suam, quo uota romani dictatoris uouerat plata:
ubi templum ei postea idem, qui uouerat camillus dedicauit. Hic uebio
rum occasus fuit: urbis opulentissime etrusci nominis magnitudine sua
uel ultima clade indicantis: quod decem estates hiemesq, continuas cir
cūsessa, cum plus aliq̃to cladium intulisset: q̃ accepisset: postremo iā fa
to quoq, urgente operibus tamen non ui expugnata est. Romam ut
nuntiatum est uebios captos: quanq̃ & prodigia procurata fuerant & ua
tum responsa & phoice sortes note: & q̃tum humanis adiuuari consiliis
potuerat res, ducem .m. furium maximum imperatorū omnium le
gerant: tamen quia tot annis uarie ibi bellatum erat: multaeq, clades
accepte uelut ex insperato immensum gaudium fuit. Et prius, q̃ se
natus decerneret, plena omnia templa romanarum matrum gratis di
is agentium erant. Senatus in quatriduum, quot dierū nullo ante bel
lo supplicationes decreuit. Aduentus quoq, dictatoris omnibus ordinib
obuiam effusis celebratior: q̃ ullius unq̃ antea fuit. Triumphusq, omnem

consuetum honorandi diem illiusmodi aliqtum excessit: maxime cospe
ctus ipse est curru equis albis iuncto urbem inuectus: Parumq id non ci
uile modo: sed humanum etiam uisum: Iouis solisq equis equiperatum di
ctatorem in religionem etiam trahebant: Triumphusq obeam una maxime
rem clarior: q gratior fuit. Tum iunoni reginæ templum in auentino loca
uit dedicauitq matrute matri. Atq his diuinis humanisq rebus gestis dicta
tura se abdicauit. Agi deinde de apollinis dono ceptum: cui se decima uouis
se prede partem cum diceret camillus. pontifices soluendum religione
populum censerent: haud facile inibatur ratio uibendi referre prede po
pulum: ut ex ea pars debita in sacrum secerneretur: tandem eo quod leui
simum uidebatur decursum est: ut qui se domumq religione exoluere uel
let cum sibi met ipse predam extimasset suam decime pretium partis in pu
blicum deferret: ut ex eo donum aureum dignum amplitudine templi
ac numine dei ex dignitate populi .r. fieret. Ea quoq collatio plebis a camil
lo alienauit. Inter hec pacificatum legati a uulscis & equis uenerunt: impe
trataq pax magis ut fessa tam diutino bello acquiesceret ciuitas: q quod
digni peterent. Vebis captis sex tribunos militum cosulari potestate in
sequens annus habuit. p. cornelios cossum & scipionem. m. ualerii maximi
iterum. c. fabium ambustum iterum. l. furium medullinum. c. seruilium
tertium. Cornelis phaliscum bellum: ualerio ac seruilio capenas sorte eue
nit. Ab his non urbes ui aut operibus tentate: sed ager est depopulatus pre
deq rerum agrestium acte: nulla felix arbor: nihil frugiferi in agro re
lictum. Ea clades capenatem populum subegit: pax petentibus data: in pha
liscis bellum restabat. Romæ interim multiplex seditio erat: cuius leni
de causa coloniam in uulscos quo tria milia ciuium romanorum scribe
rentur deducendam censuerant. Triumuiri ad id creati terna iugera &
septunces uirium diuiserant. Ea largitio spernti cepta: quia spei maioris
auertendæ solatium obiectum censebant. Cur enim relegari plebem in uul
scos: cum pulcherrima urbs uebii agerq uebientanus in conspectu sit ube
rior ampliorq romano agro: Vrbem quoq urbi romæ uel situ uel magni
ficentia publicorum priuatorumq tectorum ac locorum præponebant.
Quin illa quoq actio mouebatur: quæ post captam utiq romam a gallis ce
lebratior fuit transmigrandi uebios: duasq urbes communes rei. p. inco
li a populo .r. posse. Aduersus quæ cum optimates ita tenderent: ut mo
rituros se ciuis dicerent in conspectu populi .r. q quicq earum rerum
rogaretur. Quippe nunc in una urbe tantum dissensionis esse: quid in

i Ceterum partem plebis partem senatus distinebant habitandos uebios

duabus urbibus fore: Vietam ne uictrici quisq̃ patriae preferret: sine
ret maiorem fortunam captis esse uebis: q̃ incolumibus fuerit: Postremo
se relinqui a ciuibus in patria posse: ut relinquant patriam atq; ciues
nullam uim unq̃ subacturam. Et .r. sicinium: is enim ex tribunis pl. ro
gationes eius lator erat: conditorem uebios sequantur: relicto deo ro
mulo dei filio parente & auctore urbis romae. Haec cum sedis certami
nibus agerentur: nam & partem tribunorũ pl. patres in suam sententiã
traxerant: nulla res alia manibus temperare plebem cogebat: q̃ quod
ubi rixae committendae causa clamor ortus esset: principes senatus pri
mi turbe offerentes se peti ferriq; atq; occidi iubebant. Abhorũ aeta
tibus: dignitatibus & honoribus uiolandis dum abstinebatur: & ad reli
quos conatus similes uerecundia irae obstabat. Camillus idẽtidẽ omnib̃
locis conabatur. Haud mirum id quidem esse, furere ciuitatem quae
damnata uoti omnium rerum potiorem curam: q̃ religione se exoluẽ
di habeat. Nihil de collatione dicere stipis uerius decimae: quando ea
se quisq; priuatim obligauerit. liberatus sit populus. Enim uero illud se
tacere suam conscientiam non pati: quod ex ea tantũ preda quae rerum
mouentium sit decima designetur. Vrbis atq; agri capti. quae & ipsa uo
to contineatur mentionem nullam fieri. Cum ea disceptatio anceps se
natui uisa delegata ad pontifices esset: adhibito camillo uisum est colle
gio: quod eius quod ante conceptum uotum in potestatem populi .r. ue
nisset: eius partem decimam apollini sacram esse. Ita in extimationem
urbis agerq; uenit: pecunia excerario prompta & tribunis militum con
sularibus: ut aurum ex ea coemerent negotium datum. Cuius cum co
pia non esset: matronae cetibus ad eam rem consultandam habitis & com
muni decreto pollicite: Tribunis militum aurum & omnia ornamẽta sua
in erarium detulerunt. Grata ea res ut quae maxime senatui unq̃ fu
it: honoremq; ob eam munificentiam ferunt matronis habitum: ut pi
lento ad sacra ludosq; carpentis festo profestoq; uterentur. Pondere a sin
gulis auri accepto extimatoq; ut pecuniae soluerentur: crateram aurẽ
fieri perplacuit: quae donum apollini delphos portaretur. Simul ut a
religione animos remiserunt: integrant seditionem tribuni pl. incita
tur multitudo in omnes principes: ante alios in camillum: eum predã
uehientanam publicando sacrandoq; ad nihilum redegisse. Absentes
ferociter increpant: presentium cũ se ultro uatis offerrent uerecundiã
habent. Simul extrahi rem ex eo anno uiderunt: tribunos pl. latores

legis in annum eosdem reficiunt. Et patres hoc idem de intercessori-
bus legis annisi. Ita tribuni pl. magna ex parte iidem refecti. Comi-
tiis tribunorū militū patres summa ope eniterunt: ut .m. furius ca-
millus crearetur: propter bella simulabant parari ducem: sed largito
ni tribunitiae aduersarius querebatur. Cum camillo creati tribuni mi-
litum cōsulari potestate. l. furius medullinus sextū. c. emilius. l. uale
rius publicola. sp. postumius. p. cornelius iterum. Principio anni tribu
ni pl. nihil mouerunt: donec .m. furius camillus in phaliscos: cui id bel-
lum mandatum erat proficisceretur. Differendo deinde elanguit res:
& camillo quem aduersarium maxime metuebant gloria in phaliscis
creuit. Nam cum primo menibus se hostes tenerent: tutissimū id rati
populatione agrorum atq; incendiis uillarum coegit eos egredi urbe.
Sed timor longius progredi prohibuit. Mille fere passuum a opido ca-
stra locant. nulla re alia fidentes ea satis tuta esse: q̄ difficultate aditus
asperi confragosiq; circa: & partim arctis partim arduis uiis. Caeterum
camillus captiuum indicem ex agris secutus ducem castris multa no
cte motis prima luce aliq̄to superioribus locis se ostendit. Trifariā ro
mani muniebant. Alius exercitus prelio intentus stabat: ibi impedi
re opus conatos hostes fundit fugatq;. Tantumq; inde pauoris iniectū
est: ut effusa fuga castra sua. quae propiora erant prelati urbem peteret.
Multi cesi uulneratiq; prius q̄ pauentes portis inciderent: castra capta: p̄
da ad questores redacta cum magna militum ira: Sed seueritate impe
rii uicti eandem uirtutem & oderant & mirabantur. Obsidio inde ur
bis & munitiones & interdum per occasionem impetus opidanorū inro
manas stationes preliaq; parua fieri & teri tempus neutro inclinata spe:
cum frumentū copiaeq; aliae ex ante conuecto longius obsessis: q̄ obsiden
tibus suppeterent. Videbaturq; eque diuturnus futurus labor ac uehis
fuisset: ni fortuna imperatori romano simul & cognite rebus bellicis
uirtutis specimen maturam victoriam dedisset. Mos erat phaliscis eo
dem magistro liberorum & comite uti: simulq; plures pueri, quod ho
die quoq; in graecia manet, unius curae demandabantur. Principum li
beros sicut fere fit qui scientia indebatur precellere erudiebat. Is cū
in pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendiq; causa produce
re: nihilominus eo more per belli tempus intermisso: dū modo breuiori
bus modo longioribus spatiis trahendo eos a porta lusu sermonibusq; ua
riatis longius solito ubi res dedit progressus inter stationes eos hostium

∴ phaliscis

27.

castraq; inde romana in pretorium ad camillum perduxit. Ibi scelesto
facinori scelestiorem sermonem addit: phalerios se in manus romanis
tradidisse: quando eos pueros, quorū parentes capita ibi rerū sint, in po-
testatem dediderit. Que ubi camillus audiuit: Non ad similem inq;
tui nec populum nec imperatorem scelestus ipse cum scelesto munere ue-
nisti. Nobis cum phaliscis que pacto fit humano societas non est: quam
ingenerauit natura, utrisq; est eritq;. Sunt & belli, sicut pacis iura: iu-
steq; ea non minus q̄ fortiter didicimus gerere. Arma habemus non
aduersus eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed aduersus ar-
matos, & ipsos, qui nec lesi nec lacessiti a nobis castra romana ad uehios op-
pugnarunt. Eos tu q̄tum in te fuit nouo scelere uicisti. Ego romanis ar-
tibus, uirtute, opere, armis sicut uehios uincam. Denudatum deinde
cum manibus post tergum illigatis reducendum phalerios pueris tra-
didit: uirgasq; eis, quibus proditorem agerent in urbem uerberantes de-
dit. Ad quod spectaculum concursu populi primum facto, deinde a ma-
gistratu de re noua uocato senatu: tanta mutatio animis est insecta, ut
qui modo efferati odio iraq; uehientium exitium pene q̄ capenatiū pa-
cem mallent: apud eos pacem uniuersa posceret ciuitas. Fides romana:
iustitia imperatoris in foro & curia celebrantur: consensuq; omnium le-
gati ad camillum in castra atq; inde permissu camilli romam ad sena-
tum, qui dederet phalerios proficiscuntur. Introducti ad senatū ita lo-
cuti traduntur. Patres conscripti, victoria, cui nec deus, nec homo qsq̄
inuideat uicti a uobis & imperatore uestro, dedimus nos uobis: rati quo
nihil victori pulchrius est: melius nos sub imperio uestro: q̄ legibus nris
victuros. Euentu huius belli duo salutaria exempla prodita humano
generi sunt. Vos fidem in bello: q̄ presentem victoria maluistis: Nos fi-
de prouocati victoriam ultro detulimus. Sub ditione uestra sumus: mit-
tite: qui arma, qui obsides, qui urbem patentibus portis accipiat. Nec
uos fidei uestre: nec nos imperii uestri penitebit. Camillo & ab hostibus
& a ciuibus gratiae acte. Phaliscis in stipendium militum eius anni ut
populus r. tributo uacaret pecunia imperata: pace data exercitus ro-
mam reductus. Camillus meliore multo laude q̄ cum triumphante
albi per urbem uexerant equi insignis iustitia fideq; hostibus victis cū
in urbem redisset, tacite eius uerecundia non tulit senatus: quin sine
mora uoti liberaretur: crateramq; auream donum apollini delphos le-
gati, qui ferrent. L. ualerius. L. sergius. a. manlius missi longa una naue

28.

Volq. 9.
IX.

haud procul freto siculo a pyrrhatis lipparensium excepti deuehuntur
lipparas. Mos erat ciuitatis uelut publico latrocinio partam predam di-
uidere. Forte eo anno in summo magistratu erat timasitheus quidā ro-
manis uir similior q̃ suis: qui legatorum nomen donumq; & deū cui mit-
teretur & doni causam ueritus ipse multitudinem quoq; quæ semper fer-
me regenti est similis religionis uiste impleuit: Adductosq; in publicū ho-
spitium legatos cum presidio etiam nauium prosecutus delphos romā in-
de sospites restituit. Hospitium cum eo senatus cōsulto est factū donaq;
publice data. Eodem anno in equis uarie bellatum: adeo ut incerto
fuerit & apud ipsos exercitus & romæ uicissent uictine essent. Imperato-
res romani fuere ex tribunis militum. c. emilius. sp. postumius: Primo re-
communiter gesserunt: Fusis inde acie hostibus: emilium presidio uer-
rugnem obtinere placuit: postumium fines uastare. Ibi eum incompo-
sito agmine negligentius abre bene gesta euntem adorti. Equi terro-
re iniecto in proximos compulere tumulos: pauorq; inde uerrugnem
etiam ad presidium alterum est perlatus. Postumius suis in tutum recep-
tis cum contione aduocata terrorem increparet ac fugam: fusos esse ab
ignauissimo ac fugacissimo hoste: conclamat uniuersus exercitus: meri-
to se ea audire: & fateri admissum flagitium: sed eosdem correpturos es-
se: neq; diuturnum id gaudium hostibus fore: poscentes ut confestim in-
de ad castra hostiū duceret: quæ in conspectu erant posita in plano: ni-
hil pene recusabant: ni ea ante noctem expugnassent. Collaudatos cor-
pora curare paratosq; esse quarta uigilia iubet. Et hostes nocturnā fu-
gam ex tumulo romanorum ut ab ea uia quæ ferebat uerrugnem
excluderet fuere obuii. preliumq; ante lucem sed luna pernox erat
commissum est: & haud incertius diurno prelium fuit. Sed clamor
uerrugnem perlatus cum castra romana crederent oppugnari tantū
iniecit pauoris: ut nequicq̃ retinente atq; obsecrante emilio tusculum
palati fugerent. Inde fama romam perlata est: postumium exercitūq;
occisum. Qui ubi prima lux metū insidiarum effuse sequentibo substi-
lit: cum perequitasset aciem promissa repetens tantum iniecit ardo-
ris: ut non ultra sustinuerint impetum equi. Cædes inde fugientiū:
qualis ubi ira magis q̃ uirtute res geritur: ad perniciem hostiū facta
est: tristemq; a tusculo nuntium nequicq̃ exterrita ciuitate littere
a postumio laureatæ secuntur: uictoriam populi .r. esse: equorū exer-
29. citum deletum. Tribunorū pl. actiones quia non dū inuenerat finē:

·& plebis·
·XI·

& plebs continuare latoribus legis tribunatum & reficere intercessores
legis annisi sunt. Sed plus suis comitiis plebs ualuit. Quem dolorem ulci
patres sunt senatusconsulto facto: ut consules inuisus plebi magistratus crea
retur. Annum post quintum decimum creati consules. L. lucretius flauus
seruius sulpicius camerinus. Principio unius anni ferociter: quia nemo
ex collegio intercessurus erat: coortis ad perferendam legem tribunis pl. ñ
segnius obiciebant consulibus resistentibus omniq; ciuitate in unam eam
curam conuersa: uitelliam coloniam romanam in suo agro equi expugnant.
Colonorum pars maxima incolumis quia nocte proditione opidi captii libe
ram per auersa urbis fugam dederat, romam perfugere. L. lucretio cõsu
li ea prouincia euenit. Is cum exercitu profectus acie hostes uincit: uictorq;
romam ad matris aliq̃to certamen redit. Diies dicta erat tribunis pl. bien
nii superioris a uerginio & .q. pomponio: quos defendi patrum consensu
ad fidem senatus pertinebat: neq; enim eos aut uite ullo crimine alio aut
gesti magistratus quisq̃ arguebat: preter: q̃ quod gratificantes patribus ro
gationi tribunitie intercessissent. Vicit tamen gratiam senatus plebis ira:
& pessimo exemplo innocui denis milibus grauis eris condemnati sunt. Id
egre passi patres. Camillus palam sceleris plebem arguere: que iam in suos
uersa non intelligeret se prauo iudicio de tribunis intercessione substulis
se. Intercessione sublata: tribunitiam potestatem euertisse. Nam quod illi
sperarent effrenatam licentiam eius magistratus laturos: fallit eos. Si tribuni
tia uis tribunitio auxilio repelli nequeat: aliud relium patres inuenturos
esse: Consulesq; increpabat: quod fide publica decipi tribunos eos tacuit tulis
sent: qui senatus auctoritatem secuti essent. Hæc palam contionabundus in
dies magis augebat iras hominum. Senatum uero uocitare aduersus lege
haud desistebat: ne aliter descenderent in forum: cum dies deferende legis
uenisset: q̃ ut qui meminissent: sibi pro aris focisq; & deum templis ac solo i
quo nati essent dimicandum fore: Nam quod ad se priuatim attineat:
si sue glorie sibi inter dimicationem patrie meminisse sit fas: sibi ampla
quoq; esse urbem a se captam frequentari: quotidie se frui monumento
glorie sue: & ante oculos habere urbem latam in triumpho suo. Insistere
omnes uestigiis laudum suarum: Sed nefas ducere: desertam ac relictam
a diis immortalibus incoli urbem & in captiuo solo habitarem populum .r.
& uictrice patria uictam mutari. His adhortationibus principes concitati
patres senes iuuenesq; cum ferretur lex agmine facto in forum uenerunt:
dissipatiq; per tribus suos quisq; tribules prensantes orare cum lachrymis cepere:

patres

.: felicissimeq

ne eam patriam pro qua fortissime ipsi ac patres eorum dimicasset dese-
rerent. Capitolium .edem uestę cętera circa templa deorũ ostentantes:
ne exulem extorrem populum .r. a solo patrio ac diis penatibus in hostiũ
urbem agerent: eoq; rem adducerent: ut melius fuerit non capi uehios:
ne roma desereretur. Quia non ui agebant sed precibus: & inter preces
multa deorum mentio erat: religiosum parti maxime fuit: & legem una
plures tribus antiquari iusserunt: adeoq; ea uictoria leta patribus fuit: ut
postero die referentibus consulibus senatus cõsultum fieret: ut agri uehie-
tani septena iugera plebi diuiderentur: nec patribus familiae tantũ: sed
ut omnium in domo liberorũ capitum ratio haberetur: uellentq; in ea spe
31. liberos tollere. Eo munere delinita plebe nihil certatum est quominus
consularia comitia haberentur. Creati consules. L. ualerius potitus .m. man-
lius cui capitolino postea fuit cognomen. Hi consules magnos ludos fecere,
quos .m. furius camillus dictator uouerat uehienti bello. Eodem annos
.edes iunonis reginae ab eodem dictatore eodemq; bello uota dedicatur.
Celebratamq; dedicationem ingenti matronarũ studio tradunt. Bellũ ha-
ud memorabile in algido cum equis gestum est. Fusis hostibus prius pene
q̃ manus consereret. Valerio quod perseuerantior cedendis in fuga fuit
triumphus: manlio ut ouans ingrederetur urbem, decretũ est. Eodẽ an-
no nouum bellum cum uolsiniensibus exortum quo propter famẽ pe-
stilentiamq; in agro romano ex siccitate caloribus nimiis exorta exer-
citus duci nequiuit. Ob quae uolsinienses salpinatibus adiunctis in super-
biam elati ultro agros romanos incursauere. Bellum inde duobus populis
indictum. Iulius censor decessit: in eius locum .m. cornelius suffectus. Quae
res postea religioni fuit: quia eo lustro roma est capta. nec deinde unq̃
in demortui locum censor sufficitur. Consulibusq; morbo implicitis placu
it per interregnum renouari auspicia. Itaq; cum ex senatus cõsulto magi
stratu se abdicassent: interrex creatur .m. furius camillus: qui .p. corne-
lium scipionem: is inde .L. ualerium potitum interregem prodidit. Ab
eo creati sex tribuni militum consulari potestate: ut etiã sicui eo incõ
moda ualitudo fuisset: copia magistratuum rei .p. esset. Kl. quintilibus
magistratum occepere. L. lucretius .ser. sulpicius .m. emilius .L. furius me-
dullinus septimum: agrippa furius .c. emilius iterum. Ex his .L. lucretio
& .c. emilio uulsiniensis prouincia euenit: Salpinates agrippe: Furio & ser-
uio sulpicio. Prius cum uulsiniensibus pugnatum est. Bellum numero
hostium ingens: certamine haud sane asperum fuit. Fusa concursu primo

acies. In fuga milia octo armatorum ab equitibus interclusa positis ar-
mis in deditionem uenerunt. Eius belli fama effecit: ne se pugnae comit-
terent salpinates: menibus armati se tutabantur. Romani predas passim
& ex salpinati agro & ex uulsiniensi nullo eam uim arcente egerunt:
donec uulsiniensibus fessis bello ea conditione: ut res populo r. redde-
rent: stipendiumq; eius anni prestarent: in uiginti annos induciae da-
te. Eodem anno. m. cedicius de plebe nuntiauit tribunis: se in noua
uia ubi nunc sacellum est supra aedem uestae uocem noctis silentio au-
disse clariorem humana, quae magistratibus dici iuberet: gallos aduc-
tare: Id ut fit propter auctoris humilitatem spretum: & quod longi-
qua eoq; ignotior gens erat. Neq; deorum modo monita ingruente
fato spreta: sed humanam quoq; opem, quae una erat. m. furium ab
urbe amouere: qui die dicta a. l. apuleio tribuno pl. propter praeda
uehientanam: filio quoq; adolescente per idem tempus orbatum: cum ac-
citis domum tribulibus & clientibus, quae magna pars plebis erat percon-
tatus animos eorum, responsum tulisset: se collaturos, qui damnatus es-
set: absoluere eum non posse: in exilium abiit: precatus a diis immor-
talibus: si innocio sibi ea iniuria fieret: primo quoq; tempore deside-
rium sui ciuitati ingrate facerent: Absens .xv. milibus grauis aeris dam-
natur. Expulso ciue, quo manente si quicq; humanorum certi est, capi
roma non poterat. aduentante fatali urbi clade, legati a clusinis uenie-
unt auxilium aduersus gallos petentes. Eam gentem tradit fama dul-
cedine frugum maximeq; uini noua tum uoluptate captam alpes tra-
sisse: agrosq; ab etruscis ante cultos possedisse: & inuexisse in galliam uinum
illiciendae gentis causa. Arruntem clusinum ira corrupte uxoris a lu-
cumone: cui tutor fuerat ipse, prepotente iuuene: & a quo expeti pena
nisi externa uis quaesita esset nequiret. Hunc transeuntibus alpes duce
auctoremq; clusium oppugnandi fuisse. Equidem haud abnuerim clusium
gallos ab arrunte: seu quo alio clusino adductos: sed eos qui oppugnaue-
runt clusium non fuisse, qui primi alpes transierunt, satis constat. Duce-
tis quippe annis ante, q̃ clusium oppugnarent urbemq; romam caperent
in italiam galli transcenderunt: nec cum his primum etruscorum: sed mul-
to ante cum his, qui inter apenninum alpesq; incolebant saepe exercit̃
gallici pugnauere. Tuscorum ante romanum imperium late terra
mariq; opes patuere. Mari supero inferoq; quibus italia insulae modo
cingitur, q̃tum patuerit nomina sunt argumento: quod alterum tuscum

exercitum

Camillus exulat.

communi uocabulo gentis alterum adriaticum mare ab adria tuscorū
colonia uocauere italice gentes. Greci eadem tyrrenum atq; adriaticū
uocant. Et in utrunq; mare uergentes incoluere urbibus duodenis: terras
priuis cis apenninum ad inferum mare: postea transapenninū totidē quot
capita originis erant coloniis missis quae transpadum omnia loca excep
to uenetorum angulo qui sinum circum incolunt maris usq; ad alpes te
nuere. Alpinis quoq; ea gentibus haud dubie origo est: maxime retbus
quos loca ipsa efferarunt: ne quid ex antiquo preter sonum linguae nec
eum incorruptum retinerent. De transitu in italiam gallorum haec acce
pimus. Prisco tarquinio romae regnante celtarum quae pars gallie tertia
est penes bituriges summa imperii fuit: hi regem celtico dabant. Ambiga
tus is fuit uirtute fortunaq; cum sua tum publica prepollens: quod imperio
eius gallia adeo frugum hominumq; fertilis fuit: ut abundans multitudo
uix regi uideretur posse. Hic magno natu ipse iam exonerare pregraua
te turba regnum cupiens bellouesium ac sigouesium sororis filios impigros
iuuenes missurum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit.
Quantum ipsi uellent numerum hominum excirent: ne qua gens arcere
aduenientes posset. Tum sigoueso sortibus dati hercinii saltus: bellouesо
haud paulo letiorem in italiam uiam dii dabant. Is quod eis ex populis
abundabat: bituriges: aruernos: senones: eduos: ambarros: carnutes auler
cos excuit: profectus ingentibus peditum equitumq; copiis in tricaspinos
uenit: Alpes inde opposite erant: quas inexuperabiles uisas haud eqdem
miror: nulla dum uia quod quidem continens memoria sit: nisi de her
cule fabulis credere libet superatas. Ibi cum uelut septos montium altitudo
terreret gallos circūspectarentq; quanā per iuncta celo iuga in alium
orbem terrarum transirent: religio etiam tenuit: quod allatum est:
aduenas querentes agrum ab saluiis gente oppugnari. Massiliense
erant in naubus a phocide profecti. Id galli fortune sue omen rati ad
iuuere: ut quem primum in terram egressi occuparēt locū patentibus
siluis communirent: ipsi per taurinos saltusq; iuliōs alpes transcenderēt:
fusisq; acie tuscis haud procul ticino flumine cum in quo consederant
agrum insubrium appellari audissent cognomine insubribus pago edui
rum ibi nomen sequentes loci condidere urbem mediolanū appellārt.
A lia subinde manus germanorū etithonio duce uestigia priorū secuta
eodem saltu fauente bellouesо cum transcendisset alpes: ubi nūc brixia
ac uerona urbes sunt loca tenuere: Libui considunt: post hos saluii

at transalpinos

. Mediolanū.

. Brixia. Verona

qui prope antiquam gentem leuos ligures incolentes circa ticinū am
nem peni. deinde boii lingonesq; transgressi cum iam inter padum atq;
alpes omnia tenerent: pado ratibus traiecto non etruscos modo sed etiā
umbros agro pellunt: intra apenninum tamen se se tenuere. Tum seno
nes recentissimi aduenarum abusente flumine usq; athesim fines habue
re. Hanc gentem clusium romamq; uenisse comperio. Id parum certū
est: solam ne: an ab omnibus cisalpinorū gallorum populis adiutā. Clusi
ni nouo bello exterriti cum multitudinem tum formas hominum inu
sitatas cernerent & genus armorum: audirentq; sepe: ab his cis padū ul
traq; legiones etruscorū fusas: quanq; aduersus romanos nullum eis uis so
cietatis amicitiae ue erat: nisi quod uehientes consanguineos aduersus po
pulum .r. non defendissent: legatos romam qui auxilium a senatu pete
rent misere. De auxilio nihil impetratum: legati .m. fabii ambusti filii
missi. qui senatus populiq; .r. nomine agerent cum gallis: ne a quibus nul
lam iniuriam accepissent: socios populi .r. atq; amicos oppugnarent: roma
nis eos bello quoq; si res cogat tuendos esse. Sed melius uisum: bellum ipsū
amoueri si posset: & gallos nouam gentem pace potius cognosci: q̄ armis. Mi
tis legatio: ni per feroces legatos gallisq; magis: q̄ romanis similes habuisset.
Quibus postq̄ mandata ediderunt: in concilio gallorum datur responsū. Et
si nouum nomen audiant romanorum: tamen credere uiros fortes esse:
quorum auxilium a clusinis in re trepida sit imploratū. Et qm̄ legatione
aduersus se maluerint: q̄ armis tueri socios: ne se quidem pacem, quam illi
afferant aspernari. Si galli egentibus agro, quem latius possideant: q̄ colat
clusini partem finium concedant: aliter pacem impetrari non posse. Et re
sponsum coram romanis accipere uelle: Et si negetur ager: coram uisde ro
manis dimicaturos: ut nuntiare domum possent: q̄tum galli uirtute ce
teros mortales prestarent. Quodnā id uis esset agrum a possessoribus pe
tere: aut minari arma romanis querentibus. Et quid in etruria gallis es
set: cum illi se in armis uis ferre & omnia fortium uirorum esse ferociter
dicerent. Accensis utrinq; animis ad arma discurritur & prelium coseritur.
Ibi iam urgentibus romanā urbem fatis legati contra uis gentiū arma ca
piunt. Nec id clam esse potuit: cum ante signa etruscorū tres nobilissimi
fortissimiq; romane iuuentutis pugnarent: tantū eminebat peregrina
uirtus. Quin etiam .q. fabius euectus extra aciem equo ducem gallorum
ferociter in ipsa signa etruscorū uecursantem perlatus transfixum hasta
occidit: spoliaq; eius legentem galli agnouere: perq; totam aciē romanū

legatum esse: signum datum est. Omissa inde in clusinos ira recep
tui canunt minantes romanis. Erant qui extemplo romā eundū
censerent. Vicere seniores: ut legati prius mitterentur questū iniu
rias postulatumq: ut pro iure gentium uiolato fabii dederentur.
Legati gallorum cum ea sicut erant mandata exposuissent senatui: n
factum placebat fabiorum: & ius postulare barbari uidebantur. Sed
ne id quod placebat decerneret in tante nobilitatis uiris ambitio
obstabat. Itaq; ne penes ipsos culpa esset cladis forte gallico bello accep
te: cognitionem de postulatis gallorum ad populum reiciunt. Vbi
tanto plus gratia atq; opes ualuere: ut quorū de pena agebatur tri
buni militum cōsulari potestate in sequentem annum crearentur.
Quo facto haud secus q̄ dignum erat infensi galli bellum propalā mi
nantes ad suos redeunt. Tribuni militum cum tribus fabiis creati. q.
sulpicius longus. p. seruilius quarto. p. cornelius maluginensis. Cum
tanta moles mali instaret: adeo obcecat animos fortuna, ubi uim suā
ingruentem refringi non uult: ciuitas que aduersus fidenate ac
uebientem hostem aliosq; finitimos populos ultima experiens auxilia
dictatorem multis tempestatibus dixisset: ea tunc inusitato atq; inau
dito hoste abocceano terrarumq; ultimis oris bellum ciente: nihil
extraordinarii imperii aut auxilii quesiuit. Tribuni quorū teme
ritate bellum contractum erat summe rerum preerant: delectuq;
nihilo accuratiorem: q̄ ad media bella haberi solitus erat extenuan
tes etiam famam belli habebant. Interim galli postq̄ accepere ultro
honorem habitum uiolatoribus iuris humani elusamq; legationem
suam esse: flagrantes ira, cuius impotens est gens: confestim signis cō
uulsis citato agmine iter ingrediuntur. Ad quorum pretereuntiū
raptim tumultum cum exterrite urbes ad arma concurrerēt: fu
gaq; agrestium fieret romam se ire magno clamore significabant.
Quacunq; ibant equis uirisq; longe atq; late fuso agmine immensū
obtinentes loci. Sed antecedente fama nuntiisq; clusinorū deinceps
inde aliorum populorum plurimum terroris romā celeritas hostiū
tulit: quippe quibus uelut tumultuario exercitu raptim ducto egre
ad undecimū lapidem occursum est: qua flumen allia crustumeris
montibus prealto defluens alueo haud multum infra uiam tyberino
amni miscetur. Iam omnia contra circaq; hostium plena erant: &
nata in uanos tumultus gens truci cantu clamoribusq; uariis horre-

do cuncta compleuerat sono. Ibi tribum militum non loco castris an-
te capto: non premunito uallo, quo receptus esset: non deorum saltē
si non hominum memores: nec auspicato nec litato instruunt aciem
deductam in cornua: ne circūuenīri multitudine hostium possent: si
tamen æquari frontes poterant: cum extenuando infirmā & uix co-
herentem mediam aciem haberent. Paulum erat a dextra editi loci,
quem subsidiariis replere placuit. Eaq; res ut initium pauoris ac fuge:
sic una salus fugientibus fuit. Nam brennus regulus gallorum in pa-
ucitate hostium artem maxime timens: ratus ad id raptum superio-
rem locum: ut ubi galli cum acie legionum recta fronte concurris-
sent: subsidia in aduersos transuersosq; impetum darent: ad subsidiarios
signa conuertit. Si eos loco depulisset: haud dubius facilem in æquo
campi tantum superante multitudine victoriam fore: adeo nō for-
tuna modo, sed etiam ratio cum barbaris stabat. In altera acie nihil
simile romanis: non apud duces, non apud milites erat: pauor fugaq;
occupauerat animos: & tanta omnium obliuio: ut multo maior pars
uehios in hostium urbem cum tyberis arceret: q̄ recto itinere roma
ad coniuges ac liberos fugerent. Parumper subsidiarios tutatus est lo-
cus. In reliqua acie simul est clamor proximis a latere, ultimis a ter-
go auditus: ignotum hostem prius pene, q̄ uiderent non modo nō te-
tato certamine: sed nec clamore quidem reddito integri intactiq;
fugerent: nec ulla cædes pugnantiū fuit. Terga cæsa suo met ipsorū
certamine in turba impedientium fugam. Circa ripam tyberis quo
armis abiectis totum sinistrum cornu defugit: magna strages facta
est: multosq; imperitos nandi aut inualidos graues loricis aliisq; teg-
minibus hausere gurgites: maxima tamen pars incolumis uehios per-
fugit: unde non modo presidii quicq̄: sed ne nuntius quidem cladis
romam est missus. A dextro cornu, quod procul a flumine & magis
sub montes steterat romam omnes petiere: & ne clausis quidem por-
tis urbis in arcem confugerant. Gallos quoq; uelut obstupefactos mi-
raculum victoriæ tam repentine tenuit: & ipsi pauore defixi primū
steterunt: uelut ignari quid accidisset: Deinde insidias ueriti: postre-
mo cæsorum spolia legere: armorumq; cumulos, ut mos eis est, coacer-
uare. Tum demum postq̄ nihil usq̄ hostile cernebant: uiam ingressi ha-
ud multo ante solis occasum ad urbem romam peruenīunt. Vbi cum
pregressi equites non portas clausas: non stationem pro portis excubare

non armatos esse in muris retulissent: aliud priori simile miraculum eos
sustinuit: noctemq. uerti & ignote situm urbis inter romam atq. amnem
consedere: Exploratoribus missis circa menia aliasq. portas: quenam hostibus
in perdita re consilia essent. Romani cum pars maior ex acie uehicos petis-
set: q̃ romam: nemo superesse quenq̃ preter eos. qui romam refugerat cre-
deret: complorati omnes pariter uiui mortuiq. totam prope urbem lamen
tis impleuerunt. Priuatos deinde luctus stupefecit publicus pauor. Postq̃ nu-
tiatum est: hostes adesse: mox ululatus cantusq. dissonos uagantibus circa
menia turmatim barbaris audiebant. Omne inde tempus suspensos ita te
nuit animos usq. ad lucem alteram: ut identidem iam in urbem futuris
uideretur impetus primo aduentu quo accesserant ad urbem. Mansuros
enim ad alliam fuisse: nisi hoc consilio foret. Deinde suboccasu solis quia
haud multum diei supererat ante noctem rati se inuasuros: tum in nocte
dilatum consilium esse: quo plus pauoris inferrent. Postremo lux appropiquans
exanimare timoriq. perpetuo ipsum malum continens fuit: cum signa
infesta portis sunt illata: nequaq̃ tamen ea nocte neq. insequenti die simi
lis illi: quae ad alliam tam pauide fugerant ciuitas. Nam cum defendi ur-
bem posse tam parua relicta manu spes nulla esset: placuit cum coniugibus
ac liberis iuuentutem militarem senatusq. robur in arcem capitoliumq. co
scendere: armisq. & frumento collatis ex loco inde munito deos homiesq.
& romanum nomen defendere. Flaminem sacerdotesq. uestales sacra pu
blica a cede ab incendiis procul auferre: nec ante deseri cultu eorum q̃ no
superessent: qui colerent. Si arx capitoliumq. sedes deorum: si senatus ca
put publici consilii: si militaris iuuentus superfuerit imminenti ruine ur-
bis: facilem iacturam esse seniorum. Relicte in urbe utiq. periture turbe:
Et quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret: senes triumphales co-
sularesq. simul se cum illis palam dicere obituros: nec his corporibus qui
bus non arma ferre: non tueri patriam possent oneraturos inopia arma
torum. Hæc inter semores morti destinatos iactata solatia. Verse inde
adhortationes ad agmen iuuenum: quos in capitolium atq. arcem prose
quebantur commendantes uirtuti eorum iuuentecq. urbis per CCCLX.an
nos omnibus bellis victricis quecunq. reliquisset fortuna. Digredientibus
qui spem omnes atq. opem secum ferebant: abbis qui capte urbis non su
peresse statuerant excitio: cum ipsa res speciesq. miserabilis erat: tum mu
liebris fletus & concursatio incerta nunc hos nunc illos sequentiu rogi
tantiumq. uiros natosq. cui se fato darent: Nihil quod humanis supesset

malis relinquebant: Magna pars tamen eorum in arcem suos persecute
sunt nec prohibente ullo nec uocante: quia quod utile obsessis ad minuen-
dam imbellem multitudinē id parū humanum erat. Alia maxime plebis
turba quam nec capere tam exiguus collis nec alere in tanta inopia fru
menti poterat ex urbe effusa uelut agmine iam uno ianiculum petiit.
Inde pars per agros dilapsi: pars urbes petunt finitimas sine ullo duce
aut consensu: suam quisq; spem sua consilia communibus deploratis exe
quentes. Flamen interim quirinalis uirgines q; uestales omissa rerū sua
rum cura quae sacrorum secum ferenda: quae quia uices ad omnia ferē-
da deerant relinquenda essent consultantes: quisue ea locus fideli asser-
uaturus custodia esset: optimum ducunt condita in doliolis sacello pro
ximo aedibus flaminis quirinalis ubi non despui religio est defodere. Ce
terī inter se onere partito feruntur uia quae sublicio ponte ducit ad ia
niculum. In eo cluo eas cum L. albinius de plebe romana homo conspexis
set: plaustro coniugem ac liberos habens inter ceteram turbam quae inu
tilis bello urbe excedebat: saluo etiam tum discrimine diuinarū huma
narumq; rerum irreligiosum ratus sacerdotes publicas sacraq; populi R.
pedibus ire ferriq; se ac suos uehiculo conspici: descendere uxorem ac pue
ros iussit: uirgines sacraq; in plaustrum imposuit: & cere quo iter sacerdo
tibus erat peruexit. Romae interim satis iam omnibus ut in tali re ad
tuendam arcem compositis turba seniorum domos regressa aduentū hosti
um obstinato ad mortem animo expectabat. Qui eorum curules gesserāt
magistratus ut in fortunae pristinae honorumq; aut uirtutis insignibus mo
rerentur: quae augustissima uestis est thensas ducentibus triumphantib;
ue: ea uestiti medio aedium curulibus sellis sedere. Sunt qui M. fabio pō-
tifice maximo prefante carmen deuouisse eos se pro patria quiritibusq;
tradant. Galli & quia interposita nocte a contentione pugne remiserāt
animos & quod nec in acie ancipiti usq; certauerant prelio: nec tū impetu
aut ui capiebant urbem: sine ira sine ardore animorum ingressi postero
die urbem patente collina porta in forum perueniunt. Circūferentes
oculos ad templa deum arcemq; totā solam belli speciem tenentem: Inde
modico relicto presidio ne quis in dissipatos ex arce aut capitolio impetus
fieret: dilapsi ad predam uacuis occursu hominum uias: pars in proxima
queq; tectorum agmine ruunt: pars ultima uelut ea demum intacta &
refercta preda petunt. Inde rursus ipsa solitudine absterriti ne qua fra
us hostilis uagos exciperet in forum ac propinqua foro loca cōglobati redi-

bant. Vbi eos plebis ædificiis obseratis patentibus atriis principum maior
prope cunctatio tenebat aperta, q̃ clausa inuadendi: adeo haud secus q̃
uenerabundi intuebantur in ædium uestibulis sedentes uiros preter or-
natum habitumq; humano augustiorem: maiestatem etiam quam uul-
tus grauitasq; oris prese ferebat: simillimos diis. Ad eos uelut ad simula-
chra uersi cum starent. M. papirius unus ex his dicitur gallo barbam
suam ut cum omnibus promissa erat permulcenti scipione eburneo
in caput incusso iram mouisse: atq; ab eo initium cædis ortum: cæte-
ros in sedibus suis trucidatos. Post principum cædem nulli deinde
mortalium parci: diripi tecta: exhaustis iniici ignes. Cæterum seu no
omnibus delendi urbem libido erat: seu ita placuerat principibus gal-
lorum & ostentari quædam incendia terroris causa: si compelli ad de-
ditionem caritate sedium suarum obsessi possent: & non omnia cõcre-
mari tecta: ut quodcunq; superesset urbis: id pignus ad flectendos ho-
stium animos haberent: nequaq̃ perinde atq; in capta urbe prima
die aut passim aut late uagatus est ignis. Romani ex arce plenã ho-
stium urbem cernentes uagosq; per uias omnes cursus cum alia atq;
alia parte noua aliqua clades oriretur: non mentibus solum concipere:
sed ne auribus quidem atq; oculis satis constare poterant. Quocunq;
clamor hostium & mulierum puerorũq; ploratus & fragor ruentiũ
tectorum auertisset: pauentes ad omnia animos oraq; & oculos flecte-
bant: Velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ: nec ul-
lius rerum suarum relicti preter q̃ corporum uindices: tanto ante a-
lios miserandi magis: q̃ unq̃ obsessi sunt: quod interclusi a patria obside-
bantur omnia sua cernentes in hostium potestate. Nec tranquillior
nox diem tam fede actum excepit: lux deinde noctem inquietã
insecuta est: nec ullum erat tempus quod a noue semper cladis alicu-
ius spectaculo cessaret: Nihil tamen tot onerati atq; obruti malis fle-
xerunt animos: quin & si omnia flammis ac ruinis æquata uidissent:
q̃uis inopem paruumq; quem tenebant collem libertati relictum uir-
tute defenderent. Et iam cum eadem quotidie acciderent: uelut as-
sueti malis abalienauerant ab sensu rerum suarum animos: arma tan-
tum ferrumq; in dextris uelut solis reliquias spei suæ intuentes. Galli
quoq; per aliquot dies in tecta modo urbis nequicq̃ bello gesto cũ iter
incendia ac ruinas capte urbis nequicq̃ bello gesto nihil superesse pre-
ter armatos hostes uiderent: nequicq̃ tot cladibus territos: nec flexuros

ad deditionem animos ni uis adhiberetur: experiri ultima & impe
tum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato multitudo om
nis in foro instruitur. Inde clamore sublato ac testudine facta subeunt.
A diuersis quos romani nihil temere nec trepide ad omnes aditus statio
nibus firmatis qua signa ferri uidebant, ea robore uirorum opposito
scandere hostem sinunt: quo successerunt magis in arduum eo pelli
posse per proclive facilius rati. Medio fere cliuo restitere. Atq; inde
ex loco superiore qui prope sua sponte in hostem inferebat impetu
facto strage ac ruina fudere gallos: ut nunq; postea nec pars nec uni
uersi tentauerint tale pugnae genus. Omissa itaq; spe pecuniae atq; ar
ma subeundi obsidionem parant: cuius ad id tempus immemores &
quod in urbe fuerat frumentum incendiis urbis absumpserant: & ex
agris per ipsos dies raptum omne uebios erat. Igitur exercitu diuiso par
tim per finitimos populos predari placuit: partim obsideri arcem: ut
obsidentibus frumentum populatores agrorum preberent. Proficiscen
tes gallos ab urbe ad romanam experiendam uirtutem fortuna ipsa ar
deam, ubi camillus exulabat duxit: qui mestior ibi fortuna publica q;
sua, cum diis hominibusq; accusandis senescere: indignando mirandoq;
ubi illi uiri essent qui secum uebios phaleriosq; cepissent: qui alia bella
fortius semper: q; felicius gessissent: repente audit gallorum exercitu
aduentare: atq; de eo pauidos ardeates consultare. Nec secus q; diuino
spiritu tactus cum se in mediam contionem intulisset: abstinere assue
tus ante talibus conciliis: Ardeates inquit ueteres amici nouiq; ciues
mei: quando & uestrum beneficium ita tulit & fortuna hoc egit mea.
Nemo uestrum conditionis meae oblitum me huc processisse putet: Sed
res ac periculum commune cogit: quod quisq; possit in re trepida presi
dii in medium conferre. Et quando uobis pro tantis uestris in me meritis
gratiam referam: si nunc cessauero? Aut ubi usus erit mei uobis: si in bel
lo non fuerit? Hac arte in patria steti: & inuictus bello, pace ab ingra
tis ciuibus pulsus sum. Vobis autem ardeates fortuna oblata est: & pro tantis
prolatis populi r. beneficiis: q; ta ipsi meministis: nec enim exprobranda
apud memores sunt: gratiae referendae: & huic urbi decus ingens belli ex
communi hoste pariendi, qui effuso agmine aduentat. Genus est cui na
tura corpora animosq; magna magis: q; firma dederit. Eo in certamen
omne plus terroris, q; uirium ferunt. Argumento sit clades romana: pa
tentem cepere urbem: ex arce capitolioq; his exigua resistitur manu.

Iam obsidionis tedio uicti abscedunt uagique per agros palantur cibo uinoq
raptim hausto repleti ubi nox appetit prope riuos aquarum sine muni
mento sine stationibus ac custodiis passim ferarum ritu sternuntur nuc
a secundis rebus magis etiam solito incauti. Si uobis animo est tueri me
nia uestra nec pati hec omnia galliam fieri: prima uigilia capite arma.
frequentes me sequimini ad cedem non ad pugnam: nisi uictos somno
uelut pecudes trucidandos tradidero: non recuso eundem ardee rerum
mearum exitum quem romae habui. Equis iniquisq persuasum erat ta
tum bello uirum neminem unq ea tempestate esse. Contione dimissa cor
pora curant intenti q mox signum daretur. Quo dato primo silentio no
ctis ad portas cum camillo presto fuere. Egressi haud procul urbe sicut
predictum erat castra gallorum intuta neglectaq ab omni parte nacti
cum ingenti clamore inuadunt: nusq prelium in omnibus locis cedes e.
Nuda corpora & soluta somno trucidantur. Extremos tamen pauor e cubi
libus suis excitosq aut unde uis esset ignaros in fugam & quosdam in ho
stem ipsum improuidos tulit. Magna pars in antiatem agrum delati icur
sione ab opidanis in palatos facta circuuenuntur. Similis in agro uebie
ti tuscorum facta strages est: qui urbis iam prope quadringentesimum
annum uicine oppresse ab hoste inusitato inauditoq adeo nihil miser
ti sunt: ut in agrum romanum eo tempore incursiones facerent: pleniq
prede uebios etiam presidiumq & spem ultimam romani nominis in ani
mo habuerint oppugnare. Viderant eos milites romani uagantes per
agros: & congregato agmine prædam pre se agentes e castris cernebat
haud procul uebiis posita. Inde primum miseratio sui: deinde indignatio
atq ex ea ira animos cepit: Etruscis etiam a quibus bellum gallicum in se
auertissent: ludibrio esse clades suas: uix temperauere animis quin ex
templo impetum facerent: compressiq a ceditio centurione quem sibi
ipsi præfecerant: rem in noctem sustinuere. Tantisper camillus defuit au
ctor: cætera eodem ordine eodemq fortune euentu gesta: quin etiam du
cibus captiuis qui cedi nocturne superfuerant ad aliam manu tuscorum
ad salinas profecti noctem insequentem ex improuiso maiorem cede
edidere: dupliciq uictoria ouantes uebios redeunt. Romae interim
plerunq obsidio segnis & utrinq silentium esse: ad id tantum intentis
gallis: ne quis hostium euadere inter stationes posset: cum repente iu
uenis romanus admiratione in se ciues hostesq conuertit. Sacrificium
erat statutum in quirinali colle genti fabiæ. Ad id faciendum dorso ga

binio cinctus sacra manibus gerens cum de capitolio descendisset: per me
dias hostium stationes egressus nihil ad uocem cuiusq; terroremue motus
in quirinalem collem peruenit: ibiq; omnibus solemniter peractis eadem
reuertens similiter constanti uultu graduq; satis sperans propitios esse deos:
quorum cultum ne mortis quidem metu prohibitus deseruisset: in capito
lium ad suos redit: seu attonitis gallis miraculo audaciae: seu religione et
motus cuius haud quaq; negligens gens est. Vebis interim non animi tan
tum in dies sed etiam uires crescebant: nec romanis solum eo conuenien
tibus ex agris qui aut prelio aduerso aut clade capte urbis palati fuerant:
sed etiam ex latio uoluntaris confluentibus: ut in parte predae essent.
Maturum iam uidebatur repeti patriam eripiq; ex hostium manibus: Sed
corpori ualido caput deerat. Locus ipse admonebat camilli & magna
pars militum erat qui ductu auspicioq; eius res prospere gesserant. Et ce
ditius negare se commissurum: cur sibi aut deorum aut hominum qsq;
imperium finiret potius: q; ipse memor ordinis sui posceret imperatorem.
Consensu omnium placuit ab ardea camillum acciri: Sed antea consulto se
natu qui rome esset: adeo regebat omnia pudor: discriminaq; rerum pro
pe perditis rebus seruabant. Ingenti periculo transeundum per hostium
custodias erat. Ad eam rem pontius cominus impiger iuuenis operam pol
licitus incubans cortici secundo tyberi ad urbem defertur. Inde qua pro
ximum fuit a ripa per preruptum eoq; neglectum hostice custodiae saxum
in capitolium euadit: & ad magistratum ductus mandata exercitus edit:
accepto inde hoc: ut e comitiis curiatis reuocatus de exilio iussu populi
camillus dictator extemplo diceretur: militesq; haberent imperatorem,
quem uellent. Eadem digressus nuntius uebios contendit: missiq; ardeam
legati ad camillum uebios eum perduxere: seu quod magis credere libet:
non prius profectum ab ardea: q; comperit legem latam: quod nec inius
su populi mutari finibus posset: nec nisi dictator ductus auspicia in exer
citu habere: lex curiata lata est dictatorq; absens dictus. Dum hec ue
bis agebantur: interim arx romae capitoliumq; in ingenti periculo fuit.
Nanq; galli seu uestigio notato humano qua nuntius a uebis uenerat: seu
sua sponte animaduerso ad carmentis saxum ascensu aequo nocte sublustri
cum primo inermem qui tentaret uiam iam premisissent: tradentes in
de arma ubi quid iniqui esset: alterni innixi subleuantesq; inuicem & tra
hentes alii alios prout postularet locus tanto silentio in summum euasere:
ut non custodes solum fallerent: sed ne canes quidem solicitum animal

47.

ad nocturnos strepitus excitarent: Anseres non fefellere: quibus sacris
iunoni in summa inopia cibi tamen abstinebatur: que res saluti fuit.
Nanq; clangore eorū alarumq; crepitu excitus m. manliius: qui triennio
ante consul fuerat: uir bello egregius: armis arreptis simul ad arma ce-
teros ciens uadit: & dum ceteri trepidant: gallū iam qui in summo cō
stiterat umbone ictum deturbat. Cuius casus prolapsi cum proximos ster-
neret: trepidantes alios armisq; omissis saxa quibus adherebat manib;
amplexos trucidat. Iamq; & alii congregati telis missilibus saxis protur-
bare hostes: ruinaq; tota prolapsa acies in preceps deferri. Sedato dein
de tumultu reliquum noctis q̄tum in turbatis mentibus poterat cū
preteritum quoq; periculum solicitaret quieti datum est. Luce orta
uocatis classico ad concilium militibus ad tribunos cum & recte & per
peram facto pretium deberetur: manliius primū ob uirtutem laudatus
donatusq; non a tribunis solum militum: sed consensu etiā militari. Cui
uniuersi selibras farris & quartarios uini ad edes eius que in arce erat
contulerunt: Rem dictu paruam: ceterū inopia fecerat eam argume-
tum ingens caritatis: cum se quisq; uictu suo fraudans detractū corpo
ri atq; usibus necessarium ad honorē uniius uiri conferret. Tum uigiles
eius loci qua fefellerat ascendens hostis citati, & cum in omnes more
militari se animadversurum. p. sulpicius tribunus militū pronuntias
set: consentiente clamore militū in unum uigilem concientiū culpā
deterritus a ceteris abstinuit. Reum haud dubium eius noxe appro
bantibus cunctis de saxo deiecit. Inde intentiores utrunq; custodie es
se: Et apud gallos quia uulgatum erat inter uebios romamq; nuntios
commeare: Et apud romanos ob nocturni periculi memoriam. Sed ante
omnia obsidionis belliq; mala fames utrunq; exercitum urgebat. Gal
los pestilentia etiā cum loco iacente inter tumulos castra habentes tū
ab incendiis torrido & uaporis pleno cineremq; non puluerem modo
ferente: cum quid uenti natum esset: quorū intolerantissima genis hu
mori atq; frigori assueta: cum æstu & angore uexata uulgatis uelut
in pecua morbis moreretur. Iam pigritia singulos sepelliendi promi
scue aceruatos cumulos hominū urebant: bustorumq; inde galli suorum no
mine insignem locum fecere. Induciae deinde cum romanis facte &
colloquia permissu imperatorū habita. In quibus cum idetidem gal
li famem obiicerent eaq; necessitate ad deditionē uocaret: dicitur auer-
tende eius opinionis causa multis locis panis de capitolio iactatus esse

in hostium stationes. Sed iam neq. dissimulari neq. ferri ultra fames
poterat. Itaq. dum dictator delectum per se ardee habet, magistru
equitum. L. ualeriu a uebiis abducere exercitu iubet: parat instruitq.
quibus haud impar adoriatur hostes. Interi capitolinus exercitus sta-
tionibus uigiliis fessus: superatis tamen humanis omnibus malis cu fa-
mem unam natura uinci non sineret, diem de die prospectans ec qd
auxilium a dictatore appareret: postremo spe quoq. iam non solum
cibo deficiente: & cu stationes procederent prope obruentibus infir-
mum corpus armis uel dedi uel redimi se quacunq. pactione posset
iussit: iactantibus non obscure gallis haud magna magna mercede
se adduci posse: ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus: tri-
bunusq. militu negotiu datum: ut paciscerentur. Inde inter p. sulpici
um tribunu militum & brennu regulum gallorum colloquio trasacta
res est. Et mille pondo auri pretiu populi gentibus mox imperatu-
ri factum. Rei fedissime per se adiecta indignitas est: Pondera a gal-
lis allata iniqua: & tribuno recusante additus ab insolenti gallo pon-
deri gladius: auditaq. intoleranda romanis uox: Ve uictis esse. Sed
dii quoq. & homines prohibuere redemptos uiuere romanos. Na for-
te quadam priusq. infanda merces perficeretur per altercatione no
dum omni auro appenso dictator interuenit: auferriq. aru de
medio & gallos submoueri iubet. Cum illi renitentes pactos diceret
se se: negat eam pactionem ratam esse: que postq. ipse dictator crea-
tus esset, iniussu suo ab inferioris iuris magistratu facta esset: denun-
tiatq. gallis: ut se ad prelium expediant: & suos in aceruum conicere
sarcinas & arma aptare ferroq. non auro recuperare patria iubet: in
cospectu habentes fana deum & coniuges & liberos & solum patrie de-
forme belli malis: & omnia que defendi repetiq. & ulcisci fas est. Instru-
it deinde aciem, ut loci natura patiebatur in semirute solo urbis & na-
tura inaequali: Et omnia que arte belli secunda suis eligi preparariue
poterant prouidit. Galli noua re trepidi arma capiunt: iraq. magis
q. consilio in romanos incurrunt. Iam uerterat fortuna: iam deoru
opes humanaq. consilia rem romanam adiuuabant. Igitur primo co
cursu haud maiore momento fusi galli sunt: q. ad alliam uicerat. Iusto
re deinde adiecto prelio ad octauum lapide gabinia uia quo se ex fu-
ga contulerant eiusdem ductu auspicioq. camilli uincuntur. Ibi cedes
omnia obtinuit: castra capiuntur: & ne nuntius quidem cladis relictus.

Dictator recuperata ex hostibus patria triumphans in urbem redit: interq
iocos militares quos inconditos iaciunt Romulus ac parens patrie condi
torq alter urbis haud uanis laudibus appellabatur. Seruatam deinde bel
lo patriam iterum in pace haud dubie seruauit: cum prohibuit migra
ri uehios. Et tribunis rem intentius gerentibus post incensam urbē & p
se inclinata magis plebe ad id consilium: eaq causa fuit non abdicande
post triumphum dictature: senatu obsecrante ne rem.p. in uncerto relin
queret statu. Omnium primum ut erat diligentissimus religionum cul
tor: que ad deos immortales pertinebant retulit: & senatum consultum
fecit: fana omnia quod ea hostes possedissent restituerentur: terminare
tur: expiarenturq: Expiatioq eorum in libris per duumuiros quereret.
Cum ceretibus hospitium publice fieret: quod sacra populi.r. sacerdotes re
cepissent: beneficioq eius populi intermissus honos deum immortalium
esset: Ludi capitolini fierent: quod iupiter optimus maximus suam se
dem atq arcem populi.r. in re trepida tutatus esset: collegiumq ad eam
rem.m. furius dictator constitueret: ex his qui in capitolio atq arce ha
bitarēt: Expiande etiam uocis nocturne: que nuntia cladis ante bellū
gallicum audita neglectaq esset mentio illata: Iussumq templum in no
ua uia allocutio fieri. Aurum quod gallis ereptum erat quod ex aliis
templis inter trepidationem in iouis cellam collatum: cum in que refer
ri oporteret confusa memoria esset: sacrum omne iudicatum: & sub iouis
sella poni iussum. Iam ante in eo religio ciuitatis apparuerat: quod cum
inde publico deesset aurum: ex quo summa pacte mercedis gallis cōfie
ret: a matronis collatum acceperant: ut sacro auro abstineretur. Matro
nis gratie acte: honosq additus: ut earum sicut uirorum post mortem
solemnis laudatio esset. His peractis que ad deos pertinebant: queq per
senatum agi poterant: tum demum agitantibus tribunis ad plebem as
siduis contionibus: ut relictis ruinis in urbem paratam uehios transmi
grarent: in contionem uniuerso senatu prosequente ascendit atq ita uer
ba fecit. A deo mihi acerbe sunt quirites contentiones cum tribunis pl.
ut nec tristissimi exilii solatium aliud habuerim quoad ardee uixi: q̄
quod procul ab his certaminibus eram: Et ob eadem hec non si me senat
populiq iussu reuocaretis redituru unq̄ fuerim: nec nunc me ut redire
mea uoluntas mutata: sed uestra fortuna perpulit: Quippe ut in sua sede
maneret patria id agebatur: non ut ego utiq in patria essem. Et nūc qe
scerem ac tacerem libenter: nisi hec quoq pro patria dimicatio esset: cui

51.

deesse quoad uita suppetat: aliis turpe: camillo etiam nefas est. Quid enim
repetimus? quid obsessam ex hostium manibus eripuimus: si recuperatam
ipsi deserimus? Et cum victoribus gallis capta tota urbe: capitoliū tamen
atq. arcem dii & homines romani tenuerint: habitauerint: recuperata arx
quoq. & capitolium deseretur? Et plus uastitatis huic urbi secunda nostra
fortuna faciet: q̃ aduersa fecit. Equidem si nobiscū in urbe simul posite
traditeq. per manus religiones nullae essent: tam euidens numen hac tēpe-
state rebus affuit romanis: ut omnem negligentiam diuini cultus exemp-
tam hominibus putem. Intuemini enim horum deinceps annorū uel se-
cundas res uel aduersas: inuenietis omnia prospera euenisse sequentib⁹ deos:
aduersa spernentibus. Nam omnium primum uehiens bellum per quot
annos q̃to labore gestum non ante cepit finem: q̃ monitu deorum aqua
ex lacu albano emissa est. Quid hec tandem urbis nostre clades noua nun
ante exorta est: q̃ spreta uox celo emissa de aduentu gallorum? q̃ gentiū
uis a legatis nostris uiolatum? q̃ a nobis cum uindicari deberet eadem ne-
gligentia deorum pretermissum? Igitur uicti captiq. ac redempti tantū
penarum dis hominibusq. dedimus: ut terrarum orbi documento essem⁹.
Aduerse deinde res admonuerunt religionum: confugimus in capitoliū
ad deos: ad sedem iouis optimi maximi. Sacra in ruina rerum nostrarū
alia terre celauimus: alia uecta in finitimas urbes amouimus ab hostiū
oculis: deorum cultum deserti ab dis hominibusq. tamen non intermisi-
mus. Reddidere igitur patriā & victoriam & antiquum belli decus amis-
sum. Et in hostes qui ceci auaritia in pondere auri fedus ac fidem fefel-
lerunt: uerterunt terrorem fugamq. & cedem. Hec culti neglectiq. nu-
minis tanta monumenta in rebus humanis cernentes: ecquid sentitis quir⁹
q̃tum uix dum naufragis prioris culpe cladisq. emergentes paremus ne-
fas? Vrbem auspicato inauguratoq. conditam habemus: nullus locus in
ea non religionum deorumq. est plenus. Sacrificis solemnibus non dies
magis rati: q̃ loca sunt in quibus fiant. Hos omnes deos publicos priua-
tosq. quirites deserturi estis? Quā par uestrum factum est: quod in obsi-
dione nuper in egregio adolescente c. fabio non minore hostium admi-
ratione: q̃ uestra conspectum est? cum inter gallica tela digressus ex ar-
ce solemne fabie genti in colle quirinali obiit. An gentilitia sacra ne
in bello quidem intermitti: publica sacra & romanos deos etiam in pace
deseri placet? Et pontifices flamines q. negligentiores publicarum re-
ligionum esse: q̃ priuatus in solemni gentis fuerit? Forsitan aliqs dicat:

aut uehiis ea nos facturos: aut huc inde missuros sacerdotes nostros.
qui faciant: quorum neutrum fieri saluis cerimoniis potest. Et ne om-
nia generatim sacra omnesq; percenseam deos: in iouis epulo nun ali-
bi: q̃ in capitolio puluinar suscipi potest? Quid de aeternis uestae igni-
bus signoq; quod imperii pignus custodia eius templi tenetur loquar?
Quid de ancilibus uestris mars gradiue tuq; quirine pater? Haec omia
in profano deseri placet? sacra aequalia urbi: quedam uetustiora ori-
gine urbis? Et uidete quid inter nos & maiores intersit. Illi sacra q̃
dam in monte albano lauinioq; nobis facienda tradiderunt: An ex
hostium urbibus romam ad nos transferri sacra religiosum fuit: hinc
sine piaculo in hostium urbem uehios transferemus? Recordamini
agite dum quotiens sacra instaurentur: quia aliquid expatrio ritu ne-
gligentia casuue pretermissum est. Modo que res post prodigiu alba
ni lacus: nisi instauratio sacrorum auspiciorumq; renouatio affecte ue-
bienti bello rei.p. remedium fuit? At etiam tanq̃ ueterũ religionũ
memores: & peregrinos deos transtulimus romam & instituimus nouos.
Iuno regina transuecta a uehiis nuper in auentino q̃ insigni ob excelles
matronarum studium celebriq; dedicata est die? Allocutio templum
propter celestem uocem exauditam in noua uia iussimus fieri. Capito
linos ludos solemnibus aliis addidimus: collegiumq; ad id nouum au
ctore senatu condidimus. Quid horum opus fuit suscipi: si una cum
gallis urbem romanam relicturi fuimus? si non uoluntate mansimus
in capitolio per tot menses obsidionis? si ab hostibus metu retenti fui
mus? De sacris loquimur & de templis: quid tandem de sacerdotibus,
non ne in mentem uenit q̃tum piaculi committatur? Vestalibus nepe
una illa sedes est: ex qua nihil unq̃ preter q̃ urbis capta mouit. Flami
ni diali noctem unam manere extra urbem nefas est. Hoc uehientes p
romanis facturi estis? Sacerdotes & uestales tuae te deserent uesta? &
flamen peregre habitando in singulas noctes tantum sibi reiq. p. piacu
li contrahet? Quid alia, quae auspicato agimus, omnia fere intra po
merium: cui obliuioni aut cui negligentiae damus? Comitia curiata
quae rem militarem continent: comitia centuriata, quibus consules
tribunosq; militares creatis, ubi auspicato; nisi ubi assolent fieri possit?
Vehios ne haec transferemus? An comitiorum causa populus tanto inco
modo in desertam hanc a diis hominibusq; urbem conueniet? Sed res
ipsa cogit uastam incendiis ruinisq; relinquere urbem & ad integra oia

uebios migrare: nec hic ædificando inopem plebem uexare. Hanc at
iactari magis causam: q̃ ueram esse ut ego non dicam apparere uobis
quir: puto: qui meministis ante gallorum aduentum saluis tectis pu
blicis priuatisq. stante incolumi urbe hanc eandem rem actam esse: ut
uebios transmigraremus. Et uidete q̃tum inter meam sententiã ue
stramq. intersit tribuni. Vos etiam si tunc faciendum non fuerit: nc
utiq. faciendum putatis. Ego contra: nec id mirati sitis prius, q̃ qua
le sit audieritis: etiam si tum migrandum fuisset incolumi tota urbe
nunc has ruinas relinquendas non censerem. Quippe tum causa no
bis in urbem captam migrandi victoria esset gloriosa nobis ac poste
ris nostris: nunc hæc migratio nobis misera ac turpis, gallis gloriosa ẽ.
Non enim reliquisse victores: sed amisisse uicti patriam uidebimur. Hoc
ad alliam fuga: hoc capta urbs: hoc circũsessum capitolium necessitatis
imposuisse: ut desereremus penates nostros exiliumq. ac fugam nobis
ex eo loco consciscemus, quem tueri non possemus. Et galli euertere
potuerunt romam, quam romani restituere non uidebuntur potuisse.
Quid restat, nisi ut si iam nouis copiis ueniant: constat enim uix credi
bilem multitudinem esse & habitare in capta, abse deserta a nobis ur
be uelint sinatis? Quid si non galli hoc, sed ueteres hostes nostri equi
uulsciue faciant: ut commigrent romam? Velitis ne illos romanos, uos
uebientes esse? An malitis hanc solitudinem uestram, q̃ urbem hostiũ
esse? non equidem uideo, quid magis nefas sit. Hæc scelera quia piget
ædificare, hæc dedecora pati parati estis? Si tota urbe nullum melius
ampliusue tectum fieri possit: q̃ casa illa conditoris est nostri: non in ca
sis ritu pastorum agrestiumq. habitare est satius inter sacra penatesq.
nostros: q̃ exculatum publice ire? Maiores nostri conuenæ pastoresq. cũ
in his locis nihil preter siluas paludesq. esset, nouam urbem tam breui
ædificarunt: nos capitolio arce incolumi stantibus templis deorũ ædi
ficare incensa piget? Et quod singuli facturi fuimus, si ædes nostræ cõ
flagrassent: hoc in publico incendio uniuersi recusamus facere. Quid
tandem si fraude, si casu uebis incendium ortum sit: uentoq. ut fieri
potest diffusa flamma magnam partem urbis absumat: fidenas inde
aut gabios aliamue quã urbem quæsituri sumus, quo transmigremus?
Adeo nihil tenet solum patriæ? nec hæc terra, quam matrem appellam?
sed in superficie tignisq. caritas nobis patriæ pendet? Equidem fatebor
uobis & si minus iniuriæ uestræ: q̃ meæ calamitatis meminisse iuuat: cũ

abessem. quotiensciunq. patria in mentem ueniret. hec omnia occurrebant: colles campiq. & tyberis & assueta oculis regio: & hoc celum sub quo natus educatusq. essem. Que uos quir. nunc moueant potius caritate sua ut maneatis in sede uestra: q̃ postea cum relinqueretis ea maneant in desiderio. Non sine causa dii hominesq. hunc urbi condendae locum elegerunt: Saluberrimos colles: flumen oportunum. quo ex mediterraneis locis fruges deuehuntur: quo maritimi commeatus accipiantur. Mare uicinum ad commoditates: nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum: Regionum italiae medium ad incrementum urbis natum unice locum: argumento est ipsa magnitudo tã noue urbis. Trecentesimus sexagesimus quintus annus urbis quir. agitur: Inter tot ueterrimos populos tam diu bella geritis: cum interea ne singulas loquar urbes non coniuncti cum equis uulsci: tot tam ualida opida: non uniuersa etruria tantum mari terraq. pollens atq. inter duo maria latitudinem obtinens italiae: bello uobis par est. Quod cum ita sit: quae malum expertis ratio est alia experiri: cum iam ut uirtus uestra transire alio possit: fortuna certe loci huius transferri non possit. Hic capitolium est: ubi quondam capite humano inuento responsum est: eo loco caput rerum summamq. imperii fore: Hic cum augurato libaretur capitolium iuuentas terminusq. maxime gaudio patrum uestrorũ moueri se nõ passi. Hic uestae ignes: hic ancilia celo demissa: hic omnes manentibus uobis propitii dii. Mouisse eos camillus cum alia oratione: tum ea que ad religionem pertinebat maxime dicitur. Sed rem dubiam decreuit uox oportune emissa: quod cum senatus post paulo de his rebus in curia hostilia haberetur: cohortesq. ex praesidiis reuertentes forte agmine forum transirent: centurio in comitio exclamauit: Signifer statue signum: hic manebimus optime. Qua uoce audita & senatus accipere se omen ex curia egressus cõclamauit: & plebs circumfusa approbauit. Antiquata deinde lege: promiscue urbs aedificari cepta. Tegula publice prebita ẽ. Saxi materieq. caedendae unde quisq. uellet uis factum: predibus acceptis eo anno aedificia perfecturis. Festinatio curam exemit uictos uices dirigenti: dum omisso sui alieniq. discrimine in uacuo aedificat. Ea est causa: ut ueteres cloacae primo per publicum ductae nunc priuata passim subeant tecta: formaq. urbis sit sic occupate magis: q̃ diuise similis.

EXPLICIT LIBER QVINTVS.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

55.

Que a cõdun

.XII.

QVE A CONDITA VRBE ROMA AD CAP
tam eandem urbem romani sub regibus primū cō
sulibus deinde ac dictatoribus decemuirisq. ac tribunis
consularibus gessere: foris bella: domi seditiones. qnq.
libris exposui: res cum uetustate nimia obscuras: ue
lut quae magno interuallo loci uix cernuntur: tum
quod parua & rara per eadem tempora. Litterae fuere: una custodia fi
delis memoriae rerum gestarum. Et quod etiam si quae in cōmentariis
pontificum aliisq. publicis priuatisq. erant monumentis incensa urbe
plereq. interiere. Clariora deinde certioraq. a secunda origine ue
lut a stirpibus letius feliciusq. renatae urbis gesta domi militiaeq. expo
nentur. Caeterum primo quo adminiculo erecta erat: eodem inixa
.m. furio principe stetit. Neq. enim eum abdicare se dictatura: nisi an
no circūacto passi sunt: comitiaq. in sequentem annum tribunos habe
re: quorum in magistratu capta urbs esset: non placuit. Res ad inter
regnum rediit. Cum ciuitas in opere ac labore assiduo reficiendae ur
bis teneretur: interim .q. fabio simul primum ut magistratu abiit a
.cn. martio tribuno pl. dicta dies est: quod legatus in gallos ad quos mis
sus erat orator contra ius gentium pugnasset. Cui iudicio eum mors adeo
oportuna ut uoluntaria crederetur subtraxit. Interregnum initum:
.p. cornelius scipio interrex: & post eum .m. furius camillus iterū. Is tri
bunos militum consulari potestate creat .m. ualerium publicolā iterū
.l. uerginiū .p. cornelium .a. manliū .l. emilium .l. postumium. Hi ex
interregno cum extemplo magistratum inissent: nulla de re prius
senatum: q' de religionibus consuluere. In primis federa ac leges. Erāt
autē hae duodecī tabularū: & quaedam regiae leges conquiri. quae cō
pararent iusserunt. Alia ex aliis edita etiā in uulgus. Quae autē ad sa
cra pertinebant: a pontificibus maxime ut religione obstrictos habe
rent multitudinis animos suppressa. Tum de diebus religiosis agita
ri ceptum: diemq. ad .xv. kl. sextiles duplici clade insignem: quo die
ad cremerā. fabii caesi: quo deinde ad alliam cum exitio urbis fede pu
gnatum: posteriorem cladem alliensem appellarunt: insignemq. rei nul
lius publicae priuatimq. agendae fecerunt: quidem: quod postridie idus
quintilis non litasset suspicius tribunus militū: neq. inuenta pace deū
post diem tertium obiectus hostibus exercitus romanus esset: etiā postri
die idus rebus diuinis supersederi iussum. Inde ut postridie kl'as. quoq.

ac nonas eadem religio esset traditum putant. Nec diu licuit quietis
consilia erigende ex tam graui casu rei .p. secum agitare. Hinc uulsci
ueteres hostes ad extinguendum nomen romanum arma ceperat: hic
etrurie principum ex omnibus populis coniurationes de bello ad fa-
num uoltumnae factas mercatores afferebant. Nouus quoq terror ac-
cesserat defectione latinorum hernicorumq, qui post pugnam ad re-
gillum lacum factam per annos prope centum nunq ambigua fide in
amicitia populi .r. fuerant. Itaq cum tanti undiq terrores circumstaret:
appareretq omnibus non odio solum apud hostes: sed contemptu etiam
inter socios nomen romanum laborare: Placuit eiusdem auspiciis defe-
di rem .p. cuius recuperata esset: dictatoremq dici .m. furium camillum.
Is dictator .c. seruilium ahalam magistri equitum dixit: iustitioq indi-
cto delectum iuniorum habuit: ita ut seniores quoq, quibus aliquid ro-
boris superesset in uerba sua iuratos centuriaret. Exercitum conscripti
armatumq trifariam diuisit: partem unam in agro uehiente etrurie
opposuit: alteram ante urbem castra locare iussit. Tribuni militi his
manlius: illis qui aduersus etruscos mittebantur. L. emilius prepositus.
Tertiam partem ipse ad uulscos duxit: nec procul a lanuuio ad motum
is locus dicitur: castra oppugnare est adortus: quibus ad contemptum,
quod prope omnem deletam a gallis romanam iuuentute crederent,
ad bellum profectis tantum camillus auditus imperator terroris intu-
lerat: ut uallo se ipsi uallumq congestis arboribus sepirent: ne qua intra
re ad munimenta hostis posset. Quod ubi animaduertit camillus: igne
in obiectam sepem conici iussit. Et forte erat uis magna uenti uersa
in hostem. Itaq non aperuit solum incendio uiam: sed flammis in ca-
stra tendentibus uapore etiam ac fumo crepituq uiridis materie fla-
grantis ita consternauit hostes: ut minor moles superantibus uallum
in castra uulscorum romanis fuerit: q transcendentibus sepem incendio
absumptam fuerat. Fusis hostibus cesisq cum castra impetu cepisset dicta-
tor predam militi dedit, quo minus speratam minime largitore duce:
eo militi gratiorem. Persecutus deinde fugientes cum omnem uulscum
agrum depopulatus esset: ad deditionem uulscos septuagesimo demum
anno subegit. Victor ex uulscis in equos transiit & ipsos bellum molien-
tes. Exercitum eorum ad bolas oppressit: nec modo castra sed urbem etiam
aggressus impetu primo cepit. Cum in ea parte: in qua caput rei roma-
ne camillus erat: ea fortuna esset: alia in partem terror ingens ingruerat.

Etruria prope omnis armata sutrium socios populi .r. obsidebat: quorũ le
gati opem rebus affectis orantes cum senatum adissent decretũ tulere:
ut dictator primo quoq; tempore auxiliũ sutrinis ferret. Cuius spei mo
ram cũ pati fortuna obsessorum nõ potuisset: confecta paucitas opidano
rum opere: uigiliis: uulneribus: quae semper eos urgebant: per pactionẽ
urbe hostibus tradita inermes cum singulis emissi uestimentis miserabi
li admodum agmine penates relinquerent. Eo fere tempore camillus
cum exercitu romano interuenit: cui cum se mesta turba ad pedes pro
uoluisset: principumq; orationem necessitate ultima expressam fletus
mulierum ac puerorum qui exilii comites trahebantur excepisset: par-
cere lachrymis sutrinos iussit: etruscis se luctum lachrymasq; ferre. Sar-
cinas inde deponi sutrinosq; ibi considere: modico presidio relicto arma
secum militem ferre iubet. Ita expedito exercitu profectus ad sutrii id
quod rebatur soluta omnia rebus ut fit secundis inuenit: nullam stationẽ
ante menia: patentes portas: uictorem uagum praedam ex hostium tectis
egerentem. Iterum igitur eodem die sutrium capitur. Victores etrusci
passim trucidantur a nouo hoste: neq; se conglobandi coeundiq; in unum
aut arma capiundi spatium datur: cum pro se quisq; tenderent ad por-
tas siqua forte se in agros eiicere possent: clausas id enim primũ dictator
imperauerat portas inueniunt. Inde alii arma capere: alii quos forte
armatos tumultus occupauerat: conuocare suos: ut prelium inirent: quod
accensum a desperatione hostium fuisset: ni precones per urbem dimissi
poni arma & parci inermi iussissent: nec preter armatos quenq̃ uiolari.
Tum etiam quibus animi in spe ultima ad decertandum fuerant: postq̃da
ta spes uite est iactare passim arma inermesq; quod tutius fortuna fece
rat hosti se offerre. Magna multitudo in custodias diuisa. Opidum an
te noctem redditum sutrinis inuiolatum integrumq; ab omni clade bel
li: quia non ui captum sed traditum per conditiones fuerat. Camillus
in urbem triumphans rediit trium simul bellorum uictor. Longe plurimos
captiuos ex etruscis ante currum duxit. Quibus sub hasta uenundatis
tantum eris redactum est: ut pretio pro auro matronis persoluto ex
eo quod supererat tres paterae aureae facte sint: quas cum titulo no
minis camilli ante capitolium incensum in cella iouis constat ante
pedes iunonis positas fuisse. Eo anno in ciuitatem accepti qui uebiẽ
tium capenatiumq; ac phaliscorum per ea bella transfugerant ad ro
manos: agerq; bis nouis ciuibus assignatus. Reuocati quoq; in urbem

∴ obstinati

senatus consulto a uebius qui ædificandi romæ pigritia occupatis ibi ua
cuis tectis uebios se contulerant. Et primo fremitus fuit aspernantiũ
imperium: Dies deinde prestituta capitalisq; pena qui non remigras
set romam: ex ferocibus uniuersis singulos metu suo obedientes fecit.
Et roma cum frequentia crescere: tum tota simul excurgere ædificiis & re
p. impensas adiuuante: & ædilibus uelut publicum exigentibus opus &
ipsis priuatis: admonebat enim desiderium usus festinantibus ad effe
ctum operis. Intraq; annum noua urbs stetit. Exitu anni comitia tri
bunorum militum consulari potestate habita. Creati .t. quintius cin
cinnatus: seruilius fidenas quintum: iulius tullus. l. aquilius coruus. l.
lucretius tricipitinus. ser: sulpicius rufus. Exercitum alterum in equos
non ad bellum: uictos nanq; se fatebantur: sed ab odio ad peruastandos
fines: ne quid ad noua consilia relinquerent uirium duxere: Alterum
in agrum tarquiniensem. Ibi opida etruscorum cortuosa & contenebra
ui capta: Ad cortuosam nihil certaminis fuit. Improuiso adorti primo
clangore atq; impetu cepere. Direptum opidum atq; incensum est. Con
tenebra paucos dies oppugnationem sustinuit: laborq; continuus nõ die
non nocte remissius subegit eos. Cum in sex partes diuisus exercitus roma
nus senis horis in orbem succederet prelio: opidanos eosdem integro sem
per certamini paucitas fessos obiceret: cessere tandem: locusq; inuaden
di urbem romanis datus est. Publicari predam tribunis placebat: sed im
perium: q̃ consilium segnius fuit: dum cunctantur iam militum preda
erat: nec nisi per inuidiam adimi poterat. Eodem anno ne priuatis tã
tum operibus crescere urbs: capitolium quoq; saxo quadrato substru
ctum est: opus uel in hac magnificentia urbis conspiciendum. Iam & tri
buni plebis ciuitate edificando occupata contiones suas frequentare le
gibus agrariis conabantur: Ostendebatur in spem pomptinus ager: Tum
primum post accisas a camillo uulscorum res possessionis haud ambigue.
Criminabantur multo cum infestiorem agrum a nobilitate esse: q̃ a uulscis
fuerit. Ab illis enim tantum quoad uires & arma habuerunt incursiones
eo factas: nobiles homines in possessionem agri publici grassari: nec nisi
ante: q̃ omnia preripiant diuisus sit locum ibi plebi fore. Haud magno
pere plebem mouent & infrequentem foro propter ædificandi curã & eo
dem exhaustam impensis: eoq; agri immemorem: ad quem instruendũ
uires non essent. In ciuitate plena religionum: tunc etiam ab recenti cla
de superstitiosis principibus ut renouarentur auspicia: res ad interregnũ

diruta ꝗ

abscissas

redit. Interreges deinceps. m. manlius capitolinus. ser. sulpicius came-
rinus. l. ualerius potitus. Hic demum tribunorum militum consulari
potestate comitia habuit. L. papirius. cn. sergius. l. emilius iterum. lici-
nius menenius. l. ualerius publicola tertiũ creati. Hi ex interregno ma- ∴ at iterum
gistratum accepere. Eodem anno ædes martis gallico bello uota dedica-
ta est a. t. quintio duumuiro sacris faciendis. Tribus quatuor ex nouis
ciuibus addite. stellatina. nomentana. sabatina. arniensis. hæq. quinq. &
triginta tribuum numerum expleuere. De agro pomptino a. l. sicinio tri-
buno pl. actum ad frequentiorẽ iam populum mobiliorẽq. ad cupiditatẽ
agri. q̃ fuerat. Et de latino hernicoq. bello mentio facta in senatu maioris
belli cura. quod etruria in armis erat dilata est. Res ad camillum tribunũ
militum consulari potestate redit. College addit quinq. ser. cornelius ma-
luginensis. q. seruilius fidenas sextum. l. quintius cincinnatus. l. horatius pul-
uillus. p. ualerius. Principio anni auersæ curæ hominum sunt a bello etru- ∴ quarto
sco. quod fugientium ex agro pomptino agmen repente allatum in urbẽ
attulit. antiates in armis esse. latinorumq. populos iuuentutem suã misisse
ad id bellum. Eo abnuentes publicum fuisse consilium. quod non prohibi-
tos tantũmodo uoluntarios dicerent militare. ubi uellent. Desierant iã ul-
la contemni bella. Itaq. senatus dis agere gratias. quod camillus in magistra-
tu esset. Dictatorem quippe dicendum eum fuisse. si priuatus esset. Et col-
legæ fateri. regimen omnium rerum. ubi quid bellici terroris ingruat. in
uiro uno esse. Sibiq. destinatum in animo esse. camillo submittere imperiũ.
nec quicq̃ de maiestate sua detractum credere. quod maiestati eius uiri
concessissent. Collaudatis a senatu tribunis. & ipse camillus consulis animo
gratias egit. Ingens inde ait onus a populo. r. sibi. qui se dictatorem iam
quartum creasset. magnum a senatu talibus de se iudicis eius ordinis. ma-
ximum tam honoratum collegarum obsequio iniungi. Itaq. siquid laboris
uigiliarumq. adici possit. certantem secum ipsum annisurum. ut tanto de
se consensu ciuitatis opinionem quæ maxima sit etiam constantem efficiat.
Quod ad bellum atq. antiates attineat. plus ibi minarum. q̃ periculi esse. Se
tamen ut nihil timendi. sic nihil contemnendi auctorem esse. Circũsederi
urbem romanam ab inuidia & odio finitimorum. Itaq. & ducibus pluribus
& exercitibus administrandam rem. p. esse. Te inquit. l. ualeri sociũ im-
perii consiliq. legiones mecum aduersus antiatem hostem ducere placet.
Teq. seruili altero exercitu instructo paratoq. in urbe castra habere. intẽ-
tum siue etruria se interim ut nuper. siue noua hæc cura latini atq. her-

nici mouerint: Pro certo habeo ita te rem gesturum: ut patre: auo
te q. ipso ac sex tribunatibus dignum est. Tertius exercitus ex causariis
senioribusq. a. t. quintio scribatur: qui urbi menibusq. praesidio sit. L. ho-
ratius arma: tela: frumentum: queq. belli alia tempora poscent: prouí
deat. Te serui corneli praesidem huius publici consilii: custodem reli
gionum: comitiorum: legum: rerum omnium urbanarum collegae
facimus. Cunctis in partes muneris sui benigne pollicentibus opera:
ualerius socius imperii lectus adiecit: m. furium sibi pro dictatore: seq
ei pro magistro equitum futurum. Profunde quam opinionem de uni
co imperatore: eam spem de bello haberent: Se uero bene sperare: Pa
tres & de bello & de pace uniuersaq. re. p. erecti gaudio fremunt. Nec
dictatore unq̃ opus fore rei. p. si tales uiros in magistratu habeat tam co
cordibus iunctos animis: parere atq. imperare iuxta paratos: laudemq
conferentes potius in medium: q̃ ex communi ad se trahentes. Iustitio
indicto delectuq. habito furius ac ualerius ad satricum profecti quo no
uiuiscorum modo iuuentutem antiates ex noua sobole lectam: sed ingę
tem latinorum hernicorumq. multitudine conciuerant ex integerrimis diutina pa
ce populis. Itaq. nouus hostis ueteri adiunctus commouit animos mili
tibus romanis. Quod ubi aciem militum instruenti camillo centuriones re
nuntiauerunt: turbatas militum mentes esse: segniter arma capere: cun
ctabundosq. & resistentes egressos e castris esse: Quin uoces quoq. auditas
cum centenis hostibus singulos pugnaturos: Et egre inermem tantam
multitudinem ne dum armatam sustineri posse: In equum insilit: &
ante signa obuersus in aciem ordines interequitans ait. Quae tristitia
milites hec: quae insolita cunctatio est: Hostem an me: an uos ignora
tis: Hostis est: quid aliud q̃ perpetua materia uirtutis gloriaeq. uestrae:
Vos contra me duce ut phaleros uehiosq. & in capta patria gallorum le
giones caesas taceam: modo trigemine victoriae triumphum triplice exhis
ipsi uiuiscis & equis & ex etruria egistis: An me quod non dictatorio
bis: sed tribunus signum dedi non agnoscitis ducem: Neq. ego maxima
imperia in uos desidero: & uos in me nihil preter me ipsum intueri de
cet. Neq. enim dictatura mihi unq̃ animos fecit: ut ne exilium quide
ademit. Idem igitur omnes sumus. Et cum eadem omnia in hoc bel
lum afferamus: quae in priora attulimus: eundem euentum belli expe
ctemus. Simul concurrentis quod quisq. dicit ac consueuit faciet: Vos
uincetis: illi fugient. Dato deinde signo ex equo desilit: & proximum

captos

signiferum manu arreptum secum in hostem rapit: Infer miles clamitans
signum. Quod ubi uidere ipsum camillum iam ad munera corporis se
necta inualidum uadentem in hostes procurrunt pariter omnes cla
more sublato: sequere imperatorem pro se quisq; clamitantes. Emis
sum etiam signum camilli iussu in hostium aciem ferunt: idq; ut repe
teretur concitatos antesignanos. Ibi primum pulsum antiatem ter
roremq; non in primam tantum aciem: sed etiam ad subsidiarios per
latum. Nec uis tantum militum mouebat excitata presentia ducis: sed
quod uulscorum animis nihil terribilius erat: q̃ ipsius camilli forte obla
ta species. Ita quocunq; se intulisset uictoriam secum haud dubia tra
hebat: Maxime id euidens fuit: cum in leuum cornu prope iam pul
sum arrepto repente equo cum scuto pedestri aduectus conspectu suo
prelium restituit ostentans uincentem ceteram aciem. Iam inclinata
res erat: sed turba hostium & fugam impediebat & longa cede confi
cienda multitudo tarda fesso militi erat: Cum repente ingentibus pro
cellis fusus imber certam magis uictoriam: q̃ prelium diremit. Signo
deinde receptui dato nox insecuta quietis romanis perfecit bellu. La
tini nanq; & hernici relictis uulscis domos profecti sunt malis cosiliis
pares adepti eiuentus. Vulsci ubi se desertos abeis uidere quorũ fiducia
rebellauerant: relictis castris menibus patrie se includunt. Quos primo
camillus uallo circudare & aggere atq; operibus oppugnare est ador
tus. Que postq̃ nulla eruptione impediri uidet: minus esse animi ratus
in hoste: q̃ ut in eo tam lente spei uictoriam expectaret: cohortatus mi
lites ne tanq̃ uebios oppugnantes in opere longinquo se se tererent:
uictoriam in manu esse: Ingenti militum alacritate undiq; aggressus
scalis opidum cepit. Vulsci abiectis armis se se dediderunt. Ceterũ ani
mus ducis rei maiori antio imminebat: Id caput uulscorũ eam fuisse
originem proximi belli. Sed quia nisi magno apparatu tormentis ma
chinisq; tam ualida urbs capi non poterat: relicto ad exercitũ collega
romam est profectus: ut senatum ad excidendũ antiũ hortaretur. Inter
sermonem eius: credo rem antiatem diuturniore manere dis cordi fu
isse: legati a nepete ac sutrio auxilium aduersus etruscos petentes ueni
unt: breuem occasionem esse ferendi auxilii memorantes. Eo uim ca
milli ab antio fortuna auertit. Nam cum ea loca opposita etrurie &
uelut claustra inde porteq; essẽt: & illis occupandi ea cum quid noui mo
lirentur: & romanis recuperandi tuendiq; cura erat. Igitur senatui cũ

camillo agi placuit: ut omisso antio bellum etruscum susciperet. Legio
nes urbanae: quibus quintius prefuerat ei decernuntur: quanq̃ expertu
exercitum assuetumq. imperio qui in uulscis erat mallet: nihil recusauit.
Valerium tantummodo imperii socium depoposcit. Quintius horatiusq. suc
cessores ualerio in uulscos missi. Profecti ab urbe sutrium furius & ualerius
partem opidi iam captam ab etruscis inuenere: ex parte altera intersep
tis itineribus egre opidanos uim hostium abse arcentes. Cum romani auxi
lii aduentus tum camilli nomen celeberrimum apud hostes sociosq. & in
presentia rem inclinatam sustinuit & spatium ad opem ferendā dedit.
Itaq. diuiso exercitu camillus collegam in eam partem circūductis copiis
quam hostes tenebant menia aggredi iubet: non tam spe scalis capi urbē
posse: q̃ ut auersis eo hostibus & opidanis iam pugnando fessis laxaretur
labor: & ipse spatium intrandi sine certamine menia haberet. Quod cum
simul utrinq. factum esset: anceps q. terror etruscos circunstaret & menia su
ma ui oppugnari & intra menia esse hostem uiderent: porta se que una for
te non obsidebatur trepidi uno agmine eiecere: Magna caedes fugientiū
& in urbe & per agros est facta. Plures a furianis in extra menia cesi. Valeria
ni expeditiores ad persequendos fuere: nec ante noctem que conspectum
ademit finem cedendi fecere. Sutrio recepto restituitoq. sociis nepete exer
citus ductus: quod per deditionem acceptum iam totum etrusci habebat.
Videbatur plus in ea urbe recipienda laboris fore: non in eo solū quod to
ta hostium erat: sed etiam quod parte nepesinorum prodente facta erat
deditio. Mitti tamen ad principes eorum placuit: ut secernerent se ab e
trusci: fidemq. quam implorassent a romanis ipsi prestarent. Vnde cū re
sponsum allatum esset: nihil sue potestatis esse: etruscos menia custodiasq.
portarum tenere: primo populationibus agri terror est opidanis admo
tus: Deinde postq̃ deditionis: q̃ societatis fides sanctior erat: fascibus sar
mentorum ex agro collatis ductis ad menia exercitus completisq. fossis
scalae admote & clamore primo impetuq. opidum capitur. Nepesinis in
de edictum: ut arma ponant parcitq. iussum inermi. Etrusci pariter arma
ti inermesq. cesi. Nepesinorū quoq. auctores deditionis securi percussi. In
noxie multitudini reddite res opidumq. cum presidio relictum. Ita dua
bus sociis urbibus ex hoste receptis victorem exercitu tribuni cum magna
gloria romam reduxerunt. Eodem anno a latinis hernicisq. res repeti
te: quesitumq. cur per eos annos militem ex instituto non dedisset. Respō
sum frequenti utriusq. gentis consilio est: nec culpam in eo publicā nec

consilium fuisse: quod suæ iuuentutis aliqui apud uulscos militauerint.
Eos tamen ipsos praui consilii penam habere: nec quenq̃ ex his reducem esse.
Militis aiũt non dati causam terrorem assiduum a uulscis fuisse: quam pestẽ
adherentem lateri suo tot super alia alis bellis exhauriri nequisse. Quere-
lata patribus magis tempus: q̃ causam non usa belli habere. Insequenti anno
.a. manlio. p. cornelio. l. quintio capitolino. l. papirio cursore iterũ tribunis
militum cõsulari potestate graue bellum foris: grauior domi seditio exor-
ta. Bellum a uulscis adiuncta latinorum atq; hernicorũ defectione. Sedi
tio unde minime timeri potuit a patritiõ gentis uiro & inclite famæ: m. mã-
lio capitolino. qui nimius animi cum alios principes sperneret: uni inuide-
ret eximio simul honoribus atq; uirtutibus. m. furio: egre ferebat solũ eũ
in magistratibus. solum apud exercitum esse. Tantum iam eminere: ut iisdẽ
auspiciis creatos non pro collegis. sed pro ministris habeat. Cum interim sicq;
uere existimare uelit: a. m. furio recuperari patria ex obsidione hostiũ nõ
potuerit: nisi a se priuis capitolium atq; arx seruata esset. Et ille interauru
accipiendum & in spem pacis solutis animis gallos aggressus sit: ipse armatos
capientesq; arcem depulerit. Illius gloriæ pars uirilis apud omnes milites
sit. qui simul uicerint: Sue victoriæ neminem omnium mortaliũ socium
fore. His opinionibus inflato animo. ad hoc uitio quoq; ingenii uehemẽs
& impotens postq̃ inter patres non q̃tum æquum censebat excellere suas
opes animaduertit: primum omnium ex patribus popularis factus: cum
plebeis magistratibus consilia communicare criminando patres: allicien-
do ad se plebeiam auram: nõ consilio ferri: famæ magnæ malle: q̃ bonæ
esse. Et non contentus agrariis legibus. quæ materia semper tribunis pl.
seditionum fuissent: idem moliri cepit. Acriores quippe alieni æris sti-
mulos esse. qui non egestatem modo atq; ignominiam minentur: sed ner-
uo ac uinculis corpus liberum territent. Et erat æris alieni magna uis: res
damnosissima etiam diuitibus ædificando contracta. Bellum itaq; uulscũ
graue per se oneratum latinorum atq; hernicorũ defectione in speciem
causæ iactatum: ut maior potestas quereretur. Sed noua consilia man-
lii magis compulere senatum ad dictatorem creandũ. Creatur: a. corne-
lius cossus: magistrum equitum dixit. l. quintium capitolinum. Dicta-
tor & si maiorem dimicationem propositam domi: q̃ foris cernebat: tam
seu quia celeritate ad bellum opus erat: seu victoria triumphoq; dicta-
ture ipsi uires sese additurum ratus. delectu habito in agrum pomptinũ.
quo a uulscis exercitum duci indictum audierat pergit. Non dubito pter-

12.

satietatem tot iam libris assidua bella cum uulscis gesta legentibus
illud quoq; succursurum, quod mihi percensenti propiores tempori
bus harum rerum auctores miraculo fuit: unde totiens uictis uulscis
& equis suffecerint milites. Quod cum ab antiquis tacitum pretermissuq;
sit: cuius tandem ego rei propter opinionem, quae sua cuiq; comentari
esse potest auctor sim, simile ueri est: aut interuallis bellorum sicut nunc
in delectibus fit romanis, alia atq; alia sobole iuniorum ad bella instau
randa totiens usos esse: aut non ex iisdem semper populis exercitus scrip
tos: quanq; eadem semper gens bellum intulerit: aut innumerabile mul
titudinem liberorum capitum in eis fuisse locis: quae nunc uix semina
rio exiguo militum relicto seruitia romana a solitudine uendicant. In
gens certe, quod inter omnes auctores conueniat: quanq; nuper camilli
ductu atq; auspicio accisae referant uulscorum exercitus fuit. Ad hoc lati
ni hernicique accesserat: & cercinensium quidam & coloni etiam a uelitris.
Romanus dictator castris eo die positis postero cum auspicato prodisset ho
stiaq; cesa pacem deum adorasset: letus ad milites iam arma ad propositum
pugnae signum, luce prima capientes processit. Nostra victoria est mili
tes inquit: siquid dii uatesue eorum in futurum uident. Itaq; ut decet cer
te spei plenos & cum imparibus manum conserturos pilis ante pedes posi
tis gladiis tantum dextras armemus: ne procurri quidem a acie uelim:
sed obniixos uos stabili gradu impetum hostium excipere. Vbi illi omnia
iniecerint missilia & effusi stantibus uobis se intulerint: tum micent gla
dii: & ueniat in mentem unicuiq; deos esse: qui romanum adiuuent: de
os, qui secundis auibus in prelium miserint. Tu quinti equitem intentius
ad primum initium moti certaminis teneas. Vbi herere iam aciem colla
to pede uideris: tum terrorem equestrem occupatis alio pauore infer: in
uectusq; ordines pugnantium dissipa. Sic eques sic pedes ut preceperat pu
gnant: nec dux legiones nec fortuna fefellit ducem. Multitudo hostium
nulli rei preter q; numero freta & oculis utraq; metiens aciem temere
prelium iniit: temere omisit: clamore tantu missilibusq; telis & primo
pugnae impetu ferox gladios & collatum pedem & uultum hostis & ardo
rem animi micantem ferre non potuit. Impulsa frons prima & trepi
datio subsidiis illata: Et suum terrorem intulit eques. Rupti inde ordi
nes multis locis motaq; omnia, & fluctuanti similis acies erat. Deinde
postq; cadentibus primis iam ad se quisq; peruenturam cede cernebat:
terga uertunt. Instare romanus: & donec armati confertiq; abibat pe

sicut edictum erat

13.

ditum labor in persequendo fuit. Postq̃ iactari arma passim fugaq; per
agros spargi aciem hostium animaduersum est: tum equitum turme emis-
se: dato signo, ne in singulorum morando cede spatium ad euadendum
interim multitudini darent. Satis esse missilibus ac terrore impediri cur-
sum: obequitandoq; agmen teneri: dum assequi pedes & iusta cede confi-
cere hostem posset. Fugæ sequendiq; non ante noctem finis fuit. Capta q̃
ac direpta eodem die castra uolscorum: predaq; omnis præter libera cor-
pora militi concessa est. Pars maxima captiuorum ex latinis atq; hernicis
fuit: nec hominum de plebe: ut credi posset mercede militasse: sed prin-
cipes quidam iuuentutis inuenti: manifesta fides: publica ope uolscos ho-
stes adiutos. Cercienssiũ quoq; quidam cogniti & coloni a uelitris: romãq;
omnes missi. Percontantibus primoribus patrũ: eadem quæ dictatori de-
fectionem sui quisq; populi haud perplexe indicauere. Dictator exerci-
tum in statiuis tenebat: minime dubius bellum cum his populis patres
iussuros: cum maior domi exorta moles coegit acciri eum romã gliscen-
te in dies seditione: quam solito magis metuendam auctor faciebat. Non
enim iam orationes modo .m. manlii: sed facta popularia in specie tumul
tuosa eadem qua mente fierent intuenda erant. Centurionem nobilem
militaribus factis: iudicatum pecunie cum duci uidisset medio foro cũ
caterua sua accurrit & manum iniecit: uociferatusq; de superbia patrũ
ac feneratorum & miseriis plebis: uirtutibus eius uiri fortunaq;. Tum uero
ego inqt nequicq̃ hac dextra capitolium arcemq; seruauerim: si ciuem
commilitonemq; meum tanq̃ gallis victoribus captum in seruitute ac uin-
cula duci uideam. Inde rem creditori palam populo soluit: libraq; & ere
liberatum emittit: deos atq; homines obtestantem: ut .m. manlio liberato-
ri suo, parẽti plebis romane gratiam referant. Acceptus extemplo in tu-
multuosam turbam & ipse tumultum augebat: cicatrices acceptas uehienti
gallicoq; aliisq; deinceps bellis ostentans: Se militatem se restituente euer-
sos penates: multiplici iam sorte exoluta mergentibus semper sortẽ usu-
ris obrutum fenore esse. Videre lucem: forum: ciuium ora .m. manlii
opera: omnia parentum beneficia ab illo se habere: illi deuouere cor-
poris uiteq; ac sanguinis, quod superfit. Quodcunq; sibi cum patria pe-
natibus, publici ac priuati iuris fuerit: id cum homine uno esse. His
uocibus instincta plebs cum iam unius hominis esset: addita alia cõ-
motionis ad omnia turbanda consilia res. Fundum in uehienti caput
patrimonii subiecit preconi: Nequem uestrum inqt quir̃. donec qcq̃

14.

in re mea supererit iudicatum addictumue duci patiar. Id uero ita ac
cendit animos: ut per omne fas ac nefas secuturi uindicem libertatis uide
rentur. Ad hoc domi contionantis in modum sermones plenl criminum
in patres. Inter quos cum omisso discrimine uera an uana iaceret thesau
ros gallici auri occultari a patribus iecit: nec iam possidendis publicis agris
contentos esse: qui pecuniam quoq; publicam auertant. Ea res si pala fiat
exolui plebem ere alieno posse. Que ubi obiecta spes est: Enim uero indi
gnum facinus uideri: cum conferendum ad redimendam ciuitatem a gal
lis aurum fuerit: tributo collationem factam: unde aurum ex hostibus cap
tum in paucorum predam cessisse. Itaq; exequebantur querendo ubi tan
te rei furtum occultaretur. Differenti itaq; extempore suo se indicaturū
dicenti ceteris omissis eo uerse erant omnium curæ: Apparebatq; nec ueri
15. ∴ fore uiditu gratiam mediam nec falsi offensionem. Ita suspensis rebus dicta
tor accitus ab exercitu in urbem uenit. Postero die senatu habito cum satis
periclitatus uoluntates hominum discedere senatum ab se uetuisset stipa
tus ea multitudine sella in comitio posita uiatorem ad m. manliū misit:
Qui dictatoris iussu uocatis cum signum suis dedisset adesse certamen ag
mine ingenti ad tribunal uenit. Hinc senatus hinc plebs suum quisq; in
tuentes ducem uelut in acie constiterant. Tum dictator silentio facto Vti
nam inq̄t mihi patribusq; romanis ita de ceteris rebus rebus cum plebe
conueniat: quemadmodum quod ad te attinet: eamq; rem quam de te
sum quesiturus conuenturum satis confido. Spem factam a te ciuitati
uideo fide incolumi ex thesauris gallicis quos primores patrum occultet
creditum solui posse. Cui ego rei tantum abest ut impedimento sim. ut
contra te manli adhorter: liberes fenore plebem & istos incubantes publi
cis thesauris ex preda clandestina euoluas. Quod nisi facis: siue ut & ipse in
parte prede sis: siue quia uanum inditium est in uincla te duci iubebo:
nec diutius patiar a te multitudinem fallaci spe concitari. Ad ea manli
us nec se fefellisse ait: non aduersus uulscos totiens hostes quotiens patribo
expediat: nec aduersus latinos hernicosq; quos falsis criminibus in arma
agant: sed aduersus se ac plebem romanam dictatorem creatum esse. Iam
omisso bello quod simulatum sit in se impetum fieri. Iam dictatorem pro
fiteri patrocinium feneratorum aduersus plebem iam sibi ex fauore mul
titudinis crimen & pernitiem queri. Offendit te inquit. a. corneli uosq;
patres cōscripti circunfusa turba lateri meo: quin eam deducitis a me sin
guli uestris beneficiis intercedendo: eximendo de neruo ciues uestros: pro

bibendo iudicatos addictosq; duci: ex eo quod affluit opibus uestris sustinendo necessitates aliorum. Sed quid ego uos de uestro impendatis hortor? Sortem aliquam forte de capite deducite: quod usuris pernumeratum est: Iam nihilo mea turba: q̃ ullius conspectior erit. At enim qd ita solus ego ciuium curam ago: nihilo magis quod respondeā habeo: q̃ si q̃ras: quid ita solus capitolium arcemq; seruauerim. Et tum uniuersis quā potui opem tuli: & nunc singulis feram. Nam quod ad thesauros gallicos attinet: rem suapte natura facilem difficilem interrogatio facit. Cur enim queritis quod scitis? Cur quod in sinu uestro est exerti iubetis potius q̃ ponatis? nisi aliqua fraus est: quo magis argui prestigias iubetis uestras: eo plus uereor ne abstuleritis obseruantibus etiā oculos. Itaq; non ego uobis ut indicem predas uestras: sed uos id cogendi estis: ut in medium proferatis. Cū mittere ambages dictator iuberet: & aut peragere uerum inditium cogeret: aut fateri facinus insimulati falso crimine senatus: oblateq; uani furti inuidiæ negantem arbitrio inimicorum se locuturū in uincula duci iussit. Abreptus a uiatore: Iupiter inquit optime maxime iunoq; regina ac minerua ceteriq; dii deeq; qui capitolium incolitis: siccine uestrum militē ac p̄sidem sinitis uexari ab inimicis? Hec dextra qua gallos fudi a delubris uestris iam in uinculis & catenis erit? Nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant. Sed iniecta sibi quedam patientissima iusti imperii ciuitas fecerat: nec aduersus dictatoriā uim: aut tribunus pl. aut ipsa plebs attollere oculos: aut hiscere audebant. Coniecto in carcerem manlio: satis cōstat magna partem plebis uestem mutasse: multos mortales capillos ac barbam promisisse: obuersatamq; uestibulo carceris mestam turbam. Dictator de uulsis triumphauit: inuidiæq; magis triumphus: q̃ gloriæ fuit: quippe domi non militiæ partum eum: actumq; de ciue: non de hoste fremebant. Vnum defuisse tantū superbis: quod nō. m. manlius ante curru sit ductus. Iamq; haud procul a seditione res erat. Cuius leniendæ causa postulante nullo largitor uoluntarius repente senatus factus: satricū coloniam duo milia ciuium romanorum deduci iussit. Bina iugera & semisses agri assignati. Quod cum & paruum & paucis assignatum & mercede esse prodendi. m. manlii interpretarentur: remedio irritatur seditio. Et iam magis insignis sordibus & facie reorū turba manliana erat: amotusq; post triumphum abdicatione dictature terror & linguam & animos liberauerat hominum. Audiebantur itaq; propalā uoces exprobrantiū multitudini: quod defensores suos semper in precipitem locum fauore tollat:

16.

17.

deinde in ipso discrimine periculi destituat. Sic spurium cassium in agros
plebem uocantem: sic sp. melium ab ore ciuium famem suis impensis p-
pulsantem oppressos: Sic .m. manlium mersam & obrutam fenore par-
tem ciuitatis in libertatem ac lucem trahentem proditum inimicis. Sa-
ginare plebem populares suos, ut iugulentur. Hoccine patiendum fuis-
se: si ad nutum dictatoris non responderit uir consularis? Fingerent me-
tutum ante: atq; ideo non habuisse quod tum responderet: Cui seruo unq;
mendacii penam uincla fuisse? non obuersatam esse memoriam noctis
quae pene ultima atq; aeterna nomini romano fuerit: non speciem agmi-
nis gallorum per tarpeia rupem scandentis: non ipsius .m. manlii qualem
eum armatum plenum sudoris ac sanguinis ipso pene ioue erepto ex
hostium manibus uidissent. Selibris ne farris gratia seruatori patriae re-
latam? Et quem prope celestem cognomine certe capitolino ioui pare
fecerint: eum pati uinctum in carcere: in tenebris obnoxia carnificis
arbitrio ducere animam? Adeo in uno homine omnibus satis auxilii
fuisse: nullam opem in tam multis uni esse. Iam ne nocte quidem turba
ex eo loco dilabebatur? refracturosq; carcerem minabantur? cum remis-
so id, quod ereptum erant: ex senatus consulto manlius uinculis liberat.
Quo facto nō seditio finita: sed dux seditioni datus est. Per eosdem dies
latinis & hernicis simul colonis circensibus & a uelitris purgantibus se
uulsci crimine belli captiuosq; repetentibus: ut suis legibus in eos ani-
madiuerteret: tristia responsa reddita: tristiora colonis: quod ciues ro-
mani patriae oppugnandae nefanda consilia iussent. Non negatum
utraq; tantum de captiuis: sed in quo a socis tamen temperauerat: de-
nuntiatum senatus uerbis facesserent propere ex urbe ab ore atq;
oculis populi .r. ne nihil eos legationis ius externo ciui comparatu
tegeret. Recrudescente manliana seditione sub exitu anni comitia
habita creatiq; tribuni militum consulari potestate: Sergius corneli'
maluginensis iterū .p. ualerius potitus iterū .m. furius camillus .q. ser-
uilius: sulpicius rufus iterum .c. papirius crassus .t. quintius cincinnat'
iterum. Cuius anni principio & patribus & plebi peroportune exter-
na pax data. Plebi, quod non auocata delectu spem cepit: diu tamen
potentem haberet ducem fenoris expugnandi. Patribus, ne quo exter-
no terrore auocarentur animi a sanandis domesticis malis. Igitur cum
pars utraq; acrior aliquo coorta esset: ita in propinquo certamen aderat
Et manlius aduocata domum plebe cū principibus nouandarū rerum

interdiu noctuq. consilia agitat: plenior aliq̃to animorũ irarũq: q̃antea
fuerat. Iram accenderat ignominia recens in animo: ac contumeliarũ
inexperto spiritus dabat: quod nec ausus esset idem in se dictator: quod
in spurio melio cincinnatus quintius fecisset. Et in uinculorũ suorũ inui
diam non dictator modo abdicando dictaturam fugisset: sed ne senatus
quidem sustinere potuisset. His simul inflatus exacerbatusq. iam per se
accensos incitabat plebis animos. Quousq. tandem ignorabitis uires uras:
quas natura nec beluas quidem ignorare uoluit. Numerate saltẽ quot
ipsi sitis: quot aduersarios habeatis. Si singuli singulos aggressuri essetis:
tamen acrius crederem uos pro libertate: q̃ illos pro dominatione cer-
taturos. Quot enim clientes circa singulos fuistis patronos: tot nũc ad
uersus unum hostem eritis. Ostendite modo bellum: pacem habebitis.
Videant uos paratos ad uim: ius ipsi remittent. Audendũ est aliqd uni-
uersis: aut omnia singulis patienda. Quousq. me circũspectabitis? Ego
quidem nulli uestrum deero: ne fortuna mea desit uidete. Ipse uin
dex uester: ubi uisum inimicis est: nullus repente fui: & uidistis in uin-
cula duci uniuersi eum: qui singulis uobis uincula depulerã. Quid spe-
rem: si plus in me audeant inimici? An exitum cassii melliq. expectẽ?
Bene facitis: quod abominamini: dii prohibebunt hec. Sed nunq̃ prop
ter me de celo descendent: Vos dent mentem oportet: ut prohibeatis:
sicut mihi dederunt armato togatoq.: ut uos á barbaris hostibus ac su-
perbis defenderem dominis ciuibus. Tam paruus animus tanti popu
li est: ut semper uobis auxilium aduersus inimicos satis sit: nec ullũ
nisi quatenus imperari uobis sinatis: certamen aduersus patres noritis.
Nec hoc natura insitum uobis est: sed usu possidemini. Cur enim aduer-
sus externos tantum animorum geritis: ut imperare illis æquum cẽ
seatis? quia consuestis cum eis pro imperio certare. Aduersus hos ten
tare magis: q̃ tueri libertatem: qualescunq. duces habuistis: qualescũq.
ipsi fuistis: omnia adhuc q̃tacunq. petistis obtinuistis: seu ui: seu fortuna
uestra. Tempus est etiam maiora conari. Experimini modo & uestrã
felicitatem & me: ut spero feliciter expertum: minore negotio qui im
peret patribus imponetis: q̃ qui resisterent imperantibus imposuistis. So
lõ equidem sunt dictature consulatusq.: ut caput attollere romana plebs
possit. Proinde adeste: prohibete ius de pecuniis dici. Ego me patronũ
profiteor plebis: quod mihi cura mea & fides nomen induit. Vos siquo
insignis magis imperii honorisue nomine uestrum appellabitis ducem:

eo utimini potentiore ad obtinenda ea quæ uultis. Inde de regno agen
di ortum initium dicitur. Sed nec cum quibus nec quem ad finem consilia
peruenerint satis planum traditur. At in parte altera senatus de secessione
in domum priuatam plebis forte etiã in arce positam & imminenti mole liber
tatis agitat. Magna pars uociferatur seruilio abala opus esse: qui non in uin
cla duci iubendo irritet publicum hostem: sed unius iactura ciuis finiat
intestinum bellum. Decurritur ad leniorem uerbis sententiã uim tamen
eandem habentem: ut uideãt magistratus: ne quid ex pernitiosis consiliis m.
manlii res. p. detrimenti capiat. Tum tribuni consulari potestate tribuniq
pl. nam & quia eundem & suæ potestatis quem libertatis omnium finẽ cer
nebant: patrum auctoritati se dederant. Hi tum omnes quid opus facto
sit consultant: Cum preter uim & cædem nihil cuiq̃ occurreret: eam autẽ
ingentis dimicationis fore appareret. tum. m. menenius & .q. publius tribu
ni pl. Quid patrum & plebis certamen faciunt: quod ciuitatis esse aduersus
unum pestiferum ciuem debet: Quid cum plebe aggredimur eum quem
per ipsam plebem tutius aggredi est: ut suis ipse oneratus uiribus ruat: diẽ
dicere ei nobis in animo est. Nihil minus popularе q̃ regnum est. Simul
multitudo illa non secũ certari uiderint & ex aduocatis facti erũt & accu
satores de plebe patritiũ reum intuebuntur: & regni crimen in medio nul
li magis q̃ libertati fauebunt suæ. Approbantibus cunctis diem manlio di
cunt. Quod ubi est factum: primo commota plebs est: utiq; postq̃ sordida
tum reum uiderunt: nec cum eo non modo patrum quenq̃: sed cognatos
quidem aut affines: postremo ne fratres quidem aulum & titũ manliosq:
quod ad eum diem nunq̃ usũ uenisset: ut in tanto discrimine non & proxi
mi uestem mutarent. A p. claudio in uincula ducto. c. claudium inimicũ
claudiamq; omnem gentem sordidatam fuisse: Consensu opprimi popula
rem uirum: quod primus a patribus ad plebem defecisset. Cum dies uenit,
que preter cetus multitudinis seditiosasq; uoces & largitiones & fallax indi
tium pertinentia proprie ad regni crimen obiecta sint reo: apud nemi
nem auctorem inuenio: nec dubito haud parua fuisse: Cum damnandi
mora plebi non in causa sed in loco fuerit. Illud notandum uidetur: ut sci
ant homines que & q̃ta decora feda cupiditas regni non ingrata solum:
sed inuisa etiam reddiderit: Homines prope. cccc. produxisse dicitur: qb̃
sine fenore expensas pecunias tulisset: quorum bona uenire: quos duci ad
dictos prohibuisset. Ad hæc decora quoq; belli non commemorasse tantũ:
sed protulisse etiã conspicienda spolia cæsorũ hostiũ ad xxx̃. dona imperator

∴ iudices

20.

ad quadraginta: In quibus insignes duas murales coronas: civicas octo. Ad hoc
seruatos ex hostibus ciues produxit: inter quos. c. seruilium magistrū eqtū
absentem nominatum. Et cum ea quoq; quæ bello gesta essent: pro fastigio
rerū oratione etiam magnifica facta dictis æquando memorasset: nudas-
se pectus cicatricibus bello acceptis insigne: & identidem capitolium spe-
ctans de iouem deosq; alios deuocasse ad auxilium fortunarum suarum:
precatumq; esse: ut quam mentem sibi capitolinam arcem protegenti ad
salutem populi .r. in presenti suo discrimine darent. Et orasse singulos u
niuersosq; ut capitolium atq; arcem intuentes: ut ad deos immortales ver-
si de se iudicarent. In campo martio cum centuriatim populus citaretur:
reus ad capitolium manus tendens ab hominibus ad deos preces auerteret:
apparuit tribunis: nisi oculos quoq; hominum liberasset tanti memoria de-
cori: nunq; fore in preoccupatis beneficio animis uero crimini locū. Ita pdicto
die in petilium lucum extra portam flumentanam unde conspectus in ca-
pitolium non esset concilium populi indictum est: ubi crimen ualuit: & ob-
stinatis animis triste iudicium uniuersumq; etiam iudicibus factum. Sunt
qui per duumuiros qui de perduellione anquirerēt creatos auctores sint.
Damnatum tribuni de saxo tarpeio deiecerunt: locusq; idem in uno homi-
ne & eximiæ gloriæ monumentum & penæ ultimæ fuit. A diecte mortuo
note sunt: publica una. quod cum domus eius fuisset: ubi nunc ædes atq; of-
ficina monete est: latum ad populum est: ne quis patricius in arce aut ca-
pitolio habitaret. Gentilitia altera: quod gentis manliæ decreto cautū est:
ne quis deinde .m. manlius uocaretur. Hunc exitum habuit uir: nisi inli
bera ciuitate natus memorabilis. Populum breui postq; periculum ab eo nul
lum erat per se ipsas recordantem uirtutes desiderium eius tenuit. Pestilē
tia etiā breui consecuta nullis occurrentibus tante cladis causis ex manlia
no supplicio magnæ parti uideri orta. Violatum capitolium esse sanguine
seruatoris: nec dis cordi fuisse penam eius oblatam prope oculis suis: a quo
sua templa erepta manibus hostium essent. Pestilentiā inopia frugū & uul
gatam utriusq; mali famam anno insequente multiplex bellum excepit. l.
ualerio quartū. a. manlio tertiū. ser. sulpicio tertiū. l. lucretio. l. emilio ter-
tium. m. trebonio tribunis militū cōsulari potestate: hostes noui præter uul
scos uelut forte quadam prope in eternū exercendo romano militi datos
circeosq; & uelitras colonias iam diu molientes defectionem & suspectū latiū:
latinum etiā quæ fidelissima urbs fuerat subito exorti. Id patres rati cō-
temptu accidere: quod ueliternis ciuibus suis tam diu impunita defectio esset:

∴ dedissent: eam populo ro.

decreuerunt ut primo quoq; tempore ad populum ferretur de bello in-
dicendo. Ad quam militiā quo paratior plebs esset: quinq; uiros pomptino
agro diuidendo & triūuiros nepete coloniæ deducendæ creauerunt.
Tum ut bellum iuberent latum ad populum est. Et nequicq̄ dissuadē-
tibus tribunis pl. omnes tribus bellum iusserunt. Apparatum eo an-
no bellum est: exercitus propter pestilentiā nō eductus. Eaq; cunctatio
colonis spatium dederat deprecandi senatum: & magna pars hominū
eo ut legatio supplex romam mitteretur inclinabat: ni priuato ut
fit periculo publicum implicatum esset: auctoresq; defectionis a roma-
nis metu ne soli criminis subiecti piacula ire romanorum dederētur:
auertissent colonias a consiliis pacis. Neq; in senatu solum per eos lega-
tio impedita est: sed magna pars plebis incitata: ut prædatum in agrū
romanum exirent. Hæc noua iniuria exturbauit omnem spē pacis.
De prenestinorum quoq; defectione eo anno primum fama exorta: ar-
guentibusq; eos tusculanis & gabinis & lauicanis, quorum in fines incur-
satum erat: ita placide a senatu responsum est: ut minus credi de cri-
minibus quia nollent ea uera esse: appareret. Insequenti anno spurius
& .l. papirius noui tribuni militum consulari potestate uelitras legio-
nes duxere: Quatuor collegis ser: cornelio malugineńse tertiū. q. ser-
uio. c. sulpicio. l. emilio quartū tribunis ad presidium urbis & siqui ex
etruria noui motus nuntiarentur: omnia enī inde suspecta erant: reli-
ctis. Ad uelitras aduersus maiora auxilia prenestinorum: q̄ ipsam co-
lonorum multitudinem secundo prelio pugnatum est: ita ut propi-
quitas urbis hosti & causa maturioris fugæ & unum ex fuga receptacu-
lum esset. Opidi oppugnatione tribuni abstinuere: quia & anceps erat:
nec in pernitiem coloniæ pugnandum censebant. Literæ romā ad se-
natum cum victoriæ nuntiis: acriores in prenestinū hostem q̄ in ueli-
ternum missæ. Itaq; ex senatusconsulto populi iussu bellum prenesti-
nis indictum: qui coniuncti uulscis anno insequente satricū coloniam
populi .r. pertinaciter a colonis defensam ui expugnarunt: fedeq; in
captos exercuere victoriam. Eam rem egre passi romani .m. furiū ca-
millum sextū tribunū militum creauere: addito collegæ .a. & .l. postu-
mii regiliensis: ac .l. furius cum .l. lucretio & .m. fabio ambusto. Vulscū
bellum .m. furio extra ordinem decretum. Adiutor ex tribunis sorte
.l. furius datur: non tam é re. p. q̄ ut collegæ materia ad omnem laudē
esset: & publice quod rem temeritate eius prolapsam restituit: & priua-

tim. quod ex errore gratiam potius eius sibi: q̃ suam gloriã petit. Exa-
cte iam ætatis camillus erat: comitiisq; iurare parato in uerba excusan
de ualitudinis solite consensus populi restiterat. Sed uegetum ingeniũ
in uuuido pectore uigebat. Virebat quoq; integris sensibus & ciuiles iam
res haud magnopere obeuntem bella excitabant. Quatuor legionib;
quaternũ miliũm scriptis exercitu indicto ad portam exquilinã in
posterum diem ad satricum profectus. Ibi cum expugnatores colonie
haud quaq̃ perculsi fidentes militum numero, quo aliq̃tum prestabãt
operiebantur. Postq̃ appropinquare romanos senserunt: extemplo in
aciem procedunt: nihil dilaturi quin periculum summæ rerũ faceret.
Ita paucitati hostium nihil artes imperatoris unici, quibus solis confide- ^ certum nisi
rent, profuturas esse. Idem ardor & in romano exercitu erat & in alte
ro duce. Nec presentis dimicationis fortunam ulla res preter q̃ uniusq;
uiri consilium atq; imperium morabatur: qui occasionẽ iuuandarũ
rationẽ uirium trahendo bello querebat. Eo magis hostis instare: nec
iam pro castris tantum suis explicare aciem: sed procedere in mediũ
campi & uallo prope hostium signa inferendo superbam fiduciã uirũ
ostentare. Id egre patiebatur romanus miles: multo egrius alter ex
tribunis militum. T. furius ferox cum ætate & ingenio: tum multitu
dinis ex incertissimo sumentis animos: spe inflatus. Hic per se iam mi
lites incitatos insuper instigabat eleuando qua una poterat ætate au
ctoritatem collegæ: iuuenibus bella data dictitans: & cum corporib;
uigere & deflorescere animos: cunctatorem ex acerrimo bellatore
factum: Et qui aduenienſ castra urbesq; pruno impetu rapere sit soli
tus: eum residem intra uallum tempus terere: quid accessurum suis
decessurumue hostium uiribus sperantem: quam occasionem: quod
tempus: quem insidiis instruentem locum: Frigere ac torpere senis
consilia: Sed camillo cum uite satis, tum gloriæ esset: quid attinere eũ
mortali corpore uno ciuitatis quam immortalem esse deceat, pati cõ
senescere uires. His sermonibus tota in se auerterat castra: & cum om
nibus locis posceretur pugna. Sustinere inquit m. furi non possumus
impetum militũ: & hostis cuius animos cunctando auximus iam mini
me tolleranda superbia insultat. Cede unus omnibus: & patere te uin
ci consilio: ut maturius bello uincas. Ad ea camillus: quæ bella suo uni
auspicio gesta ad eam diem essent: negare in eis neq; se neq; populũ r. aut
consilii sui aut fortunæ penituisse. Nunc scire se collegam habere iure

imperioq; parem uigore ætatis præstantem. Itaq; se quod ad exercitū attineat regere consuesse: non regi: collegæ imperium se non posse impedire: Diis bene uiuantibus ageret quod é re.p. duceret. Etatis suæ se uenia etiā petere: ne in prima acie esset. Quæ senis munia in bello sint: his se non defuturum. Id á diis immortalibus precari: ne quis casus suum consilium laudabile efficiat. Nec ab hominibus salutaris sententia: nec a diis tam pie preces audite sunt. Primam aciem auctor pugnæ instruit: subsidia camillus firmat: ualidamq; stationem pro castris opponit. Ipse edito loco spectator intentus in euentum alieni consilii constitit. Simul primo concursu cōcrepuere arma: hostis dolo non metu pedem retulit. Lenis a tergo cliuus erat inter aciem & castra: & quod multitudo suppeditabat aliquot ualidas cohortes in castris armatas instructasq; reliquerant, quæ inter commissum iā certamen, ubi uallo appropinquasset hostis erumperent. Romanus cedentem hostem effuse sequendo in locum iniquum pertractus oportunus huic eruptioni fuit. Versus itaq; in victorem terror & nouo hoste & supina uallis romanam inclinauit aciem. Instant uulsei recentes qui é castris impetū fecerant. Integrant & illi pugnam, qui simulata cesserant fuga. Iam nō recipiebat se romanus miles: sed immemor recentis ferocie ueterisq; decoris terga passim dabat: atq; effuso cursu castra repetebat. Cum camillus sublatus a circūstantibus in equum & raptim subsidiis oppositis: Hæc est inquit milites pugna, quam poposcistis? Quis homo, quis deus est quem accusare possitis? Vestra illa temeritas, uestra ignauia hæc est. Secuti alium ducem sequimini nunc camillum: & quod ductu meo soletis uincite. Quid uallum & castra spectatis? neminem uestrum illa nisi victorem receptura sunt. Pudor primo tenuit effusos: inde ut circūagi signa obuertiq; aciē uiderunt in hostem: & dux preter q̄ quod tot insignis triumphis etiā ætate uenerabilis inter prima signa, ubi plurimus labor periculumq; erat se offerebat: increpare singuli se quisq; & alios & adhortatio inuicem tot militum acri clamore peruasit aciem. Neq; alter tribunus rei defuit: sed missus a collega restituente peditum aciem ad equites non castigando, ad quam rem leniorem eum auctorem culpe societas fecerat: sed ab imperio totus ad preces uersus orare singulos uniuersosq; ut se reum fortunæ eius diei crimine eximerent: Abnuente ac prohibente collega temeritatis me potius socium omnium: q̄ unius prudentiæ dedi. Camillus in utraq; uita fortuna suam gloriam uidet. Ego ni restituatur pugna, quod miserrimū est fortunam cum omnibus, infamiam solum sentiam. Optimum uisū est:

. in fluctuante.

in fluctuantem aciem tradi equos & pedestri pugna inuadere hostem. Eui
insignes armis animisq; qua premi parte maxime peditum copias uidet:
nihil neq; apud duces neq; apud milites remittitur animi. Sensit ergo eui
tus uirtutis enixe opem. Et uulsci qua modo simulato metu cesserat: ea in
ueram fugam effusi. Magna pars & in ipso certamine & post in fuga cesi.
Ceteri in castris quae capta eodem impetu sunt: plures tamen capti q̃ occi-
si. Vbi in recensendis captiuis cum tusculani aliquot noscitarentur: secreti
a aliis ad tribunos adducuntur: percontantibusq; fassi publico consilio se
militasse. Cuius tam uicini belli metu camillus motus extemplo se ro-
mam captiuos ducturum ait: ne patres ignari sint tusculanos a societate
descisse. Castris exercituq; interim si uideatur presit collega. Documento
unus dies fuerat: ne sua consilia melioribus preferret: nec tamen aut ip-
si aut in exercitu cuiq̃ satis placato animo laturis culpam eius uideba-
tur: qua data in tam precipitem casum res. p. esset. Et cum in exercitu
tum romae constans omnium fama erat: cum uaria fortuna in uulsci
gesta res esset: aduersae pugnae fugae in. l. furio culpam: secundae decus
omne penes. m. furium esse. Introductis in senatum captiuis cum bello p
sequendos tusculanos patres censuissent: camilloq; id bellum mandassent:
adiutorem sibi ad eam rem unum petit: permissoq; ut ex collegis optaret
quem uellet: Contra spem omnium. l. furium optauit. Qua moderatio-
ne animi cum collegae leuauit infamia: tum sibi gloriam ingentem pe-
perit. Nec fuit cum tusculanis bellum: pace constantium romana ar-
guerunt quam armis non poterant. Intrantibus fines romanis non de-
migratum ex propinquis uiaeris locis: non cultus agrorum intermissus
patentibus portis urbis togati obuiam frequentes imperatoribus proces-
sere. Commeatus exercitui comiter in castra ex urbe & ex agris deue-
hitur. Camillus castris ante portas positis: eadem ne forma pacis quae in
agris ostentaretur etia intra menia esset scire cupiens ingressus urbem,
ubi patentes ianuas & tabernis apertis proposita omnia in medio uidit
intentosq; opifices suo quenq; operi & ludos litterarui strepere discentiui
uocibus: ac repletas semitas inter uulgus aliud puerorum & mulierui huc
atq; illuc euntium. qua quenq; suorum usuum causae ferrent: nihil usq̃ no
pauidis modo: sed ne mirantibus quidem simile circuspiciebat: omnia in-
quirens oculis ubina bellum esset: Adeo nec amote rei usq̃ nec oblate ad
tempus uestigium ullum erat: sed ita omnia constanti tranquillaq; pace:
ut eo uix fama belli perlata uideri posset. Victus igitur patientia hostiui

senatum eorum uocari iussit. Soli adhuc inqt tusculani uera arma
uerasq uires quibus ab ira romanorum uestra tutaremini inueni
stis. Ite romam ad senatum: existimabunt patres: utrum plus ante pe-
nae: an nunc ueniae meriti sitis: Non preripiam gratiam publici benefi
cii: deprecandi potestatem a me habueritis: precibus euentum uestris
senatus quem uidebitur dabit. Postq romam tusculani uenerunt: sena
tusq paulo ante fidelium fidelium sociorum mestus in uestibulo est co
spectus: moti extemplo patres uocari eos iam tum hospitaliter magis
q hostiliter iussere. Dictator tusculanus ita uerba fecit. Quibus bellu
indixistis intulistisq patres.c. sicut nunc uidetis nos stantes in uestibulo
curiae uestre: ita armati paratiq obuiam imperatoribus legionibusq
uestris processimus: hic noster: hic plebis nostre habitus fuit eritq sepe
nisi quando a uobis aut pro uobis arma acceperimus. Gratias agimus &
ducibus uestris & exercitibus: quod oculis magis q auribus crediderunt:
& ubi nihil hostile erat: ne ipsi quidem fecerunt. Pacem. quam nos pre
stitimus: eam a uobis petimus. Bellum eo sicubi est auertatis precamur.
In nos quid arma uestra polleant: si patiendo experiundum est: inermes
experiemur. Haec mens nostra est: dii immortales faciant: tam felix q
pia. Quod ad crimina attinet: quibus moti bellum indixistis: & si reui
cta rebus confutare nihil attinet: tam & si uera sint: uel fateri nobis ea
cum iam euidenter penituerit tutum censemus: peccetur in uos dum di
gni sitis: quibus ita satisfiat. Tantum fere uerborum a tusculanis facti:
pacem in presentiarum nec ita multo post ciuitatem etiam impetraue
runt. A tusculo legiones reducte. Camillus consilio & uirtute in uul
sco bello: felicitate in tusculana expeditione: utrobiq singulari aduer
sus collegam patientia & moderatione insignis magistratu abiit. Crea
tis tribunis militum in sequentem annum. l. & .p. ualerius. l. quintio ter
tium. c. sergio tertium. licinio menenio secundu. p. papirio. ser. corne
lio maluginense. Censoribus quoq equit annus: maxime propter ice
tam famam eris alieni: Aggrauantibus summam etiam inuidie eius tri
bunis pl. cum ab his eleuaretur: quibus fide magis q fortuna debentiu
laborare creditum uideri expediebat. Creati censores.c. sulpicius came
rinus. sp. postumius regiliensis: ceptaq res morte postumii quia collega
suffici censori religio erat interpellata est. Igitur cum sulpicius abdicas
set se magistratu: censores alii uitio creati non gesserant magistratum.
Tertio creari uelut diis non accipientibus in eum annu censuram religio

sum fuit. Eam uero ludificationem plebis tribuni ferendum negabant.
Fugere senatum testes: tabulas publicas: census cuiusq: quia nolint cospici
summam eris alieni, quae indicatura sit demersam partem a parte ciui-
tatis. Cum interim oberatam plebem obiectam aliis atq, aliis hostibus pas-
sim iam sine ullo discrimine bella queri: Ab antio satricum: a satrico
uelitras: inde tusculum legiones ductas. Latinis hernicis prenestinis iam
intentari arma ciuium magis q̃ hostium odio: ut in armis terant plebē:
nec respirare in urbe: aut per ocium libertatis meminisse sinant: aut co
sistere in contione: ubi aliquando audiant uocem tribunitiam de leuā
do fenore & fine aliarum iniuriarum agentem. Quod si sit animus ple-
bis memor patrum libertatis: se nec addici quenq̃ ciuem romanū obere
ditam pecuniam passuros: neq, delectum haberi: donec inspecto ere alie-
no iniraq, ratione minuendi eius sciat unusquisq, quid sui, quid alieni
sit: Superest liberum corpus: an id quoq, neruo debeatur. Merces seditio
nis proposita confestim seditionem excitauit. Nam & addicebantur mul
ti: & ad prenestini famam belli nouas legiones scribendas patres censue
rant. Quae utraq, simul auxilio tribunitio & consensu plebis impediri cep
ta. Nam neq, duci addictos tribuni sinebant: neq, iuniores nomina da
bant. Cum patribus minor presens cura credite pecuniae iuris exequen
di: q̃ delectus esset: quippe iam a preneste profectos hostes in agro sabino
consedisse nuntiabatur. Iterum tribunos pl. fama ipsa irritauerat magis
ad susceptum certamen: q̃ deterruerat. Neq, aliud ad seditionē extigue-
dam in urbe: q̃ prope illatum menibus ipsis bellum ualuit. Nam cum
esset prenestinis nuntiatum: nullum excercitum coscriptum romae: nulli
ducem certum esse: patres ac plebem insemet ipsos uersos: occasionem ra
ti duces eorū raptim agmine facto peruastatis agris ante portā collina
signa intulere. Ingens in urbe trepidatio fuit: conclamatum ad arma
concursumq, ad muros atq, portas est: tandemq, a seditione ad bellum
uersi dictatorem .t. quintium cincinnatum creauere. Is magistrū equi
tum .a. sempronium atratinum dixit. Quod ubi auditum est: tantus ei
magistratus terror erat: simul hostes a menibus recessere & iuniores ro
mani ad edictum sine detrectatione conuenere. Dum conscribitur ro
mae excercitus: castra interim haud procul flumine allia posita. Inde agrū
late populantes fatalem se urbi romanae locum cepisse inter se iactabāt.
Similem pauorem inde ac fugam fore, quae bello gallico fuerat. Et eni
si diem contactum religione insignemq, nomine eius loci timeāt romani

28.

q̃to magis allienſi die alliam ipſam monumentum tante cladis reformida
turos. Species profecto hic ſibi truces gallorum ſonumq; uocis in oculis atq;
auribus eſſe. Haſ inanium rerum inanes ipſas uoluentes cogitationes fortu
nae loci delegauerant ſpes ſuas. Romani contra: ubicunq; eſſet latinus ho
ſtis: ſatis ſcire eum eſſe: quem ad regillum lacum deuictum centũ anno
rum pace obnoxia tenuerint. Locum inſignem memoria cladis urrita
turum ſe potius ad defendam memoriam dedecoris: q̃ ut timorem faciat,
ne qua terra ſit nefaſta uictoriae ſuae. Quin ipſi ſibi galli ſi offerantur il
lo loco: ſe ita pugnaturos: ut romae pugnauerint in repetenda patria.
ut postero die ad gabios tunc cum effecerint: ne quis hoſtis qui menia
romana intraſſet nuntium ſecundae aduerſeue fortunae domum per
ferret. His utrinq; animis ad alliam uentum eſt. Dictator romanus poſtq̃
in conſpectu hoſtes erant inſtructi intentiq;. Videſ tu inqt. a. ſempronio lo
ci fortuna illos fretos ad alliam conſtituiſſe: nec illis dii immortales cer
tioris quicq̃ fiduciae maioriſue quod ſit auxilii dederint. At tu fretus
animis armiſq; concitatis equis inuade mediam aciem. Ego cum legioni
bus in turbatos trepidanteſq; inferam ſigna. Adeſte dii teſtes federis: & ex
petite penas debitas ſimul uobis uiolatis nobiſq; per ueſtrum numen decep
tis. Non equitem non peditem ſuſtinuere prenestini. Primo impetu ac
clamore diſſipati ordines ſunt. Deinde poſtq̃ nullo loco cõſtabat acies ter
ga uertunt: conſternatiq; & praeter caſtra etiam ſua pauore perlati non
prius ſe ab effuſo curſu ſiſtunt: q̃ in conſpectu preneſte fuit. Ibi ex fuga
diſſipati locum quem tumultuario opere communiuerant capiunt: ne ſi
intra menia ſe recepiſſent: extemplo ureretur ager: depopulatiſq; omni
bus obſidio urbi inferretur. Sed poſtq̃ direptis ad alliam caſtris uictor ro
manus aderat: id quoq; munimentum relictum & uix menia tuta rati opi
do ſe preneſte includunt. Octo praeterea opida erant ſub ditione prene
ſtinorum. Ad ea circũlatum bellum: deincepſq; haud magno certamine
captis: uelitiaſ exercitus ductus: haec quoq; expugnate. Tum ad caput belli
preneſte uentum. Id non ui: ſed per deditionem receptum eſt. T. quintius
ſemel acie uictor binis caſtris hoſtium nouem opidis ui captis preneſte in
deditionem accepto romam reuertit: triumphanſq; ſignum preneſte de
uectum iouis imperatoris in capitolium tulit: dedicatum eſt inter cellã
iouis ac minerue: tabulaq; ſub eo fixa monumentum rerum geſtarũ his
ferme inciſa litteris fuit. Iupiter atq; diui omnes hoc dederunt: ut. t. qn
tius dictator opida nouem caperet. Die uigeſimo q̃ creatus erat dictatura

se abdicauit. Comitia inde habita tribunorum militum cōsulari potesta-
te quibus æquatus patritiorum plebeiorumq; numerus. Ex patribus crea-
ti. p. & . c. manlii cum. l. iulio: plebs. c. sextilium. m. albinū. l. antistiū de-
dit. Manlius quod genere plebeios gratia iuliū anteibant uulsci prouīcia
sine sorte sine comparatione extra ordinem data: cuius & ipsos postmo-
dum & patres qui dederant penituit. Inexplorato pabulatum cohor-
tes missæ: quibus uelut circūuentis cum id falso nuntiatum esset: dum p̄
sidio ut essent citati feruntur: ne auctore quidem obseruato qui eos ho-
stis latinus pro milite romano frustratus erat: ipsi in insidias precipitaue
re. Ibi dum iniquo loco sola uirtute militum restantes cædunt cædun-
turq;: castra interim romana iacentia campo ab altera parte hostes inua
sere. A⁶ ducibus utrobiq; prodite temeritate atq; inscitia res: quicqd super
fuit fortune populi. r. id militum etiam sine rectore stabilis uirtus tutata
est. Quæ ubi romam sunt relata: primum dictatorem dici placebat. Dein
de postq̄ quiete res ex uulscis afferebantur: & apparuit nescire eos victo
ria & tempore uti: reuocati etiam inde exercitus ac duces: ocium q; dein
de q̄tum a uulscis fuisset: id modo extremo anno tumultuatū: quod pre
nestini concitatis latinorum populis rebellarunt. Eodem anno etiā ipsis
querentibus penuriam hominum noui coloni adscripti. Rebus haud p
speris bello domestica quies quam tribunorū militū ex plebe gratia ma
iestasq; inter suos obtinuit solatium fuit. Insequentis anni principia stati
seditione ingenti arsere tribunis militum consulari potestate sp. furio
.q. seruilio. .ii. licinio menenio tertiū. p. cloelio. m. horatio. l. geganio. Erat
autē & materia & causa seditionis æs alienum: cuius noscendi gratia sp. ser-
uilius priscus. p. cloelius siculus censores facti: ne rem agerent bello impe-
diti sunt. Nanq; trepidi nuntii primo: fuga deinde ex agris legiones uul-
scorum ingressas fines populariq; passim romanum agrum attulere. In q̄
trepidatione tantū abfuit: ut ciuilia certamina terror externus cohiberet:
ut contra eo uiolentior potestas tribunitia impediendo delectu esset: don
conditiones imposite a patribus ne quis quoad bellatum esset tributū da-
ret: aut ius de pecunia credita diceret. Eo laxamento plebi sumpto mora
delectui non est facta. Legionibus nouis scriptis placuit duobus exercitus in
agrum uulscum legionibus diuisis duci. Sp. furius. m. horatius dextrorsus
maritimam oram atq; antium. q. seruilius & m. geganius leua ad mōtes
ecetram perguntur: neutra parte hostis obuius fuit. Populatio itaq; non illi
uagæ similis quam uulscus latrocinii more discordia hostium fretus & uir-

31.

.: creatis

tutem metuens per trepidationem raptim fecerat: sed a iusto exerci
tu iusta ira facta. Spatio quoq temporis grauior: quippe a uulscis tum
tibus ne interim exercitus a roma exiret, incursiones in extrema fi
nium facte erant. Romano contra etiam hosti commorandi causa e
rat: ut hostem ad certamen eliceret. Itaq omnibus passim tectis agro
rum uicisq etiam quibusdam excustis non arbore frugifera non satis
inspem frugum relictis omniq quae extra menia fuit hominum pecu
dumq praeda abacta romam utrinq exercitus reducti. Paruo inter
uallo ad respirandum debitoribus dato postq quiete res ab hostibus erat
celebrari deintegro iurisdictio, & tantum abesse spes ueteris leuandi
fenoris: ut tributo nouum fenus contraheretur: in murum a censoribus
locatum saxo quadrato faciendum: cui succumbere oneri coacta plebs:
quia quem delectum impedirent non habebant tribuni pl. Tribunos
etiam militares patritios omnes coacta principum opibus fecit. l. emi
lium. p. ualerium quartum. c. ueturium. ser. sulpicium. l. & c. quintios
cincinnatos. Iisdem opibus obtinuere: ut aduersus latinos uulscosq q
coniunctis legionibus ad satricum castra habebant nullo impediente
omnibus iuniorib[us] sacramento adactis tres exercitus scriberet. Vnu
ad presidium urbis: alterum qui siqui alibi motus extitisset ad subita
belli mitti posset: tertium longe ualidissimum. p. ualerius & l. emilius
ad satricum duxere. Vbi cum aciem instructam hostium loco aequo in
uenissent: extemplo pugnatum. & ut non dum satis claram victoria,
sic prospere spei pugnatum: imber ingentibus procellis fusus diremit.
Postero die iterata pugna & aliq diu aequa uirtute fortunaq latinae ma
xime legiones longa societate militiam romanam edocte resistebat. Eqs
immissus ordines turbauit: turbatis signa peditum illata: quumq ro
mana se inuexit acies tantum hostes gradu dimoti. Et ut semel incli
nauit pugna: iam intolerabilis romana uis erat: fusi hostes cum satri
cum, quod duo milia inde aberat non castra peterent: ab equite ma
xime caesi: castra capta direptaq. Ab satrico nocte quae prelio proxi
ma fuit fugae simili agmine petiunt antium. Et cum romanus exer
citus prope uestigiis sequeretur: plus tamen timor: q ira celeritatis ha
buit. Priusitaq menia intrauere hostes: q romanus extrema agminis
capere aut morari posset. Inde aliquot dies uastando agro absumpti
nec romanis satis instructis apparatu bellico ad menia aggrediendas:
nec illis ad subeundum pugnae casum. Seditio tum inter antiates lati

nosq; coorta: cum antiates uicti malis subactiq; bello in quo & nati erat
& consenuerant dedictionem spectarent. Latinos ex diutina pace no
ua defectio recentibus adhuc animis ferociores ad perseuerandum in
bello faceret: finis certaminis fuit. Postq; utrisq; apparuit: nihil peral
teros stare: quo minus incepta persequerentur: latini profecti ab socie
tate pacis ut rebantur inhoneste se se uindicauerunt. Antiates inco
modis arbitris salutarium consiliorum remotis urbem agrosq; roma
nis dedunt. Ita & rabies latinorum quod nec romanos bello ledere,
nec uulscos in armis retinere potuerant eo erupit: ut latricū urbem
quæ receptaculum primum eis aduersæ pugnæ fuerat igni concrema
rent: nec aliud tectum eius superfuit urbis: cum faces pariter sacris pro
fanisq; inicerent: q; matris matute templum. Inde eos nec sua religio
nec uerecundia deum arcuisse dicitur: sed uox horrenda edita templo
cum tristibus minis: ni nefandos ignes procul delubris amouisset. Incen
sos ea rabie impetus tusculum tulit ob iram quod deserto communi co
silio latinorum non in societatem modo romanam: sed etiā in ciuitate
se dedissent: patentibus portis cum improuiso incidissent: primo clamo
re opidum preter arcem captum est. In arcem opidani refugere cū con
iugibus ac liberis: nuntiosq; romam qui certiorem de suo casu senatum
facerent misere. Haud segnius q; fide populi r. dignum fuit exercitus
tusculum ductus. L. quintius & sergius sulpicius tribuni militū duxere.
C Clausas portas tusculi latinosq; simul obsidentium atq; obsessorum animo
hinc menia tusculi tueri uident: illinc arcem oppugnare: terrere una
ac pauere. Aduentus romanorum mutauerat utriusq; partis animos:
tusculanos ex ingenti metu in summam alacritatem: latinos ex prope
certa fiducia mox capiendæ arcis qm opido potirentur in exiguam de
se ipsis spem uerterat. Tollitur ex arce clamor a tusculanis: excipitur
aliq;to maior ab exercitu romano. Vtrinq; urgentur latini: nec impet
tusculanorū decurrentium ex superiore loco sustinent: nec romanos
subeuntes menia molientesq; obices portarū arcere possunt. Scalis prius
menia capta. Inde effracta claustra portarum. Et cum anceps hostis &
a fronte & a tergo urgeret: nec ad pugnam ulla uis, nec ad fugā loci
quicq; superesset: in medio cesi ad unum omnes. Recuperato ab hosti
bus tusculo exercitus romam est reductus. Q;to magis prosperis eo an
no bellis tranquilla omnia foris erant: tanto in urbe uis patrū in dies
miseriæq; plebis crescebant: cum eo ipso, quod necesse erat solui facultas

34.

soluendi impediretur. Itaq; cum iam ex re nihil dari posset: fama & cor
pore iudicati atq; addicti creditoribus satisfaciebant: pena inuicem fidei
cesserat. Adeo ergo obnoxios submiserant animos non infimi solu, sed pn
cipes etiam plebis: ut non modo ad tribunatum militum inter patritios
petendum: sed ne ad plebeios quidem magistratus capessendos petendosq;
ulli uiro acri experientiq; animus esset. Possessionem honoris usurpati mo
do a plebe per paucos annos recuperasse in perpetuum patres uiderentur.
Ne id nimis letum parti alteri esset: parua ut plerunq; solet rem ingentem
moliendi causa interuenit. m. fabii ambusti potentis uiri cum inter sui
corporis homines, tum etiam ad plebem, quod haud quaq̃ inter id gen'
contemptor eius habebatur. Filiae duae nuptae: seruio sulpicio maior, mi
nor. c. licinio stoloni erat illustri quidem uiro, tamen plebeio. Eaq; ipsa
affinitas haud spreta gratiam fabio ad uulgus quesierat. Forte ita inci
dit: ut in seruii sulpicii tribuni militum domo sorores fabiae cum inter
se ut fit sermonibus tempus tererent. lictor sulpicii cum is de foro se do
mum reciperet: forem ut mos est uirga percuteret. Cum ad id moris
eius insueta expauisset minor fabia. risui sorori fuit miranti id ignora
re sororem. Ceterum is risus stimulos paruis mobili rebus animo muliebri
subdidit: frequentia quoq; prosequentium rogantiumq; nunqd uel
let: credo fortunatius matrimonium ei sororis uisum: suiq; ipsam malo ar
bitrio quo a proximis quisq; minime anteri uult penituisse. Confusam eā
ex recenti morsu animi cum pater forte uidisset: percontatus satin salue:
auertentem causam doloris quippe nec satis piam aduersus sorore nec sa
tis in uirum honorificam: elicuit comiter sciscitando: ut fateretur eam
esse causam doloris quod iuncta impari esset: nupta in domo quam nec
honos nec gratia intrare posset. Consolans inde filiam ambustus: bonū ani
mum habere iussit: eosdem prope diem domi uisura bonores quos apd
sororem uideat. Inde inire consilia cum genero cepit: adhibito. l. sestio
strenuo adolescente: & cuius spei nihil preter genus patritiū deesset. Occa
sio uidebatur rerum nouandarum propter ingentem uim eris alieni: cu
ius leuamen mali plebs nisi suis in summo imperio locatis nullum spera
ret. Accingendum cogitationem esse conando agendoq;. Iam eo gradū
fecisse plebeios: unde si porro annitantur: peruenire ad summa & patribus
equari tam honore q̃ uirtute possent. In presentia tribunos pl. fieri placuit:
quo in magistratu sibi met ipsi uiam ad ceteros honores aperirent. Creatiq;
tribuni. c. licinius & l. sestius promulgauere leges omnes aduersus opes pa

tritiorum & pro commodis plebis. Vnam de ere alieno: ut deducto eo de
capite quod usuris pernumeratum esset: id quod superesset triennio equis
portionibus persolueretur. Alteram de modo agrorum: ne quis plus .d. iuge-
ra agri possideret. Tertiam: ne tribunorum militum comitia fierẽt. Consu-
lum utiq; alter ex plebe crearetur. Cuncta ingentia: & que sine certamine
maximo obtineri non possent. Omnium igitur simul rerum quarũ immo-
dica cupido inter mortales est: agri pecunie: honorum discrimine propo-
sito conterriti patres cum trepidassent publicis priuatisq; consiliis nullo re-
medio alio preter expertam multis iam ante certaminibus intercessio
nem inuento: collegas aduersus tribunitias rogationes comparauerunt. Qui
ubi tribus ad suffragium ineundum citari a licinio sestioq; uiderunt: stipa-
ti patrum presidiis nec recitari rogationes nec solemnis quicq̃ aliud pre-
cipiendum plebi fieri passi sint. Iamq; frustra concilio aduocato cum pro an-
tiquatis rogationes essent. Bene habet inqt sestius quandoqdem tantũ inter
cessionem pollere placet: isto ipso telo tutabimur plebem. Agite dum comi-
tia indicite patres tribunis militum creandis: faxo ne iuuet ista uox: ueto.
quam nunc concinentes collegas nostros tam leti audistis. Haud irrite ceci-
dere minae. Comitia preter edilium tribunorumq; pl. nulla sunt habita.
Licinius sestiusq; tribuni pl. refecti: nullos curules magistratus creari passi sũt.
Eaq; solitudo magistratuum & plebe reficiente duos tribunos & his comitia
tribunorum militum tollentibus per quinquennium urbem tenuit. Alia
bella oportune quieuere. Veliterni coloni gestientes ocio quod nullus exer-
citus romanus esset: & agrum romanum aliquotiens incursauere: & tusci-
lum oppugnare adorti sunt. Eaq; res tusculanis ueteribus socis nouis ciui-
bus orantibus opem uerecundia maxime non patres modo sed etiã plebẽ
mouit. Remittentibus tribunis plebis comitia per interregem sũt habita.
Creatiq; tribuni militum. l. furius. a. manlius. ser. sulpicius: sergius cornelius.
.a. & .c. ualerii. Haud quaq̃ tam obedientem in delectu: q̃ in comitiis plebẽ
habuere: ingentiq; contentione exercitu scripto profecti non a tusculo mo-
do submouere hostem: sed intra sua met ipsum menia compulere. Obside-
banturq; haud paulo ui maiore uelitre: q̃ tusculum obsessum fuerat: nec ta-
men abeis a quibus obsideri cepte erant expugnari potuere. Ante noui
creati sunt tribuni militum .q. sergius. a. ueturius. a. & .m. cornelii. c. qnti
.m. fabius. Nihil ne abhis quidem tribunis ad uelitras memorabile factũ.
In maiori discrimine domi res uertebantur. Nam preter sestium licinium q;
latores legum iam octauum tribunos pl. refectos: fabius quoq; tribunus mi-

litum stolonis socer: quarum legum auctor fuerat: earum suasorem se ha
ud dubium ferebat. Et cum octo ex collegio tribunorum pl. primo inter
cessores legum fuissent: quinq; soli erant: & ut ferme solent qui a suis de
seiscunt capti & stupentes animi uocibus alienis id modo quod domi pre
ceptum erat intercessioni suae pretendebant. Velitris in exercitu plebis
maximam partem abesse: In aduentum militum comitia differri de
bere: ut uniuersa plebs de suis commodis suffragium ferret. Sestius lici
niusq; cum parte collegarum & uno ex tribunis militum fabio artifices
iam tot annorum usu tractandi animos plebis primores patrum pro
ductos interrogando de singulis: quae ferebantur ad populum fatiga
bant: Auderent ne postulare: ut cum bina iugera agri plebi diuidere
tur: ipsos plus quingenta iugera habere liceret: Vt singuli prope trece
torum ciuium possiderent agros: plebeio homini uix ad tectum neces
sarium: aut locum sepulturae suis pateret ager: Aut placeret fenore
circũuentam plebem: ni potius q̃ sortem creditam soluat corpus in
neruum ac supplicia dare: & gregatim quotidie de foro addictos du
ci: & repleri uinctis nobiles domus: & ubicunq; patritius habitet ibi car
cerem priuatum esse: Haec indigna miserandaq; auditu cum apud
timentes sibimet ipsis maiore audientium indignatione: q̃ sua incre
puissent. Atq; nec agros occupandi modum nec fenore trucidandi ple
bem alium patribus unq̃ fore affirmabant: nisi alterum ex plebe con
sulem custodem suae libertatis plebs fecisset. Contemni iam tribunos pl.
quippe quae potestas iam suam ipsa uim frangat intercedendo: non
posse aequo iure agi: ubi imperium penes illos: penes se auxilium tantu
sit: Nisi imperio communicato nunq̃ plebem in parte pari rei .p. fore:
nec esse: quod quisq̃ satis putet: si plebeiorum ratio comitiis consularibo
habeatur: nisi alterum consulem uniq; ex plebe fieri necesse sit: nemi
nem fore: An iam memoria excisse: cum tribunos militum ideirco potius
q̃ consules creari placuisset: ut & plebeiis pateret summus honos: qua
tuor & quadragita annis neminem ex plebe tribunum militu creatu
esse: qui crederent: duobus ne in locis sua uoluntate impertituros ple
bi honorem: qui octona loca tribunis militum creandis occupare soliti
sint: & ad consulatum uiam fieri passuros: qui tribunatum septum ta
diu habuerint: Lege obtinendum esse: quod comitiis nequeat per
gratiam: & seponendum extra certamen alterum consulatu: ad quem
plebi sit aditus: qm̃ in certamine relictus premium semper potentioris

futurus sit. Nec iam posse dici id quod antea iactare soliti sint. Non es
se in plebeis idoneos uiros ad curules magistratus. Nun qui enim socor
dius aut segnius rem.p. administrare potest post.p. licinii calui tribu
natum, qui primus ex plebe creatus sit: q̃ per eos annos gesta sit quib̃
preter patritios nemo tribunus militum fuerit: quin patritios aliquot
damnatos post tribunatum: neminem plebeium. Questores quoq; sicut
tribunos militum paucis ante annis ex plebe ceptos creari: nec ullus eo
rum populum.r. peruiuisse. Consulatum superesse plebeis: eam esse ar
cem libertatis: id columen. Si eo peruentum sit: tum uero populum.r.
exactos urbe reges & stabilem libertatem suam existimaturum. Quippe
ex illo die in plebem uentura omnia quibus patritii excellant: imperi
um atq; honorem: gloriam belli: genus: nobilitatem: magna ipsis fruen
da: maiora liberis relinquenda. Huius generis orationes ubi accipi uide
re: nouam rogationem promulgant: ut pro duumuiris sacris faciendis
decemuiri creentur: ita ut pars ex plebe, pars ex patribus fiat: omniq̃
earum rogationum comitia in aduentum eius exercitus differunt: q̃
uelitras obsidebat. Prius circũactus est annus: q̃ a uelitris reducerentur
legiones. Ita suspensa de legibus res ad nouos tribunos militũ dilata: nã
plebis tribunos eosdem duos: utiq; quia legum latores erant plebs reficie
bat. Tribuni militum creati.t. quintius.ser. sulpicius.p. seruilius.l. papi
rius.l. ueturius. Principio statim anni ad ultimam dimicationem de
legibus uentum est. Et cum tribus uocarentur: nec intercessio collegay
latoribus obstaret: trepidi patres ad duo ultima auxilia summum im
perium summumq; ad ciuem decurrunt: dictatorem dici placet: dicit
.m. furius camillus. qui magistrũ equitum.l. emilii cooptat. Legũ quoq;
latores aduersus tantum apparatum aduersariorum & ipsi causa plebis
ingentibus animis armant concilioq; plebis indicto tribus ad suffragiũ
uocant: cum dictator stipatus agmine patritiorũ plenus ire minarũq;
consedisset atq; ageretur res solito primum certamine inter se tribu
norum pl. ferentium legem intercedentiumq: & q̃to iure potentior
intercessio erat: tantũ uinceretur fauore legum ipsarũ latorũq: & uti
rogationes prime tribus dicerent. Tum camillus Quandoqdem inq̃t
quir: iam uos tribunitia libido nõ potestas regit: & intercessione seditio
ne quondam plebis partam uobis eadem ui facitis irritam qua pepe
ristis: non rei.p. magis uniuerse: q̃ uestra causa dictator intercessioni uestre
adero: euersumq; uestrum auxilium imperio tutabor: Itaq; si.c. licinius

∴ decus

&.l. sestius intercessioni collegarum cedunt: nihil patritiũ magistratũ
inseram concilio. Si aduersus intercessionem tanq̃ capte ciuitati lege im-
ponere tendent: uim tribunitiam a se ipsa dissolui non patiar. Aduersus
ea cum contemptum tribuni pl. rem nihilo segnius peragerent: tum per-
citus ira camillus lictores qui de medio plebem emouerent misit: & ad-
didit minas: Si pergerent: sacramento omnes iuniores adacturũ exer-
citumq; extemplo ex urbe educturum. Terrorem ingentem incusserat
plebi: ducibus plebis accendit magis certamine animos: q̃ minuit. Sed
re neutro inclinata magistratu se abdicauit: seu quia uitio creatus erat:
ut scripsere quidam: seu quia tribuni pl. tulerunt ad plebem: idq; plebs
sciuit: ut si .m. furius pro dictatore quid egisset. d. miliũ ei mulcta esset.
Sed auspicis magis q̃ noui exempli rogatione deterritũ ut potius credam.
cum ipsius uiri facit ingenium: tum quod ei suffectus est extemplo .p. man-
lius dictator: quem quid creari attinebat ad id certamen quo .m. furius
uictus esset? Et quod eundem .m. furium dictatorem insequens annus an-
nus: haud sine pudore certe fractum priore anno in se imperiũ repeti
turum: Simul quod eo tempore: quo promulgatum de mulcta eius tradi
tur: aut & huic rogationi qua se in ordinem cogi uidebat obsistere potuit:
aut ne illas quidem propter quas & hæc lata erat impedire. Et quod usq;
ad memoriam nostram tribunitiis consularibus certatum uiribus est: di-
ctature semper altius fastigium fuit. Inter priorem dictaturam abdica
tam nouamq; a manlio initam a tribunis uelut per interregnum conci
lio plebis habito apparuit que ex promulgatis plebi que latoribus gratio
ra erant. Nam de fenore atq; agro rogationes iubebant: de plebeio con
sule antiquabant. Et perfecta utraq; res esset: ni tribuni se in omnibus si
mul consulere plebem dixissent. P. manlius deinde dictator rem incau
sam plebis inclinauit: c. licinio qui tribunus pl. fuerat magistro equitum
de plebe dicto. Id egre patres passos accipio: dictatorem propinqua co
gnatione licinii se apud patres excusare solitum: Simul negantem magi
stri equitum maius q̃ tribuni consularis imperium esse. Licinius sestiusq;
cum tribunorũ pl. creandorũ indicta comitia essent: ita se gerere: ut ne
gando iam sibi uelle continuare honorem acerrime accenderet ad id
quod dissimulandum putabant plebem. Nouum se annum iam uelut
in aciem aduersus optimates maximo priuatim periculo nullo publice
emolumento stare. Consenuisse se secum & rogationes promulgatas & ui
omnem tribunitiæ potestatis: primo intercessione collegarũ in leges suas

pugnatum esse: deinde ablegatione iuuentutis ad ueliternum bellum.
Postremo dictatorium fulmen in se intentatum. Iam nec collegas nec bel
lum nec dictatorem obstare: quippe qui etiam nomen plebeio consuli ma
gistrum equitum ex plebe dicendo dederit. Sed ipsam plebem & commo
da morari sua: liberam urbem ac forum a creditoribus: liberos agros abin
iustis possessoribus extemplo si uelit habere posse. Que munera quando
tandem satis grato animo extimaturos? Si inter accipiendas de suis cōmo
dis rogationes spem honoris latoribus earum incidant? Non esse modestie
populi r. id postulare: ut ipse fenore leuetur: & in agrum iniuria possessū
a potentibus inducatur: per quos ea consecutus sit: senes tribunitios nō si
ne honore tantū: sed etiam sine spe honoris relinquat. Proinde ipsi p̄mū
statuerent apud animos quid uellent: Deinde comitiis tribunitiis declara
rent uoluntatem. Si coniunctē ferre abse promulgatas rogationes uellēt:
esse quod eosdem reficerent tribunos pl. perlaturos enim que promulga
uerint. Si quod cuiq; priuatim opus sit: id modo accipi uelint: opus nihil
esse inuidiosa continuatione honoris. Nec se tribunatum nec illos ea que
promulgata sint habituros. Aduersus tam obstinatam orationem tribu
norum cum pre indignitate rerum stupor silentiumq; inde ceteros patrū
defixisset: appius claudius crassus nepos decemuiri dicitur odio magis iraq;
q̄ spe ad dissuadendum processisse: & locutus in hanc fere sententiam esse.
Neq; nouum, neq; inopinatum mihi sit quir: si quod unum familie nostre
semper obiectum est a seditiosis tribunis: id nunc ego quoq; audiā; claudie
gentis iam inde ab initio nihil antiquius in re.p. patrum maiestate fuisse:
semper plebis commodis aduersatos esse: quorū alterū neq; nego neq; infi
cias eo. Nescio ex quo adsciti sumus simul in ciuitatem & patres enixe ope
ram dedisse: ut per nos aucta potius q̄ imminuta maiestas earū gentium,
inter quas nos esse uoluistis dici uere posset. Illud alterū pro me maiori
busq; meis contendere ausim quir: nisi que pro uniuersa re.p. fiant: ea ple
bi tanq̄ aliam incolenti urbem aduersa quis putet: nihil nos neq; priuatos
neq; in magistratibus quod incommodum plebi esset scientes fecisse: nec ul
lum factum dictum ue nostrum contra utilitatem uestram: & si quedam
contra uoluntatem fiunt: uere referri posse. An hoc si claudie familie nō
sim, nec ex patritio sanguine ortus: sed unus quiritium quilibet quō mo
do me duobus ingenuis ortum & uiuere in libera ciuitate sciam, reticere
possum? Lucīū illum sextium & c. licinium perpetuos si diis placet tribu
nos, tantum licentie nouem annis, quibus regnant sumpsisse: ut uobis ne-

gent potestatem liberam suffragii: non in comitiis: non in legibus iu
bendis se permissuros esse: Sub conditione inqt nos reficietis decimi
tribunos: quid est aliud dicere: nisi quod petunt alii nos adeo fasti
dimus: ut sine magna mercede non accipiamus. Sed quae tande ista
merces est: qua uos semper tribunos pl. habeamus: Vt rogationes inqt
nostras seu placet, seu displicent: seu utiles sunt seu inutiles omnes co
iunctim accipiatis. Obsecro uos tribuni pl. putate me ex media con
tione unum ciuem subclamare: bona uenia uestra liceat ex his roga
tionibus legere: quas salubres nobis censemus esse, antiquare alias: No
inquit licebit. Tum fenore atq. agris quod ad uos omnes pertinet
iubeas: & hoc portenti non fiat in urbe romana: ut .L. sestium atq. huc
.c. licinium consules quod indignaris quod abominaris uideas. Aut
omnia accipe: aut nihil fero. Vt siquis ei, quem urgeat fames uenenu
ponat cum cibo: & aut abstinere ab eo, quod uitale sit iubeat: aut mor
tiferum uitali admisceat. Ergo si esset libera hec ciuitas: non tibi fre
quentes subclamassent: Abi hinc cum tribunatibus ac rogationibus tu
is. Quid si tu non tuleris quod commodum est populo accipere: nemo
erit qui ferat. Illud siquis patritius, siquis quod illi uolunt inuidiosi
etiam claudius diceret: aut omnia accipite: aut nihil fero: quis urm
quir ferret. Nusq ne uos res potius q personas spectabitis: sed omnia
semper quae magistratus ille dicet, secundis auribus, quae ab nostrum
quo dicentur auersis accipietis. At hercule sermo est minime ciuilis:
quid rogatio, qualis est, quam a uobis antiquatam indignantur. Ser
moni simillima. Consules inquit rogo: ne uobis, quos uelitis facere
liceat. An aliter rogat, qui utiq, alterum ex plebe fieri consule iu
bet. nec duos patritios creandi potestate uobis permittit. Si hodie
bella sint, quale etruscum fuit cum porsenna ianiculum insedit: q
le gallicum modo, cum preter capitolii atq. arce omnia hec hostiu
erant: & consulatum cum hoc .m. fabio & quolibet alio ex patribus
.L. ille sestius peteret: possetis ne ferre sestium haud pro dubio consu
lem esse: camillum de re dubia dimicare. Hoccine est in commune
honores uocare. ut duos plebeios fieri consules liceat: duos patritios
non liceat. Et alterum ex plebe creari necesse sit: utrunq, ex pribus
preterire liceat. Quena ista societas, quena consortio est. Parum est:
siquus pars tua nulla adhuc fuit in parte eius uenis: nisi in parte pe
tendo totum traxeris. Times inquit, ne si duos licebis creari patritios

at auctores

neminem creetis plebeium. Quid est dicere aliud? quia indignos ura
uoluntate creaturi non estis: necessitatem uobis creandi quos nõ uultis
imponam. Quid sequitur? nisi ut ne beneficium quidem debeat populo?
Sed cum duobus patritiis unus petierit plebeius: & lege non suffragio crea
tum dicat. Quomodo extorqueant non quomodo petant honores querit:
& ita maxima sunt adepturi: ut nihil ne pro minimis quidem debeant.
Et accusationibus potius: q̃ uirtute petere honores malunt. Est aliquis qui
se inspici extimari fastidiat: qui certãs sibi uni honores inter dimicãtes
competitores æquum censeat esse: qui se arbitrio uestro eximat: qui ura
necessaria suffragia pro uoluntariis & serua pro liberis faciat. Omitto li
cinium sestiumq; quorum annos in perpetua potestate tanq̃ regum in ca
pitolio numeratis: quis est hodie in ciuitate tam humilis cui non uia ad
consulatum facilior per istius legis occasionem: q̃ nobis ac liberis nostris fi
at? Siquidem nos neq; cum uolueritis creare interdum poteritis: istos etiã
si nolueritis necesse sit. De indignitate satis dictum est. Etenim dignitas
ad homines pertinet: quid religionibus atq; auspiciis que propria deorũ
immortalium contemptio atq; iniuria est loquar? Auspiciis hãc urbẽ
conditam esse: auspiciis bello ac pace domi militiæq; omnia geri: quis est
qui ignoret? Penes quos igitur sunt auspicia more maiorum? nempe
penes patres. Nam plebeius quidem magistratus nullus auspicato creat.
Nobis adeo propria sunt auspicia: ut non solum quos populus creat patri
tios magistratus non aliter q̃ auspicato creet: Sed nos quoq; ipsi sine suf
fragio populi auspicato interregẽ prodamus: Et priuatim auspicia habea
mus que isti ne in magistratibus quidem habent. Quid igitur aliud
q̃ tollit ex ciuitate auspicia: qui plebeios consules creando a patribus qui
soli ea habere possunt aufert? Eludant nunc licet religiones: quid enim
est: si pulli non pascentur? si ex cauea tardius exierit? si occinuerit auis?
Parua sunt hæc: sed parua ista non contemnendo maiores nostri maxima
hanc rem fecerunt. Nunc nos tanq̃ iam nihil pace deorũ opus sit omis
cerimonias polluimus? Vulgo ergo pontifices: augures: sacrificoli: reges
creentur? Cuilibet apicem dialem dummodo homo sit imponamus. Tra
damus ancilia: penetralia: deos deorũq; curam quibus nefas est. Nõ leges
auspicato ferantur: non magistratus creentur: nec centuriatis comitiis pa
tres auctores fiant: sestius & licinius tanq̃ romulus ac tatius in urbe roma
na regnent: quia pecunias alienas: quia agros dono dant: Tanta dulcedo
est ex alienis fortunis prædandi: Nec in mente uenit altera lege solitudines

nisi

at occasionibus

uastas in agris fieri pellendo finibus dominos. Altera fidem abrogari: cui qua
omnis humana societas tollitur. Omnium rerum causa uobis antiquandas
42. censeo istas rogationes: quod faxitis. deos uelim fortunare. Oratio appii ad
id modo ualuit: ut tempus rogationū iubendarū proferretur. Refecti de
cimum iidem tribuni sestius & licinius de decem uiris sacrorum ex parte
de plebe creandis legem pertulere. Creati quinq. patrum quinq. plebis:
graduq. eo iam uia facta ad consulatum iudebatur. Hac victoria conten
ta plebs cessit patribus: ut in presentia consulum mentione omissa tribu
ni militum crearentur. Creati .a. & .m. cornelii iterum .m. geganius p. man
lius. l. ueturius. p. ualerius sextum. Cum preter uelitrarum obsidionē tar
di magis exitus. q̄ dubii: quiete externe res romanis essent: fama repens
belli gallici allata perpulit ciuitatem: ut .m. furius dictator quintū dice
retur. Is. t. quintiū penum magistrum equitum dixit. Bellatum cum gal
lis eo anno circa anienem fluuen auctor est claudius: inclytamq. in ponte
pugnam qua .t. māllius gallum cum quo prouocatus manum conseruit in
conspectu duorum exercituum cesum torque spoliauit: tum pugnatum
pluribus auctoribus magis adducor: ut credam decem aut minus post an
nos ea acta. Hoc aūt anno in albano agro cum gallis dictatore .m. furio
signa collata. Nec dubia nec difficilis romanis: quanq̄ ingentem galli terro
rem memoria pristinæ cladis attulerant: victoria fuit. Multa milia barba
rorum in acie: multa captis castris cesa. Palati alii apuliam maxime peten
tes cum fuga se longinqua: tum quod passim eos simul pauor terrorq. di
stulerant ab hoste se se tutati sunt. Dictatori consensu patrum plebisq. tri
umphus decretus. Vix dum perfūctum cum bello atrocior domi seditio ex
cepit. Et per ingentia certamina dictator senatusq. uictus: ut rogationes
tribunitie acciperentur. Et comitia consulum aduersa nobilitate habi
ta: quibus. l. sestius de plebe primus consul factus. Et in his finis quidē
certaminis fuit: Quia patritii se auctores futuros negabant prope secessio
nem plebis res terribilesq. alias minas ciuilium certaminum uenit. Cum
tamen per dictatorem conditionibus sedate discordiæ sunt: concessiumq.
a nobilitate plebi de consule plebeio: a plebe nobilitati de prætore uno.
qui ius in urbe diceret ex patribus creando. Ita a diutina ira tandem in
concordiam redactis ordinibus cum dignam eam rem senatus censeret esse:
meritoq. id siquando unq̄ alias. deum immortalium causa facturos fore:
ut ludi maximi fierent. & dies unus ad triduum adiiceretur. Recusantib
id munus edilibus plebis conclamatum a patritiis iuuenibus est: se id bono

. L. sesti' ex plebe p̄mus cōsul.

∴ libenter

ris deum immortalium causa libenter acturos: ut ediles fierent. Quibus cū
ab uniuersis gratiae actae essent: factum senatus cosultum: ut duos ediles ex
patribus dictator populum rogaret: patres auctores omnibus eius anni co
mitiis fierent.

EXPLICIT LIBER SEXTVS.

INCIPIT LIBER SEPTIMVS.

ANNVS HIC ERIT INSIGNIS NOVI
hominis consulatu: insignis nouis duobus magistra
tibus: pretura & curuli edilitate. Hos sibi patricii
quaesiuere honores pro concesso plebi altero cōsula
tu. Plebs consulatum. L. sestio cuius lege partus erat
dedit. Patres praeturam sp. furio: edilitatem cn qn
tio capitolino & p. cornelio scipioni suarum gentium uiris gratia campe
stri ceperunt. L. sestio collega ex patribus datus. t. emilius mamercus.
Principio anni & de gallis quos primo palatos per apulia congregari ia fa
ma erat: & de hernicorum defectione agitata mentio. Cum de industria
omnia ne quid per plebeium consulem ageretur proferrentur: silentium om
nium rerum ac iustitio simile otium fuit: Nisi quod non patientibus tacitū
tribunis: quod pro consule uno plebeio tres patricios magistratus curulibus
sellis pretextatos tanq̄ consules sedentes nobilitas sibi sumpsisset: praetura q̄de
etiam iura reddentem & collegam consulibus atq̄ iisdem auspiciis creatū:
uerecundia inde imposita est senatui ex patribus iubendi ediles curu
les creari. Primo ut alternis annis ex plebe fierent conuenerat: postea
promiscuum fuit. Inde. l. genucio & q. seruilio consulibus a seditione
& a bello quietis rebus: ne quando a metu ac periculo uacarent: pestilen
tia ingens orta. Censorem edilem curulem: tres tribunos pl. mortuos fe
runt: pro portione & ex multitudine alia multa funera fuisse: maximeq̄
eam pestilentiam insignem mors q̄ matura tam acerba. m. furii fecit.
Fuit enim uere uir unicus in omni fortuna princeps pace belloq̄ prius q̄
exulatum iret: clarior in exilio uel desiderio ciuitatis quae capta absen
tis imploraiit opem: uel felicitate qua restitutus in patriam secum patriā
ipsam restituit. Par deinde per quinq̄ & xx̄. annos: tot enī postea uixit ti
tulo tante gloriae fuit: dignusq̄ habitus quem secundum a romulo condito
rem urbis romanae ferrent. Et hoc & insequenti. t. sulpicio potito. c. licinio

2.

stolone consulibus pestilentia fuit: eo nihil dignum memoria actū. nisi quod pacis deum exposcendæ causa tertio tū post conditā urbem lectisternium fuit. Et cum uis morbi nec humanis consiliis nec ope diuina leuaretur: uictis superstitione animis ludi quoq; scenici noua res bellicoso populo: nam circa modo spectaculum fuerat: inter alia celestis iræ placamina instituti dicuntur. Cæterum parua quoq; ut ferme principia omnia: & ea ipsa res peregrina fuit: sine carmine ullo sine imitandorum carminum actu. Ludiones ex etruria acciti ad tibicinis modum saltantes: haud indecoros motus more tusco dabant. Imitari deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundēs uersibus cepere: nec absoni a uoce motus erant. Accepta itaq; res sæpiusq; usurpando exercitata uernaculis artificibus. quia hister tusco uerbo ludio uocabatur: nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante fescennino uersu similem incompositum temere ac rudē alternis iaciebant: sed impletas modis satyras descripto iam ad tybicinem cantu motuq; congruenti peragebant. Liuius post aliquot annos qui a satyris ausus est primus argumento fabulam serere: idem scilicet id quod omnes tum erant suorum carminum actor dicitur cum sepius reuocatus uocem obtudisset: uenia petita puerum ad canendum ante tybicinem cum statuisset: canticū egisse aliq̄to magis uigente motu: quia nihil uocis usus impediebat. Inde ad manum cantari deuerbia histrionibus ceptum: deuerbiaq; tantum ipsorum uoci relicta. Postq̄ ad legem fabularum abrisu ac soluto ioco res auocabatur: & ludis paulatim in artem uerterat: iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactare cepit: Vnde exodia postea appellata consertaq; fabellis potissimum atellanis: q̄d genus ludorum ab oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet: ut actores atellanarū nec tribu moueantur: & stipendia tanq̄ expertes artis ludicræ faciant. Inter alia rum parua principia rerum: ludorum quoq; prima origo ponenda uisa est: ut appareret: q̄ ab sano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam uenerit. Nec tamen ludorum primū initium procurandis religionibus datum: aut religione animos aut corpora morbis leuauit. Quin etiam cum medios forte ludos circus tyberi superfuso irrigatus impedisset: id uero uelut auersis iam diis aspernantibusq; placamina iræ terrorem ingentem fecit. Itaq; c. genutio. L. emilio mamer-

∴ que exordia

co uterum consulibus cum piaculorum magis conquisitio animos q̃ cor-
pora morbi afficerent: repetitum ex seniorum memoria dicitur: pesti-
lentiam quondã clauo a dictatore fixo sedatã. Ea religione adductus
senatus dictatorem clauí figendi causã dici iussit: Dictus. L. manlius
imperiosus: is. L. pinarium magistrum equitum dixit. Lex uetusta e
priscis litteris uerbisq; scripta: ut qui praetor maximus sit idibus sep-
tembribo clauum pangat: Fixus fuit dextro lateri edis iouis optimi ∴ at fingar
maximi ea qua parte minerue templum est. Eum clauum quia ra-
re per ea tempora litterae erant notam numeri annorum fuisse fert.
Eoq; minerue templo dicatam legem: quia numerus minerue inuentu
sit. Volsinius quoq; clauos indices numeri annorũ fixos in templo nur-
sie etruscae deae comparere diligens talium monumentorũ auctor an-
tius affirmat. Horatius consul ex lege templũ iouis optimi maximi de-
dicauit anno post reges exactos. A consulibus postea ad dictatores. qa
maius imperium erat solemne clauí figendi translatum est. Intermis-
so deinde more digna etiam per se uisã res propter quam dictator crea-
retur: qua de causã creatus. L. manlius perinde ac rei gerendae ac non
soluendae religionis causã creatus esset: bellum hernicum affectans dele-
ctu acerbo iuuentutem agitauit: tandemq; omnibus in eum tribunis
pl. coortis seu ui seu uerecundia uictus dictatura abiit. Neq; eo minus
principio insequentis anni Seruilio abala. L. genutio consulibus dies
manlio dicitur a. m. pomponio tribuno pl. Acerbitas in delectu non
damno modo ciuium sed etiam laceratione corporũ lata partim uir-
gis caesis qui ad nomina non respondissent: partim in uincula ductis
inuisa erat. Et ante omnia inuisum ipsum ingenium atrox cognomq;
imperiosi graue liberae ciuitati abostentatione seuitiae adscitũ: quam
non magis in alienis q̃ proximis ac sanguine suo ipso exerceret. Crimi-
niq; et tribunus inter caetera dabat: quod filium iuuenem nullius pro-
bri compertum extorrem urbe domo penatibus foro luce congres-
su aequalium prohibitum in opus seruile prope in carcere atq; in er-
gastulum dederit: Vbi summo loco natus dictatorius iuuenis quoti-
diana miseria disceret: uere imperioso patre se natum esse. At quam
ob noxã: quia infacundior sit & lingua impromptus. Quod naturae
damnum utrum nutriendum patri si quicq̃ in eo humani esset: an ca-
stigandum ac uexatione insigne faciendum fuisse: Nec mutas qde
bestias minus alere ac fouere siquid ex progenie sua parũ prosperũ sit.

At hercule. l. manlium malum malo augere filii: & tarditatem ingenii
insuper premere: & siquid in eo exiguum naturalis uigoris sit. id extīgue
re uita agresti & rustico cultu inter pecudes habendo. Omnium potiuſ his
criminationibus: q̄ ipsius iuuenis irritatus est animus. quin contra se quoq;
parenti causam uuidie ac criminum esse egre passus: ut omnes dii homi
nesq; scirent se parenti opem latam: q̄ inimicis eius malle: capit consilii
rudis quidem atq; agrestis animi: & quanq̄ non ciuilis exempli: tamen
pietate laudabile. Inscientibus cunctis cultro accinctus mane in urbem
atq; a porta domum confestim ad. m. pomponium tribunum pergit.
Ianitori opus esse sibi domino eius conuento extemplo aut nuntiaret:
tutū manliū. l. filiū esse. Mox introductus: & eni percitū ira in patrē spes
erat: aut criminis aliquid noui. aut consilii ad rem agendam deferre.
Salute accepta reddita q: esse aut quæ cum eo agere arbitris remotis
uelit. Procul inde omnibus abire iussis cultrum stringit: & super lecti
stans ferro intento nisi in que ipse concepisset uerba iuraret se patris
eius accusandi causa concilium plebis nunq̄ habiturum: se eum extem
plo transfixurum minatur. Pauidus tribunus. quippe qui ferrum ante
oculos micare: se solum inermem: illum preualidum iuuenem. & quod
haud minus timendum erat. stolide ferocem uiribus suis cerneret: adiu
rat in que adactus est uerba. Et pre se deinde tulit: ea ui subactum
se incepto destitisse. Nec pinde ut maluisset plebs sibi suffragii feren
di de tam crudeli & superbo reo potestatem fieri: ita egre habuit fi
lium id pro parente ausum: Eo q; id laudabilius erat quod animum
eius tanta acerbitas patria nihil a pietate auertisset. Itaq; non pri
modo remissa caussa dictio est: sed ipsi etiā adolescenti ea res honori fu
it. Et cum eo anno primo placuisset tribunos militum ad legiones suf
fragio fieri: nam & antea sicut nunc quos rusulos uocant imperatores
ipsi faciebant. secundum in sex locis tenuit: nullis domi militiq; ad cō
ciliandam gratiam meritis: ut qui rure & procul ceteri hominum iuuen
tam egisset. Eodem anno seu motu terræ: seu qua ui alia forum mediū
ferme specu uasto collapsum in immensam altitudinem dicitur: neq; eā
uoraginem coniectis terræ cum prose quisq; gereret. expleri potuisse pri
us q̄ deum monitu queri ceptum: quo plurimum populus. r. posset: Id eni
illi loco dicandum uates canebant: si rem. p. romanam perpetuā esse uellet.
Tum. m. curtium iuuenem bello egregium castigasse ferunt dubitantes. nihil
lum magis romanū bonum: q̄ arma uirtusq; esset. Silentio facto tēpla deorū

immortalium

unmortalium. quae foro imminerent capitoliumq; intuentem: & manus
nunc in celum nunc in patentes terae hiatus ad deos manes porrigentem
se deuouisse. E quo deinde q̃ poterat maxime exornato insidentem arma
tum se in specum immisisse: donaq; ac fruges super eum a multitudine ui
rorum ac mulierum congestas: lacumq; curtium non ab antiquo illo .t.
tatii milite curtio metio: sed ab hoc appellatum. Cura non deesset: si qua
ad uerum uia inquirentem ferret. Nunc famae rerum standum est: Vbi
certam derogat uetustas fidem & lacus nomen ab hac retentiore insigni
tus fabula est. Post tanti prodigii procurationem eodem anno de herni
cis consultus senatus cum feciales ad res repetendas nequicq̃ mississet: primo
quoq; die ferendum ad populum de bello indicendo hernicis censuit: po
puluſq; id bellum frequens iussit. L. genutio consuli sorte ea prouincia eue
nit. In expectatione ciuitas erat: quod primus ille de plebe consul bellum
suis auspiciis gesturus esset. Perinde ut euenisset res ita communicatos bono
res prospere: aut secus consulto habitura. Forte ita tulit casus: ut genutius
ad hostes magno conatu profectus in insidias precipitaret: legionibus nec
opinato pauore fusis consul circũuentus ab iniis quem interfecissent occi
deretur. Quod ubi romam est nuntiatum: nequaq̃ tantum publica calami
tate mesti patres: q̃tum feroces infelicis consulis plebei ductu fremunt om
nibus locis: Irent: crearent consules ex plebe: transferrent auspicia: quo ne
fas esset. Potuisse patres plebiscito pelli honoribus suis: nun etiam in deos
unmortales inauspicatam legem ualuisse: Vindicasse ipsos suum numen:
sua auspicia: que ut primum contacta sint ab eo: a quo nec ius nec fas fue
rit: deletum cum duce exercitum documento fuisse: ne deinde turbato
gentium iure comitia haberentur. His uocibus curia & forum personat. ap.
claudium quia dissuaserat legem maiori nunc auctoritate euentum re
prehensi abse consilii incusantem dictatorem consensu patritiorũ seruili
consul dicit: delectusq; & iustitium indictum. Priusq̃ dictator legionesq;
nouae in hernicos uenirent: ductu .c. sulpicii legati res per occasionẽ gesta
egregie est. In hernicos morte consulis contemptim ad castra romana cũ
haud dubia oppugnandi spe succedentes hortante legato & plenis ire atq;
indignitatis militum animis eruptio est facta. Multum a spe adeundi
uallii res hernicis abfuit: adeo turbatis inde ordinibus abscessere. Dictato
ris deinde aduentu nouus ueteri exercitus iungitur: & copiae duplicantur.
Et pro contione dictator laudibus legati militumq; quorum uirtute castra
defensa erant: simul audientibus laudes meritas tollit animos: simul ceteros

ad emulandas uirtutes acuit. Neq; segnius ad hostes bellum apparatur:
qui & parti ante decoris memores: neq; ignari auctarum uirium hostis:
suas quoq; uires augent. Omne hernicorum nomen omnis militaris etas
excitur: quadragenariae octo cohortes lecta robora uirorum scribuntur.
Hunc eximium florem iuuentutis eo etiam quod ut duplex acciperet sti-
pendium decreuerant: spei animorumq; impleuere. Immunes quoq; ope-
rum militarium erant ut in unum pugnae laborem reseruari plus sibi
q̃ pro uirili parte annitendi scirent. Extra ordinem etiã in acie locati
quo conspectior uirtus esset. Duum milium planities castra romana ab
hernicis dirimebat. Ibi pari ferme utrinq; spatio in medio pugnatũ ẽ.
Primo stetit ambigua spe pugna: nequicq̃ saepe conatis equitibus romanis
impetu turbare aciem hostium. Postq̃ equestris pugna effectu q̃ conatibus
uanior erat: consulto prius dictatore equites permissu deinde eius relictis
equis clamore ingenti prouolant ante signa & nouam integrant pugnã.
Neq; sustineri poterant: nisi extraordinariae cohortes pari corporũ animo
rumq; robore se obiecissent. Tunc inter primores duorum populorũ res
geritur: quicquid hinc aut illinc communis mars belli aufert: multipli
cius q̃ pro numero damnum est. Vulgus aliud armatorũ uelut delegata
primoribus pugna euentum suum in uirtute aliena ponit. Multi utriq;
cadunt: plures uulnera accipiunt. Tandem equites alius alium increpa-
tes quid deinde restaret querendum: si neq; ex equis pepulissent hostẽ
neq; pedites quicq̃ momenti facerent: quam tertiam expectarẽt pugnã?
Quid ante signa feroces prosiluissent & alieno pugnarent loco. His inter
se uocibus concitati clamore renouato inferunt pedem. Et primũ gra
du mouerunt hostem: deinde pepulere: postremo haud dubie auertũt.
neq; tam uires pares quae superauerit res facile dictu est: nisi quod per-
petua fortuna utriusq; populi & extollere animos & minuere potuit.
Vsq; ad castra fugientes hernicos romanus sequitur. Castrorum oppugna
tione quia serum erat diei abstinuere. Diu non perlitatum tenuerat
dictatorem: ne ante meridiem signum dare posset: eo in nocte tractũ
erat certamen. Postero die deserta fuga castra hernicorum & saucii re
liqui quidam inuenti: agmenq; fugientium a signis cum preter menia
eorum infrequentia conspecta signa essent. fusum per agros trepida fuga
palatum est. Nec romanis incruenta victoria fuit: quarta pars militũ
amissa. Et ubi haud minus iacturae fuit aliquot equites romani cecide-
re. Insequenti anno cum .l. sulpicius & .c. licinius caluus consules in her-

nicos exercitum duxissent: neq. inuentis in agro hostibus ferentinũ ur-
bem eorũ ui cepissent: reuertentibus inde eis tiburtes portas clausere.
E a ultima fuit causa. cum multe ante querimonie ultro citroq. iactate
essent: cur per feciales rebus repetitis bellum tiburti populo indicerets.
Dictatorem .t. quintium petũ eo anno fuisse satis constat. & magistrum
equitum ser. cornelium maluginensem. Macer licinius comitiorũ ha-
bendorum causa & a licinio consule dictum scribit: quia collega comi-
tia bello preferre festinante: ut continuaret consulatum: obuiã eundũ
praue cupiditati fuerit: quesita ea proprie familie laus leuiorem au-
ctorem licinium facit: cum mentionem eius rei in uetustioribus anna-
libus nullam inueniam: Magis ut belli gallici causa dictatorem crea-
tum arbitrer inclinat animus. Eo certe anno galli ad tertium lapidẽ
salaria uia transpontem anienis castra habuere. Dictator cum tumul-
tus gallici causa iustitium edixisset: omnes iuniores sacramento adegit:
ingentiq. exercitu a urbe profectus in citeriori ripa anienis castra
posuit. Pons in medio erat: neutris erumpentibus, ne timoris inditiũ
esset: prelia de occupando ponte crebra erant: nec qui potirentur in
certis uiribus satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine
in uacuum pontem gallus processit: & q̃tum maxima uoce potuit. Quẽ
nunc inq̃t roma uirum fortissimum habet: procedat age dũ ad pu-
gnam: ut nostrum duorum euentus ostendat: utra gens bello sit me-
lior. Diu inter primores iuuenum romanorum silentium fuit: cum &
abnuere certamen uererentur: & precipuam sortem periculi petere nolle
lent. Tum .t. manlius .l. filius qui patrem a uexatione tribunitia uin-
dicauerat ex statione ad dictatorem pergit: Iniussu tuo inq̃t impera-
tor extra ordinem nunq̃ pugnauerim: non si certam uictoriã uidea.
Si tu permittis: uolo ego illi beluae ostendere: quando adeo ferox pre-
sultat hostium castris signis: me ex ea familia ortum, que gallorum
agmen ex rupe tarpeia deiecit. Tum dictator Macte uirtute inq̃t
atq. pietate in patrem patriamq. ite manli esto: perge: & nomen ro-
manum inuictum iuuantibus diis presta. Armant inde iuuenem eq̃-
les: pedestre scutum capit: hispano cingitur gladio ad propiorem habi-
li pugnam: Armatum adornatumq. aduersus gallum stolide letũ: &
qm̃ id quoq. memoria dignum antiquis uisum est: linguam etiã abu-
risu exerentem producunt: Recipiunt inde se ad stationem: & duo
in medio armati spectaculi magis more q̃ lege belli destituuntur: neq̃q̃

uisu ac specie existimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximiū:
uersicolori ueste pictisq. & auro celatis refulgens armis. Media in altero
militaris statura modicaq. in armis habilibus magis q̄ decoris species: no
cantus: non exultantis armorumq. agitatio uana: sed pectus animorum
ireq. tacite plenum omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis di
stulerat. Vbi constitere inter duas acies tot circa mortalium animis spe
metuq. pendentibus: Gallus uelut moles superne imminens proiecto se
ua scuto in aduenientis arma hostis uanum cesim cum ingenti sonitu en
sem deiecit. Romanus mucrone subrepto cum scuto scutum unum per
cussit: totoq. corpore interior periculo uulneris factus insinuasset se iter
corpus armaq. uno alteroq. subinde ictu uentrem atq. inguina hausit: &
in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Iacentis inde corpus ab om
ni alia uexatione intactum uno torque spoliauit: quem respersū cruore
collo circūdedit suo. Defixerat pauor cum admiratione gallos. Romani
alacres abstatione obuiam militi suo progressi gratulantes laudantesq.
ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope modum incondita
quaedam militariter iaculantes torquati cognomen auditum celebra
tum deinde posteris familieq. honori fuit. Dictator coronā aureā addi
dit donum: mirisq. pro contione eam pugnam laudibus tulit. Et hercu
le tanti ea ad uniuersi belli eventum momenti dimicatio fuit: ut gal
lorum exercitus proxima nocte relictis trepide castris in tiburtem agrū
atq. societate belli facta commeatuq. benigne a tiburtibus adiutus mox
in campaniam transierit. Ea fuit causa cur proximo anno. c. petilius bal
bus consul. cum college eius. m. fabio ambusto hernici prouincia euenis
set: aduersus tiburtes iussu populi exercitum duceret. Ad quorū auxiliū
cum galli ex campania redissent: fedae populationes in lauicano tuscula
noq. & albano agro haud dubie tiburtibus ducibus sunt facte: Et cum
aduersus tiburtem hostem duce consule contenta res. p. esset: gallicus tu
multus dictatorem creari coegit. Creatus. c. q. seruilius ahala. t. quintiū
magistrum equitum dixit: & ex auctoritate patrum si prospere id bel
lum euenisset ludos magnos uouit. Dictator ad continendos proprio bel
lo tiburtes consulari exercitu iusso manere: omnes iuniores nullo dere
tante militiam sacramento adegit. Pugnatum haud procul porta col
lina est totis uiribus in conspectu parentum coniugumq. ac liberorum:
quae magna etiam absentibus hortamenta animi sunt: tum subiecta oculis si
mul uerecundia misericordiaq. militem accendebant. Magna utrinq.

cede edita auertitur tandem acies gallorum. Fuga tibur sicut arte bel
li galli petunt. Palati a consule petilio haud procul tibure excepti. Egres
sis ad opem ferendam tiburtibus simul cum his intra portas compelluntur.
Egregie cum a dictatore tum a consule res gesta est. Et consul alter fabius
prelius primum paruis. postremo una insigni pugna cum hostes totis ador
ti copiis essent hernicos deuicit. Dictator consulibus in senatu & apud po
pulum magnifice collaudatis: & suarum quoq; rerum illis remisso honore
dictatura se abdicauit. Petilius de gallis tiburtibusq; geminum triumphū
egit. Fabio satis uisum est: ut ouans urbem iniret. Irridere petilii tri
umphum tiburtes. Vbi enī eum secum acie confluxisse: Spectatores pau
cos fugæ trepidationisq; gallorum extra portas egressos. postq̄ inse quoq;
fieri impetū uiderint & sine discrimine obuios cedi: recepisse se intra ur
bem: Eam rem triumpho dignam uisam romanis. Ne nimis mirū ma
gnumq; censerent tumultum exciere in hostium portis: maiorem ipsos
stationem ante menia sua uisuros. Itaq; insequenti anno. m. popilio lena
te. cn. manlio consulibus primo silentio noctis a tibure agmine infesto
profecti ad urbem romanam uenerunt. Terrorem repente ex somno ex
citatis subita res & nocturnus pauor prebuit. Ad hoc multorū insciti qui
aut unde hostes aduenissent. conclamatū tamen celeriter ad arma est:
& porte stationibus muriq; presidiis firmati. Et ubi prima lux medio
crem multitudinem ante menia. neq; alium q̄ tiburtem hostē ostendit:
duabus portis egressi consules utrinq; aciem subeuntium iam murum
aggrediuntur: apparuitq; magis occasione: q̄ uirtute fretos uenisse: adeo
uix primum impetum romanorum sustinuere: Quin etiā bono fuisse ro
manis aduentum eorum constabat: orientemq; iam seditionē inter pres
plebemq; metu tam propinqui belli compressos. Alius aduentus hostiū
fuit proximo bello agris q̄ urbi terribilior: Populabundi tarquinienses
fines romanos maxime qua ex parte etruriā adiacent peragrauere: re
busq; nequicq̄ repetitis noui consules. c. fabius & c. plautius iussu populi
bellum indixere: fabioq; ea prouincia. plautio hernici euenere: Gallici
quoq; belli fama increbrescebat. Sed inter multos terrores solatio fuit: la
tinis pax petentibus data & magna uis militum ab his ex federe uetusto
quod multis intermiserant annis accepta. Quo presidio cum fulcta res
romana esset: leuius fuit: quod gallos mox preneste uenisse: atq; iam cir
ca pedum consedisse auditum est: Dictatorem dici. c. sulpiciū placuit.
Consul ad id acciti. c. plautius dixit. Magister equitū dictatori additus

m. ualerius. Hi robora militum ex duobus consularibus exercitib⁹
electa aduersus gallos duxerunt. Lentius id aliq̃to bellum: q̃ parti
utriq; placebat fuit: cum primo galli tantum auidi certaminis fuis-
sent: deinde romanus miles ruendo in arma ac dimicatione aliq̃tum
gallicam ferociam uinceret: Dictatori ne utiq̃ placebat. quando nulla
cogeret res fortune se committere aduersus hostem. quem tempus de-
teriorem in dies & locis alienis faceret: sine preparato commeatu. sine
firmo munimento morantem. Ad hoc his corporibus animisq; quorũ
omnis in impetu uis esset: parua eadem languesceret mora. His cõsiliis
dictator bellum trahebat: grauemq; eduxerat penam: si quis uiuissu in
hostem pugnasset. Milites egre id patientes primo in stationibus uigi-
liisq; inter se dictatorem sermonibus carpere: interdũ patres commu-
niter increpare: quod non iussissent per consules bellum geri. Electu
esse eximium imperatorem: unicum ducem: qui nihil agenti sibi de
celo deuolaturũm in sinum victoriam censeat. Eadem deinde hec
interdiu propalã ac ferociora his iactare. Se iniussu imperatoris aut
dimicaturos. aut agmine romam ituros: immisceriq; iam militibus:
nec in circulis modo fremere: sed iam in principes ac praetorio in
unum sermones confundi atq; in contionis magnitudinem cresce-
re turba & uociferari ex omnibus locis ut extemplo ad dictatorẽ
iretur: Verba pro exercitu faceret sextus tullius: ut uirtute eius di-
gnum esset. Septimum primum pilum iam tullius ducebat: neq; erat
in exercitu. qui quidem pedestria stipendia fecisset. uir factis nobilior.
Is precedens militum agmen ad tribunal pergit: mirantiq; suspicio
non turbam magis. q̃ turbae principem tullium imperiis obedientis-
simum militem: Si licet dictator inqt condemnatum se uniuersis
exercitus a te ignauiae ratus & prope ignominiae causa destitutum si
ne armis orauit me: ut suam causam apud te agerẽ. Equidem sicu
bi loco cessum: si terga data hosti: si signa fede amissa obici nobis pos-
sent: tamen hoc a te impetrari aequum censerem: Vt nos uirtute cul
pam nostrã corrigere & abolere flagitii memoriã noua gloria pate
reris. Etiã ad allium fuse legiones. eandem quam per pauore amise
rant patriã: profecte postea a uebiis uirtute recuperauere. Nobis deu
benignitate felicitate tua populiq. r. & res & gloria est integra: quãq̃
de gloria uix dicere ausim: si nos & hostes haud secus: q̃ feminas abdi
tos intra uallum omnibus contumeliis eludunt: & tu imperator noster

centuriones

quod egriuſ patimur: exercitum tuum ſine armiſ ſine animiſ ſine
manibuſ iudicaſ eſſe. Et priuſ q̃ expertuſ noſ eſſeſ de nobiſ ita deſpera
ſti: ut te manchorũ ac debilium ducem iudicareſ eſſe. Quid enim aliud
eſſe cauſe credamuſ: cur ueteranuſ dux fortiſſimuſ bello compreſſiſ q̃d
aiunt manibuſ ſedeaſ? Vtrunq; enim ſe habeat reſ: te de noſtra uirtu
te dubitaſſe uideri: q̃ noſ de tua ueriuſ eſt. Sin autẽ non tuum iſtuc:
ſed publicum eſt conſilium: & conſenſuſ aliquiſ patrum non gallicũ
belluſ: noſ ab urbe: a penatibuſ noſtriſ ablegatoſ tenet: queſo ut ea. q̃
dicam non a militibuſ imperatori dicta cenſeaſ: ſed a plebe patribuſ. q̃
ſicut uoſ ueſtra habeatiſ conſilia: ſic ſe ſua habituram dicat. Quiſ tande
ſuccenſeat: militeſ noſ eſſe: non ſeruoſ ueſtroſ? Ad bellum non in exilii
miſſoſ? Siquiſ det ſignum in aciem educat: ut uiriſ ac romaniſ dignum
ſit. pugnaturoſ? Si nihil armiſ opuſ ſit: ocium romae potiuſ q̃ in caſtriſ a
cturoſ. Haec dicta ſint patribuſ. Te imperator militeſ tui oramuſ: ut no
biſ pugnandi copiam faciaſ: Cum uincere cupimuſ: tum te duce uincere:
Tibi lauream inſignem deferre: tecum triumphanteſ urbem inire: tuũ ſe
quenteſ curruũ iouiſ optimi maximi templum gratanteſ ouanteſq; adire:
O rationem tullii excepere preceſ multitudiniſ: & undiq; ut ſignum daret
cupere arma iuberet clamabant. Dictator quanq̃ rem bonã exemplo ha
ud probabili actam cernebat: cenſebat tamen facturum. quod militeſ uel
lent ſe recepit. Tulliumq; ſecreto quenam haec reſ ſit: aut quo acta mo
do percontatur. Tullius magnopere a dictatore petere: ne ſe oblitum di
ſcipline militariſ: ne ſui ne ue imperatorie maieſtatiſ crederet: multitu
dini concitate. que ferme auctoribuſ ſimiliſ eſſet non ſubtraxiſſe ſe du
cem: ne quiſ aliuſ qualiſ mota creare multitudo ſoleret. exiſteret. Nã
ſe quidem nihil non arbitrio imperatoriſ acturum. Illi quoq; uidendũ
magnopere eſſe: ut exercitum in poteſtate haberet: differri non poſſe
adeo concitatoſ animoſ: Ipſoſ ſibi locum ac tempuſ pugnandi ſumptu
roſ: ſi ab imperatore non detur. Dum haec locuntur: iumenta forte pa
ſcentia extra uallum gallo abigenti duo militeſ romani ademerũt. In eoſ
ſaxa coniecta a gallis: deinde a romana ſtatione clamor ortuſ ac procur
ſum utrinq; eſt: Iamq; haud procul iuſto prelio reſ erãt: ni celeriter di
remptum certamen per centurioneſ eſſet. Affirmata certe eo caſu tullii
apud dictatorem fideſ eſt. Nec recipiente iam dilationem re: in poſteri
diem edicitur acie pugnaturoſ. Dictator tamen ut qui magis animiſ q̃
uiribuſ fretuſ ad certamen deſcenderet: omnia circũſpicere atq; agitare

∴ ꝗ cæriculis

cepit: ut arte aliqua terrorem hostibus incuteret: solerti animo rem noua
excogitat: qua deinde multi nostri atq; externi imperatores: nostra quoq;
ætate usi sunt. Mulis strata detrahi iubet: binisq; tantũ centũculis relictis
agasones partim captiuis partim egrorum armis oneratos imponit. His se
re mille effectis centum admiscet equites: & nocte super castra in montes
euadere ac siluis se occultare iubet: neq; inde ante moueri: q̃ ab se accipe
rent signum. Ipse ubi illuxit: in radicibus montium extendere aciem ce
pit sedulo: ut aduersus montes consisteret hostis instructo uani terroris ap
paratu. Qui quidem terror plus pene ueris uiribus profuit. Primo credere
duces gallorum non descensuros in æquum romanos. Deinde ubi digressos
repente uiderunt: & ipsi auidi certaminis in prelium ruunt: priusq; pugna
cepit: q̃ signum a ducibus daretur. Acrius inuasere galli dextrum cornu:
neq; sustineri potuissent: ni forte eo loco dictator fuisset. sex. tullium noie
increpans rogitansq; Siccine pugnaturos milites spopondisset? Vbi illi cla
mores sint arma poscentium? Vbi mine iniussu imperatoris prelium initu
ros? En ipsum imperatorẽ clara uoce ad prelium armatum ante primas si
gna? Ecquis sequeretur eorum qui modo dictis fuerant in castris feroces?
in acie pauidi? Vera audiebant. Itaq; tantos pudor stimulos admouit: ut
ruerent in hostium tela alienatis a periculo animis. Hic primo impetus p
pe uecors turbauit hostes. Eques deinde emissus turbatos auertit. Ipse di
ctator postq̃ labantem una parte uidit aciem: signa in leuum cornu con
fert: quo turbam hostium cõgregari cernebat. Et his qui in monte erant
signum quod conuenerat dedit. Vbi inde quoq; nouus clamor ortus & te
dere obliquo monte ad castra gallorum uisi sunt. Tum metu ne excludere
rentur omissa pugna est: cursuq; effuso ad castra ferebantur. Vbi cũ occur
risset ei s. m. ualerius magister equitum qui profligato dextero cornu obeq
tabat hostium munimentis: ad montes siluasq; uertunt fugam: pluriminq;
ibi a fallaci equitum specie agasonibusq; excepti sunt. Et eorum quos pauor
perculerat in siluas atrox cedes post sedatum prelium fuit. Nec alius post
. m. furium: q̃. c. sulpicius iustiorem de gallis egit triumphum. Auri quoq;
ex gallicis spoliis satis magnum pondus saxo quadrato septum in capito
lio sacrauit. Eodem anno & a consulibus uario euentu bellatum. Nam her
nici a. c. plautio deuicti subactiq; sunt. Fabius collega eius incaute atq;
inconsulte aduersus tarquinienses pugnauit. Nec in acie tantum ibi cladis
acceptum: q̃ quod. cccvii. milites romanos captos tarquinienses immolarũt.
Qua feditate supplicii aliq̃to ignominia populi. r. insignior fuit. Accessit ad

eā cladem & uastatio romani agri: quam priuernates: uelitemi deinde īcur-
sione repentina fecerunt. Eodem anno duæ tribus pomptina & publilia ad-
dite. Ludi uotiui quos. m. furius dictator uouerat facti. Et de ambitu a
.c. petilio tribuno pl. auctoribus patribus tum primum ad populum latū ē.
Eaq; rogatione nouorum maxime hominum ambitionē qui nundinas &
conciliabula obire soliti erant compressam credebant. Haud æque leta pa-
tribus insequenti anno .c. martio .cn. manlio consulibus de unciario fenore
a .m. duillio .l. menenio tribunis pl. rogatio est perlata. Et plebs aliq̄to eā
cupidius seuit. Ad bella noua priore anno destinata phalisci quoq; hostes
exorti duplici crimine: quod & cum tarquiniensibus iuuentus eorū mili-
tauerat: & eos qui phaleriosperfugerant cum male pugnatum est: repe-
tentibus fecialibus romanis non reddiderant. Ea prouincia .cn. manlio
obuenit. Martius exercitum in agrum priuernatem integrum pace lō-
ginqua induxit militemq; preda impleuit. Ad copiam rerū addidit mu-
nificentiam: quod nihil in publicum secernendo augenti rem priuatā mi-
liti fauit. Priuernates cum ante menia sua castris permunitis consedissent:
uocatis ad contionem militibus. Castra inquit nunc uobis hostium urbem
prede do: si mihi pollicemini uos fortiter in acie operam nauaturos: nec
prede magis: q̄ pugnæ paratos esse. Signum poscunt ingenti clamore cel-
siq; & spe haud dubia feroces in prelium uadunt. Ibi ante signa sex. tullius de q̄ an dēm ē exclamat:
Aspice imperator inquit: quemadmodum exercitus tuus tibi promissa pre-
stet: piloq; posito stricto gladio in hostem impetum fecit. Secuntur tullii
antesignani omnes: primo impetu auertere hostem: Fusum inde ad opidū
persecuti: cum iam scalas menibus admouerent: in deditionem urbem ac-
ceperunt. Triumphus de priuernatibus actus. Ab altero consule nihil me-
morabile gestum: nisi quod legem nouo exemplo ad suffrium in castris tri-
butum de uigesimo eorū qui manumitterentur tulit. Patres quia ea lege
haud paruum uectigal inopi erario additum esset: auctores fuerunt. Cæ-
terum tribuni pl. non tam lege: q̄ exemplo moti: ne quis postea populum
euocaret: capite sanxerunt. Nihil enim non per milites iuratos in consu-
lis uerba: q̄ uis pernitiosum populo si id liceret ferri posse. Eodem anno .c.
licinius stolo a .m. popilio lenate sua lege: .x. milibus æris est damnatus: qd
mille iugera agri cum filio possideret: emancipandoq; filium fraudem le-
gi fecisset: Prohibitum deinceps per tribunos pl. leges in castris ferri. Noui
consules inde .m. fabius ambustus secundū & .m. popilius lenas secundum
duo bella habuere. Facile alterum cum tiburtibus quod lenas gessit: qui bo-

ste in urbem compulso agros uastauit. Phalisci tarquiniensesq; alterū
consulem prima pugna fuderunt. Inde terror maximus fuit: quod sa
cerdotes eorum facibus ardentibus anguibusq; prelatis incessu furiali mi
litem romanum insueta turbauerunt specie. Et tum quidem uelut li
phati & attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt. Deinde
ubi consul legatiq; ac tribuni puerorū ritu uana miracula pauentes u
ridebant increpabantq;: uertit animos repente pudor: & in ea ipsa q̄
fugerant uelut ceci ruebant. Discusso itaq; uano apparatu hostiū cū
in ipsos inimicos se intulissent: auertunt totam aciem: castrisq; eo die
potiti preda ingenti parta victores reuerterunt: militaribus iocis
cum apparatum hostium tum suum increpantes pauorem. Concitat
deinde omne nomen etruscum: & tarquiniensibus phaliscisq; ducibus
ad salinas peruenitunt. Aduersus eum terrorem dictator. c. martius
rutilius primus de plebe dictus magistrum equitum item de plebe
dictus. c. plautium dixit. Id uero patribus indignum uideri: etiā di
ctaturam iam in promiscuo esse: omniq; ope impediebant: ne quid di
ctatori ad id bellum decerneretur pararetur ue: Eo promptius eum
ta ferente dictatore populus iussit. Profectus ab urbe utraq; parte
tyberis ratibus exercitu quocunq; fama hostium ducebat traiecto
multos populatores agrorū uagos palantes oppressit: castra quoq;
nec opinato aggressus cepit: Et octo milibus hostium captis ceteris
aut cesis. aut ex agro romano fugatis sine auctoritate patrū popu
li iussu triumphauit: quia nec per dictatorem plebeiū nec per con
sulem comitia consularia haberi uolebant: & alter consul fabius bel
lo retinebatur: res ad interregnum reduit. Interreges deinceps. q. ser
uilius ahala. m. fabius. cn. manlius. c. fabius. c. sulpicius. l. emilius. q.
seruilius. m. fabius ambustus. In secundo interregno orta contentio
est: quod duo patritii consules creabantur: Intercedentibusq; tribunis
interrex fabius aiebat: in duodeci tabulis legem esse: ut quodcunq; po
stremum populus iussisset: id ius ratumq; esset: iussum populi & suffra
gia esse. Cum intercedendo tribuni nihil aliud: q̄ ut differret comi
tia ualuissent: duo patritii consules creati sunt. c. sulpicius potitus ter
tium. m. ualerius publicola. Eodemq; die magistratum inierunt qua
dringentesimo anno. q̄ urbs romana condita erat: xxxv.to q̄ a gallis
recuperata ablato post nonū annū a plebe cōsulatu. Patritii consules
ambo ex interregno magratum iniere sulpicius potitus tertio: valer

. Prim' dēator ex plebe.

publicola. Epulum eo anno ex tiburtibus haud memorando certami
ne captum: siue duorum consulum auspicio bellum id gestum est: ut
scripsere quidam: seu per idem tempus tarquiniensiū quoq; fiunt ua
stati agri a sulpicio consule: quo ualerius aduersus tiburtes legiones du
xit. Domi maius certamen cōsulibus cum plebe ac tribunis erat: Fidei
iam siue: non solum uirtutis ducebant esse: ut accepissent duo patritii
consulatum: ita duobus patritiis mandare: quin aut toto cedendū es
set: si plebeius iam magistratus consulatus fiat: aut totum possidendū:
quā possessionem integram a patribus accepissēt. Plebs contra fremit:
quid se uiuere: quid in parte ciuium censeri: Si quod duorū hominū
uirtute. l. sestii ac. c. licinii partum sit: id obtinere nō possint uniuersi:
Vel reges: uel decē uiros: uel si quod tristius sit imperii nomen patiendū
esse potius: q̄ ambos patritios consules uideant: nec inuicem pareatur
atq; imperetur: Sed pars altera in æterno imperio locata: plebem nusq̄
alio natā: q̄ ad seruiendū putet. Non desunt tribuni auctores turbarū:
sed inter concitatos per se omnes uix duces eminent. Aliquotiens fru
stra in campum descensum cum esset: multiq; per seditiones acti comitia
les dies: postremo uicta perseuerātia consulum plebis eo dolor erupit: ut
tribunos actum esse de libertate uociferantes: relinquendūq; non cam
pum iam solū: sed etiā urbem captam atq; oppressam regno patritiorū
mesta plebs sequeretur. Consules relicti a parte populi per infrequentiā
comitia nihilo segnius perficiunt. Creati consules ambo patritii. m. fa
bius ambustus tertiū. t. quintius. In quibusdā annalibus pro. t. quintio
. m. popilio cōsulem inuenio. Duo bella eo anno prospere gesta: cum ti
burtibusq; ad deditionem bellatū. Saxula ex iis urbis capta: ceteraq; opi
da eandem fortunā habuissent: ni uniuersa gens positis armis in fidem
consulis uenisset. Triumphatū de tiburtibus. Aliqn minus victoria fuit.
In tarquiniensēs acerbe seuitum multis mortalibus in acie cesis. Ex ingē
ti captiuorū numero. cccl.viii. delecti nobilissimus quisq; qui romā mit
terentur: uulgus aliud trucidatum. Nec populus in eos qui missi romā
erant: mitior fuit: medio in foro omnes uirgis cesi & securi percussi. Id
pro immolatis in foro tarquiniensium romanis pene hostibus redditum.
Res bello bene geste: ut samnites quoq; amicitiā peterēt effecerūt: Legatis
eorum comiter a senatus responsū: federe in societatē accepti. Non eadē
domi quæ militiæ fortuna erat plebi romanæ. Nam & si unciario feno
re facto leuata usura erat: sorte ipsa obruebantur inopes nexūq; inibāt.

Eo nec patritios ambos consules: neq; comitiorum curam publica ue studia
pre priuatis incommodis plebis ad animū admittebat: consulatus uterq; a-
pud patritios manet. Consules creati .c. sulpicius potitus quartū .m. ualerius
publicola iterum. In bellum etruscum intentam ciuitatem: quia ceritē po-
pulum misericordia cōsanguinitatis tarquiniensium adiunctum fama fere-
bat: Legati latini ad uulsios conuertere: nuntiantes exercitum conscriptū
armatumq; iam suis finibus imminere: inde populabundos in agrū roma-
num uenturos esse. Censuit igitur senatus: neutram negligendam rem esse.
Vtrq; legiones scribi consulesq; sortiri prouincias iussit. Inclinauit deinde
pars maior cure in etruscum bellum. Postq̄ litteris sulpicii consulis cui tar-
quinii prouincia euenerat: cognitum est: depopulatum agrum circa roma-
nas salinas: predeq; partem in ceritum fines aduectam: & haud dubie iuuē-
tutem eius populi inter predatores fuisse. Itaq; ualerium consulem uulsciis
oppositum castraq; ad finem tusculanum habentem reuocatum inde sena-
tus dictatorem dicere iussit: manliū lucii filium dixit. Is cum sibi magi-
strum equitum .a. corneliū cossum dixisset: consulari exercitu contentus
ex auctoritate patrum ac populi iussu ceritibus bellum indixit. Tum pri-
mum cerites tanq̄ in uerbis hostium uis maior ad bellum significandum:
q̄ in suis factis: qui per populationem romanos lacessierant esset: ueris bel-
li terror inuasit. Et q̄ non suarum uirium ea dimicatio esset cernebant: pe-
nitebatq; populationis: & tarquiniensis execrabantur defectionis auctores:
nec arma aut bellum quisq̄ apparare: Sed pro se quisq; legatos mitti inbe-
bat ad petendam erroris ueniam. Legati senatum cum adissent: absena-
tu reiecti ad populum deos rogauerunt: quorū sacra bello gallico accepta
rite procurassent: ut romanos florentes ea sui misericordia caperet: que
se rebus affectis quondam populi .r. cepisset: Conuersiq; ad delubra uesta-
hospitium flaminum uestaliumq; abse caste ac religiose cultū inuocabāt.
Ea ne meritos crederet quisq̄: hostes repente sine causa factos: aut siquid ho-
stiliter fecissent: consilio id magis: q̄ furore lapsos fecisse: ut sua uetera be-
neficia locata presertim apud tam gratos nouis corrumperent maleficiis:
florentēq; populum .r. ac felicissimum bello sibi desumerent hostem: cui-
us afflicti amicitiam petissent. Ne appellarent consilium: que uis ac neces-
sitas appellanda esset. Transeuntes agmine infesto per agrum suum tarq;
niensis: cum preter uiam nihil petissent: traxisse quosdam agrestium popu-
lationis eius: que sibi crimini detur comites. Eos seu decii placeat: dedere
se paratos esse: seu supplicio affici: daturos penas. Cere sacrarium populi .r.

diuersorium sacerdotum ac receptaculum romanorum intactū inuiola-
tumq; crimine belli hospicio uestalium cultusq; diis darent. Mouit populū
non tam causa presens: q̄ uetus meritum: ut maleficii q̄ beneficii potius ime-
mores essent. Itaq; pax populo ceritū data: indutiasq; in centū annos factas
in senatus cōsultū referri placuit. In phaliscos eodem noxios crimine uis bel-
li conuersa est: sed hostes nusq̄ inuenti. Cum populatione peragrati fines
essent: ab oppugnatione urbium temperatum: legionibusq; romā reductis
reliquum anni muris turribusq; reficiendis consumptū. Et aedes apollinis
dedicata est. Extremo anno comitia consularia certamen patrū ac plebis
diremit. Tribunis negantibus passuros comitia haberi: ni secundū liciniā
legem haberentur. Dictatore obstinato tollere potius totum e re p. consu-
latum: q̄ promiscuum patribus ac plebi facere. Prolatandis igitur comitiis
cum dictator magistratu abisset: res ad interregnum rediit. Infestam inde
patribus plebem interreges cum accepissent: ad undecimum interregem
seditionibus certatum est. Legis liciniae patrocinium tribuni iactabant: p
ior dolor plebis fenoris ingrauescentis erat: cuneq; priuate in certaminib
publicis erumpebant. Quarum tedio patres. L. cornelium scipionem interre-
gem concordiae causa obseruare legem liciniam comitiis consularibus uis-
sere. p. ualerio publicole datus e plebe collega. c. martius rutilius. Inclinatis
semel in concordiam animis noui consules fenebrem quoq; rem quae disti-
nere unanimos uidebatur leuare aggressi solutionem alieni eris in publi-
cam curam uerterunt: Quinq; uiris creatis quos mensarios a dispensatione
pecuniae appellarunt. Meritiq; equitate curaq; sunt: ut per omnium anna-
lium monumenta celebres nominibus essent. Fuere auī. c. duillius. p. de-
cius mus. m. papirius. q. publius & . t. emilius: qui rem difficillimā tractatu
& plerunq; parti utriq; semper certe alteri graues cum alia moderatione
tum impendio magis publico: q̄ iactura sustinuerunt. Tarda enim nomi-
na & impeditiora inertia debitorū: q̄ facultatibus: aut erariū mensis cū
ere in foro positis dissoluit: ut populo prius caueretur: aut extimatio eqs
rerū pretiis liberauit: ut non modo sine iniuria: sed etiā sine querimonia
partis utriusq; exhausta uis ingens eris alieni sit. Terror inde uanus belli
etrusci cum coniurasse. xii. populos fama esset: dictatorem dici coegit.
Dictus in castris: eo enim ad consules missum ex senatus cōsulto est. c. iulius:
cui magister eqtum adiectus. L. emilius. Ceterum foris tranquilla omnia
fuere: Tentatum domi per dictatorem: ut ambo patrum consules crearent:
rem ad interregnum perduxit. Duo interreges. c. sulpicius & . m. fabius inter-

positu obtinuere: quod dictator frustra tetenderat. Mitiore iã plebe
obrecens meritum leuati æris alieni: ut ambo patritii consules creare
tur: Creati ipse. c. sulpicius potitus. qui prior interregno abiit & t. qn
tius penus. Quidam cesonem alii cæso cognomen quintio adiicuit. Ad
bellum ambo profecti: phaliscum quintius. sulpicius tarqniense: nusq̃
acie congresso hoste cum agris magis: q̃ cum hominibus urendo popu
landoq; gesserunt bella: cuius lente uelut tabis senio uicta utriusq; po
puli pertinacia est: Vt primum a consulibus deinde permissu eorũ ab
senatu indutias peterent. Ita posita duorum bellorum. quo imminebãt
cura. dum aliqua ab armis quies esset: quia solutio æris alieni multaru
mutauerat dominos: censum agi placuit. Cæterum cum censoribꝫ crea
dis indicta comitia essent: professus censuram se petere. c. martius ruti
lius qui primus dictator de plebe fuerat concordiam ordinum turba
uit: quod uidebatur quidem tempore alieno fecisse: quia ambo tũ for
te patritii consules erant. qui rationem eius se habituros negabant. Sed
& ipse constantia inceptum obtinuit: & tribum omni ui recuperando
ius consularibus comitiis amissum adiuuerunt. Et cum ipsius uiri ma
iestas nullius honoris fastigium non æquabat: cum per eundem qui ad
dictaturam aperuisset uiam: censuram quoq; in partem uocari plebs uo
lebat. Nec uariatum comitiis est: quin cum manlio nemo censore mar
tius crearetur. Dictatorem quoq; hic annus habuit. m. fabium nullo
terrore belli. Sed ne licinia lex comitiis consularibus obseruaretur:
magister equitum dictatori additus. q. seruilius. Nec tamen dictatu
ra potentiorem eum consensum patrum consularibus comitiis fecit q̃
censorius fuerat. M. popilius lenas a plebe consul. a patribus. l. corne
lius scipio dictus. Fortuna quoq; illustriorem plebeium consule fecit.
Nam cum ingentem galloru exercitum in agro latino castra posuisse nun
tiatum esset: scipione graui morbo implicito gallicum bellum popilio
extra ordinem datum. Is impigre exercitu scripto cum omnis extra por
tam capenam ad martis ædem conuenire armatos iuniores iussisset si
gnaq; eodem questores ex erario deferre quatuor expletis legionib̃
quod superfuit militum. p. ualerio publicole prætori tradidit. Auctor
patribus scribendi alterius exercitus: quod ad incertos belli euentus sub
sidium rei. p. esset. Ipse iam satis omnibus instructis comparatisq; ad ho
stem pergit. Cuius ut prius nosceret uires: q̃ periculo ultimo tentaret:
in tumulo quem proximum castris gallorum capere potuit: uallũ du

cere cepit. Gens ferox & ingenii auidi auidi ad pugnam cum procul uisis romanorum signis: ut extēplo prelium initura explicuisset acie: postq̄ neq; in equum dimitti agmen uidit: & cum loci altitudine: tū uallo etiā tegi romanos: perculsos pauore rata simul opportuniores: quod intenti tū maxime operi essent: truci clamore aggreditur. Ab romanis nec opus intermissum. Triarii erant: qui muniebant: & ab hastatis principibusq; qui pro munitoribus intenti armatiq; steterūt: prelium initū. preter uirtutē locus quoq; superior adiuuit: ut pila omnia hasteq; non tanq̄ ex equo missa: ut plerunq; fit caderent: sed omnia librata ponderibus figerentur: oneratiq; telis galli quibus aut corpora transfixa: aut pregrauata inherentibus gerebant scuta: cum cum cursu pene unde aduersum subisset primo incerti restitere: dein cum ipsa cunctatio & his animos minuisset & auxisset hosti: impulsi retro ruere alii super alios: stragemq; interse cede ipsa fediorem dare: Adeo precipiti turba obruti plures: q̄ ferro necati. Nec dum certa romanis victoria erat: alia in campum digressis supererat moles. Nanq; multitudo gallorum sensum omnem talis damni exuperans uelut noua rursus exoriente acie integrum militē aduersus uictorem hostem ciebat: Stetitq; suppresso impetu romanus: & qa iterum fessis subeunda dimicatio erat: & quod consul dum inter primores incautus agitat: leuo humero machera prope traiecto cesserat parumper ex acie: Iamq; omissa cunctando victoria erat: cum consul uulnere alligato reuectus ad prima signa: Quid stas miles inquit: non cum latino sabinoq; hoste res est: quem uictum armis socium ex hoste facias: in belua strinximus ferrum: hauriendus aut dandus est sāguis. Propulistis a castris: supina in ualle precipites egistis: stratis corporibus hostiū superstatis. Complete eadem strage campos: qua montes repleistis. Nolite spectare: diū ante uos fugiant: inferenda sunt signa & uadendum i hostem. His adhortationibus iterum coorti pellunt loco primos manipulos gallorum. Cuneis deinde in medium agmen prumpunt. Inde barbari dissipati quibus nec certa imperia nec duces essēt: uertunt impetum in suos: fusiq; per campos & preter castra etiā sua fuga palati: quod editissimum inter equales tumulos occurrebat oculis arcem albanā petunt. Consul non ultra castra insecutus: quia & uulnus degrauabat: & subiicere exercitum pugna fessum nouo labori nolebat: a persequendo hoste continuit: tumulis ab hoste occupatis preda omni castrorū militi data uictorem exercitum opulentumq; gallicis spoliis romam reduxit.

Moram triumpho uulnus consulis attulit: eademq causa dictatoris desiderium senatui fecit: ut esset qui egris consulibus comitia haberet. Dictator .l. furius camillus dictus addito magistro equum. p. cornelio scipione: reddidit patribus possessionem pristinam consulatus. Inde ob id meritum ingenti patrum studio creatus consul collegam ap. claudium crassum dixit.

Prius q̃ inirent noui consules magistratum: triumphus a popilio de gallis actus: magno fauore plebis: musitantesq inter se rogitabant: nunquid plebeii consulis peniteret? Simul dictatorem increpabant: qui legis licinie sprete mercede consulatum priuati cupiditate q̃ publica iniuria fediorem cepisset: ut se ipsum consulem dictator crearet. Annus multis uariisq motibus fuit insignis. Galli ex albanis montibus quia hiemis uim pati nequiuerant: per campos maritimaq loca uagi populabantur. Mare infestum classibus grecorum erat: oraq litoris antiatis laurensq tract & tyberis ostia: ut predones maritimi cum terrestribus congressi anceps semel prelio decertarent: dubiiq discesserint in castra galli: greci retro ad naues victos se an victores putarent. Inter hos longe maximus extitit terror concilia populorum latinorum ad lucum ferentine habita: Responsumq haud ambiguum imperantibus milites romanis datum. Abstinerent imperare his quorum auxilio egerent. Latinos pro sua libertate potius: q̃ pro alieno imperio laturos arma. Inter duo simul bella externa defectione etiam sociorum senatus anxius cum cerneret metu tenendos quos fides non tenuisset: extendere omnes imperii uires consules delectu habendo iussit: ciuili quippe standum exercitu esse: quando socialis cetus desereret undiq: Non urbana tantum sed etiam agresti iuuentute decem legiones scripte dicuntur: quaternum miliu & .cc. peditum equitumq trecentorum. Quem nunc nouum exercitum siqua externa uis ingruat: he uires populi .r. quas uix terrarum capit orbis contracte in unum haud facile efficiant: adeo in quae laboramus sola creuimus diuitias luxuriamq. Inter cetera tristia eius anni consul alter ap. claudius in ipso belli apparatu moritur. Redierantq res ad camillum cui unico consuli uel ob aliam dignationem haud subiciendam dictature uel ob omen faustum ad gallicum tumultum cognominis: dictatorem arrogare haud satis decorum uisum est patribus. Consul duabus legionibus urbi prepositis octo cum .l. papirio prætore duuisis memor paternae uirtutis gallicum sibi bellum extra sortem sumit. prætore maritima oram tutari grecosq arcere a litoribus iussit. Et cum in agrum pomptinum descendisset: quia neq in

campos congredi nulla cogente re uolebat & prohibendo populationibo
quos rapto uiuere necessitas cogeret satis domari credebat hostem: locū
idoneū statiuis delegit. Vbi cum stationibus quieti tempus tereret: gallus
processit magnitudine atq. armis insignis: quatiensq. scutum hasta cum
silentium fecisset prouocat per interpretem uirum ex romanis qui secū
ferro decernat. Marcus erat ualerius tribunus militū adolescens: qui ha
ud indignior eodem decore se: q̄. t. manlium ratus: prius scisciratus cō
sulis uoluntatem in medium armatus processit. Minus insigne certamen
humanum numine interposito deorū factum. Nanq. conserenti iā ma
num romano coruus repente in galea consedit in hostem uersus. Quod
primum ut augurium celo missum letus accepit tribunus: precatus de
inde si diuus si diua esset qui sibi prepetem misisset uolens propitius ades
set. dictu mirabile: tenuit non solum ales captam semel sedem: sed quo
tiensciunq. certamen initum est leuans se ales os oculosq. hostis rostro & un
guibus petit: donec territum prodigio talis uisu oculisq. simul ac mente
turbatum ualerius obtruncat. Coruus ex conspectu elatum oriente petit.
Hactenus quiete utriusq. stationes fuere. Postq̄ spoliare corpus cesi hostis tri
bunus cepit: nec galli se statione tenuerunt: & romanorum cursus adui
ctorem etiam otior fuit. Ibi circa iacentis galli corpus contracto certami
ne pugna atrox concitatur. Iam non manipulis proximarū stationū: sed
legionibus utriusq. effusis res geritur. Camillus letum militem uictoria tri
buni, letum tam presentibus ac secundis diis ire in prelium iubet: ostentāsq.
insignem spoliis tribunū: Hunc imitare miles aiebat & circa iacentē du
cem sterne gallorum cateruas. Di hominesq. illi affuere pugne: depugna
tumq. haud quaq̄ certamine ambiguo cum gallis est: adeo duorū militū
euentum inter quos pugnatum erat utraq. acies animis perceperat. Inter
primos quorū concursus alios conciuerat atrox prelium fuit. Alia multi
tudo prius q̄ ad iactum teli ueniret terga uertit. Primo per uulscos pha
lernumq. agrum dissipati sunt. Inde apuliam ac mare inferū petunt. Cō
sul contione aduocata laudatum tribunum .x. bobus atq. aurea corona
donat. Ipse iussus absenatu bellum maritimū curare cum pretore iunxit
castra. Ibi quia res trahi segnitia graecorū non committentiū se in aciem
uidebantur: dictatorem comitiorū causa .t. manliū torquatū ex auctori
tate senatus dixit. Dictator magistro equitū .a. cornelio cosso dicto comi
tia consularia habuit: emulumq. decoris sui absentem .m. ualerium coruū:
id enim illi deinde cognominis fuit: summo fauore populi tres & uiginti

natum annos consulem renuntiauit. Collega coruo de plebe. m. po-
pilius lenas quartū consul futurus datus est. Cū grecis a camillo nul-
la memorabilis res gesta: nec illi terra. nec romanus mari bellator erat.
Postremo cum litoribus arcerentur. aqua etiā preter cetera usui neces-
saria deficiente. italiam reliquere. Cuius ea. cuiusq; gentis classis fuerit:
nihil certi est. maxime siciliae fuisse tyrannos crediderim. Nam ulte-
rior grecia. ea tempestate intestino fessa bello iam macedonum opes
horrebat. Exercitibus dimissis cum & foris pax & domi concordia or-
dinum ocium esset: ne nimis lete res essent. pestilentia ciuitatē ador-
ta coegit senatū imperare decem uiris: ut libros sybillinos inspicerēt.
eorumq; monitu lectisternium fuit. Eodem anno satricum abantiati-
bus colonia deducta. restituitaq; urbs quam latini euerterant. Et cum
carthaginensibus legatis romae fedus ictum: cū amicitiam ac societa-
tem petentes uenissent. Idem ocium domi forisq; mansit. T. mālio tor-
quato iterū. c. plautio consulibus: semiunciarū tantū excunciario fe-
nus factum. & in pensiones equas triennij. ita ut q̄ta presens esset solu
tio eris alieni dispensata est. & sic quoq; parte plebis affecta: fides tam
publica priuatis difficultatibus potior ad curā senatui fuit. Leuate
maxime res: quia tributo ac delectu supersessum. Tertio anno post sa
tricū restituti a uulscis. m. ualerius coruus iterū consul cum. c. peti-
lio factus cum ex latio nuntiatum esset: legatos abantio circuire po
pulos latinorū ad concitandum bellum: priusq̄ plus hostū fieret: uul
scis arma inferre iussus ad satricum exercitu infesto pergit. Quo cū
antiates aliiq; uulsci preparatis iā ante siqd a roma moueretur: copi
is occurrissent: nulla mora inter infensos tam diutino odio dimican-
di facta est. Vulsci ferocior ad rebellandum: q̄ ad bellandū gens cer-
tamine victi fuga effusa satrici menia petūt: & ne in muris quidē sa
tis firma spe. cum corona militum cincta iam scalis caperetur urbs:
ad quatuor milia militū preter imbellem multitudinē se se dedere.
O pidum dirutum atq; incensū: ab ede tantū miris matute abstinuere
ignē: preda omnis militi data. Extra predā quatuor milia deditorū
habita. Eos uinctos consul ante currū triumphans egit. Venditis dein-
de magnam pecuniā in erarium redegit. Sunt. qui hanc multitu-
dinem captiua seruorū fuisse scribant. Idq; magis uerisimile est: q̄ de
ditos uenisse. Hos consules secuti sunt. m. fabius dorsuo. ser. sulpicius
camerinus. Aurunci inde bellū a repentina populatione ceptum:

metuq, ne id factum populi uniuſ conſilium omniſ nominiſ latiniſ-
ſet. Dictator uelut aduerſuſ armatum iam latium. l. furiuſ creatuſ
magiſtrū equitum. cn. manliū capitolinū dixit. Et cum quod per ma-
gnoſ tumultuſ fieri ſolitū erat iuſtitio indicto delectuſ ſine uacatio-
nibuſ habituſ eſſet: legioneſ q̄tum maturari potuit in auruncoſ ducte.
Ibi predonum magiſ q̄ hoſtium animi inuenti. Prima itaq, acie debella-
tum eſt. Dictator tamen quia & ultro bellum intulerant & detrectatio-
ne ſe certamini offerebant: deorū quoq, opeſ adhibendaſ ratuſ inter ipſa
dimicationem ædem iunoni monete uouit. Cuiuſ damnatuſ uoti cū ui-
ctor romam reuertiſſet: dictatura ſe abdicauit. Senatuſ dum uiroſ ad eā
ædem pro amplitudine populi r: faciendā creari iuſſit. Locuſ in arce de-
ſtinatuſ: quæ ædium. m. manlii capitolini fuerat. Conſuleſ dictatoriſ exer-
citu ad bellum uulſcum uſi ſoram ex hoſtibuſ incautoſ adorti ceperunt.
Anno poſtq̄ uota erat ædeſ monete dedicatur. c. martio rutilio tertiū. t.
manlio torquato tertiū conſulibuſ. Prodigium extemplo dedicationē
ſecutum ſimile uetuſto montiſ albani prodigio. Nanq, & lapidibo pluit
& nox interdiu uiſa intendi: libriſq, inſpectiſ cum plena religione ciui-
taſ eſſet: ſenatui placuit: dictatorem feriarum cōſtituendarū cauſa di-
ci. Dictuſ: p. ualeriuſ publicola: magiſter equum. c. fabiuſ ambuſtuſ dictuſ
eſt. Non tribuſ tantū ſupplicatum ire placuit: ſed finitimoſ etiam popu-
loſ: Ordoq, hiſ quo quiſq, die ſupplicarent ſtatutuſ. Iudicia eo anno popu-
li triſtia in feneratoreſ facta. quibuſ ab ædilibuſ dicte dieſ eſſent tradunt.
Et reſ haud ulla inſigni ad memoriā cauſa ad interregnum rediit. Ex
interregno. ut id actum uideri poſſet: ambo patricii conſuleſ creati ſuī:
. m. ualeriuſ coruuſ tertiū. a. corneliuſ coſſiuſ. Maiora iam hinc bella
& uiribuſ hoſtium & longinquitate uel regionum uel temporum ſpatio
quibuſ bellatum eſt. Nanq, eo anno aduerſuſ ſamnitеſ gentē opibuſ ar-
muſq, ualidam mota arma. Samnitum bellum anciptiti marte geſtum:
pyrrhuſ hoſtiſ: pyrrhum peni ſecuti: quanta rerum moleſ: quotieniſ in
extrema periculorum uentum: ut in hanc magnitudinē: que uix ſuſti-
netur erigi imperium poſſet. Belli autē cauſa cum ſamnitibuſ romaniſ
cum ſocietate amicitiaq, iuncti eſſent extrinſecuſ uenit: non inter ipſoſ
orta eſt: Samnitеſ ſidicinis uiuſta arma quia uiribuſ pluſ poterāt cū in-
tuliſſent: coacti inopeſ ad opulentiorum auxiliū confugere: campaniſ ſe
ſe coniungunt. Campani magiſ nomen ad preſidium ſociorū q̄ uireſ cū
attuliſſent: fluentеſ luxu a duratiſ uſu armorum in ſidicino pulſi agro:

in se deinde omnem molem belli uerterunt. Nanq; samnites omissis sidi
cinis ipsam arcem finitimorum campanos adorti: unde æque facilis uicto
ria prede atq; gloriæ plus esset. Tifata imminentes capuæ colles cum pre
sidio firmo occupassent descendunt inde quadrato agmine in planitiem q̃
capuam tifataq; interiacet. Ibi rursus acie dimicatum: aduersoq; prelio cã
pani intra menia compulsi cũ robore iuuentutis sue accisso nulla propinqua
spes esset: coacti sunt a romanis petere auxilium. Legati introducti in sena
tum maxime in hanc sententiam locuti sunt. Populus nos campanus legatos
ad uos patres.c. misit: amicitiam in perpetuum auxilium presens a uobis pe
titum: quam si secundis rebus nostris petissemus: sicut cepta celerius: ita
infirmare uinculo contracta esset. Tunc enim ut qui ex æquo nos uenis
se in amicitiam meminissemus: amici forsitan pariter ac non subiecti atq;
obnoxii uobis minus essemus. Nunc misericordia uestra conciliati auxi
lioq; in dubiis rebus defensi beneficium quoq; acceptum colamus oportet:
ne ut ingrati atq; omni ope diuina humanaq; indigni uideamur. Neq; her
cule quod samnites priores amici sociq; uobis facti sint: ad id ualere ar
bitror: ne nos in amicitia accipiamur: sed ut uetustate & honore nos pre
stent. Neq; enim federe samnitum ne qua noua federa iungeretis cauti
est. Fuit quidem apud uos semper satis iusta causa amicitiæ: Velle enim
uobis amicum esse: qui uos appeteret. Campani & si fortuna presens ma
gnifice loqui prohibet: non urbis amplitudine: non agri ubertate ulli
populo preter q̃ uobis cedentes: haud parua ut arbitror accessio bonis rebo
uestris in amicitiam uenimus uestram. Equis uulsesq; æternis hostibus hu
ius urbis quandocunq; se mouerint a tergo erimus. Et quod uos pro salu
te nostra priores feceritis: id nos pro imperio uestro & gloria semper fa
ciemus. Subactis ijs gentibus quæ inter nos uosq; sunt: quod prope die
futurum spondet & uirtus & fortuna uestra continens imperium usq; ad
nos habebitis. Acerbum ac miserum est: quod fateri nos fortuna nra
cogit. Eo uentum est pres.c. ut aut amicorum aut inimicorũ campa
ni simus: Si defenditis uestri: si deseritis: samnitum erimus. Capuã er
go & campaniam omnem uestris: aut samnitum uiribus accedere ma
litis deliberate. Omnibus quidem romani uiam misericordiã uestrũq;
auxilium æquum est patere: his tamen maxime: qui eam implorantibo
alis auxilium dum supra uires suas prestant omnes ipsi in hanc necessita
tem uenerũt: Quanq̃ pugnauimus uerbo pro sidicinis re pro nobis: cum
uideremus finitimum populum nefario latrocinio samnitũ peti: & ubi

∴ in gradu honoris

cottagrallent

.XV.

conflagrassent sidicini: ad nos traiecturum illud incendium. Nec enim nĕ
quia dolent iniuriam acceptam samnites: sed quia gaudent oblatam sibi
esse causam oppugnatum nos uenunt. An si ultio ire hec & non occasio cu-
piditatis explendæ esset: parum fuit quod semel in sidicino agro iterũ in
campania ipsa legiones nostras cecidere? Quæ est ista tam infesta ira quã
per duas acies fusus sanguis explere non potuerit? Adde huc populationẽ
agrorum: prædas hominum atq; pecudum aetas: Incendia uillarum ac
ruinas: omnia ferro igniq; uastata. Hisne ira expleri non potuit? Sed
cupiditas explenda est: ea ad oppugnandam capuã rapit. Aut delere ur-
bem pulcherrimam: aut ipsam possidere uolunt. Sed uos potius romani
beneficio uestro occupate eam: q̃ illos habere per maleficium sinatis. No
loquor apud recusantem iusta bella populum: sed tamen si ostenderitis
auxilia uestra ne bello quidem arbitror uobis opus fore. Usq; ad nos con
temptus samnitum peruenit: supra non ascendit. Itaq; umbra uestri auxi
lii romani tegi possimus. quicquid deinde habuerimus quicqd ipsi fue-
rimus: uestrum id omne existimaturi. Vobis arabitur ager campanus: uo
bis capua urbs frequentabitur. Conditorum parentum deorum immor-
talium numero nobis eritis. Nulla colonia uestra erit quæ nos obsequio
erga uos fideq; superet. Annuite. p.c. nutum nomenq; uestrum inuicti
campanis: & iubete sperare incolumem capuam futuram. Qua frequentia
omnium generum multitudinis prosequente creditis nos illinc profectos:
q̃ omnia uotorum lachrymarumq; plena reliquisse? In qua nunc expecta-
tione samnitum populumq; campanum coniuges liberosq; uestros esse?
Stare omnem multitudinem ad portas uiam hinc ferentem prospectantes
certum habeo: quid illis nos prĕs.c. solicitis ac pendentibus animis renũtia-
re iubeatis. Alterum responsum salutem uictoriam lucem ac libertatẽ:
alterum ominari horreo quæ ferat. Proinde ut aut de uestris futuris so-
cius amicisq; aut nusq̃ ullis futuris nobis consulite. Submotis deinde le-
gatis cum consultus senatus esset: & si magnæ parti urbis maxima opulentis-
simaq; italiæ uberrimus ager mari propinquus ad uarietates annonæ hor-
reum populi.r. fore uidebatur: tamen tanta utilitate fides anĩquior fuit.
Responditq; ita ex auctoritate senatus consul. Auxilio uos campani dignos
censet senatus: Sed ita uobiscum amicitiam institui par est: ne qua uetustior
amicitia ac societas uioletur. Samnites nobiscum federe iuncti. Itaq; arma
deos prius q̃ homines uiolatura aduersus samnites uobis negamus. Legatos
sicut fas iusq; est ad socios atq; amicos precatum mittemus: ne qua uobis uis

fiat. Ad ea princeps legationis: sic enim domo mandatū attulerat: quan
doqdem inqt nostra tueri aduersus uim atq; iniuriam iusta ui non uul
tis: uestra certe defendetis. Itaq; populum campanum urbemq; capuam,
agros: delubra deum: diuina humanaq; omnia in uestrā pres. c. populiq;
r. ditionem dedimus: quicquid deinde patiemur: dedititii uestri passuri
Sub hec dicta omnes manus ad consulem tendentes pleni lachrymarū in ue
stibulo curiæ procubuerunt. Commoti patres uice fortunarum huma
narum: si ille prepotens opibus populus luxuria superbiaq; clarus: a quo
paulo ante auxilium finitimi petissent adeo infractos gereret animos:
ut se ipse suaq; omnia potestatis alienæ faceret. Tum iam fides agi ui
sa, deditos non prodi: nec facturū æquū samnitū populū censebant:
si agrum urbemq; per deditionem factam populi r. oppugnaret. Le
gatos itaq; extemplo mitti ad samnites placuit: data mandata: ut
preces campanorū responsum senatus amicitiæ samnitum memoris:
deditionem postremo factam samnitibus exponerent: peterent pro
societate amicitiaq; ut dedititiis suis parcerent: neq; in eum agrum,
qui populi r. factus esset, hostilia arma inferrent. Si leniter agendo
parum proficerent: denuntiarent samnitibus populi r. senatusq; uer
bis: ut capua urbe campanoq; agro abstinerent. Hæc legatis agentib;
in concilio samnitum adeo est ferociter responsum: ut non solum ge
sturos se esse dicerent id bellum magistratus eorū: sed curia egressi sta
tibus legatis prefectos cohortium uocarent: hisq; clara uoce impera
rent: ut prædatū in agrum campanum extemplo proficiscerentur.
Hac legatione romā relata positis omnium aliarum rerū curis patres
fecialibus ad res repetendas missis belloq; quia non redderentur solem
ni more indicto decreuerunt: ut primo quoq; tempore de ea re ad
populum ferretur: missiq; populi consules ambo cum duobus exerci
tibus a urbe profecti: ualerius in campaniā, cornelius in samnium:
ille ad montē gaurum, hic ad satricula castra ponunt. Priori ualerio
samnitium legiones, eo nanq; omnem belli molem inclinatūrā cense
bant: occurrunt: simul in campanos stimulabat ira tam promptos nic
ad ferenda, nūc ad accersenda aduersus se auxilia. Vt uero castra ro
mana uiderunt: ferociter prosequisq; signum duces poscere: affirma
re eadem fortuna romanū campano laturū opem, qua campanos fidici
no tulerit. Valerius leuibus certaminibus tentandi hostis causa, baudita
multos moratus dies signū pugnæ proposuit: paucis suos adhortatus,

ne nouum bellum eos nouusq; hostis terreret: quicqd ab urbe longius pro
ferret arma: magis magisq; in imbelles gentes eos pdire: ne sidicinorū cāpa
norūq; cladibus samnitiū extimaret uirtutē: qualescūq; inter se certaue
rint: necesse fuisse: alterā partem uinci. Cāpanos qdem haud dubie ma
gis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaq; sua: q̄ui hostiū uictos esse: ōd
auit esse duo prospera in tot seculis bella samnitiū aduersus tot decora
populi. r. qui triumphos pene plures: q̄ annos ab urbe condita numeret:
qui omia circa se: sabinos: etruriā: latinos: hernicos: equos: uulscos: aurū
cos domita armis habeant: qui gallos tot preliis cæsos postremo in mare
ac naues fuga compulerit: Cū gloria belli ac uirtute sua quēq; fretos ire
in aciem debere: tum etiā intueri: cuius ductu auspicioq; ineunda pugna
sit: Vtrū qui audiendus dūtaxat magnificus adhortator sit: uerbis tantū
ferox: operū militarium expers: an qui ipse tela tractare: procedere
ante signa: uersari media in mole pugne sciat. Facta mea non dicta uos
milites inquit sequi uolo: nec disciplinā modo: sed exemplū etiā a me pe
tere. Nō factionib; modo nec p cōtiones usitatas nobilib;: sed hac dextra
mihi tres consulatus sūmamq; laudem peperi. Fuit cū hoc dici poterat:
patricius enī erat & a liberatoribus patrie ortus: & eodē anno familia ista consulatum
quo urbs hæc consulem habuit. Nunc iā nobis patribus uobisq; plebeis
promiscuus consulatus patet: nec generis ut ante sed uirtutis est premiū.
Proinde summū quoq; spectate milites decus. Nō si mihi nouum coruini
cognomen diis auctoribus homines dedistis: publicolarū uetustū fami
lie nostre cognomen excessit. Sēper ego plebē romanā militiae domiq;
priuatus in magistratibus paruis magnisq; eque tribunus ac consul eo memoria
dem tenore per omnes deinceps cōsulatus colo atq; colui. Nunc quod in
stat: diis bene iuuantibus nouum atq; integrum de samnitibus triū
phum mecū petite. Non alias mihi familiarior dux fuit: oia inter
infimos militū haud gratuate munia obeundo. In ludo preterea milita
ri cū uelocitatis uirūq; inter se equales certamina ineuit comiter fa
cilis uincere ac uinci uultu eodem: nec quenq̄ aspernari parē qui se
offerret: factis benignus: pro re dictis haud minus libertatis aliene: q̄
sue dignitatis memor: & quo nihil popularius est: quibus artibus petierat
magistratus iisdē gerebat. Itaq; uniuersus exercitus incredibili alacrita
te adhortationē prosecutus ducis castris egreditur: Preliū ut quod ma
xime unq̄ pari spe utriq; equis uiribus cū fiducia sui sine cōtemptu ho
stiū commissū est. Samnitibus ferociā augebant noue res geste: & paucos

ante dies geminata victoria. Romanis contra quadrigentorum annorum
decora & conditæ urbi æqualis victoria: Vtrisq; tamen nouus hostis curam
addebat. Pugna inditio fuit quos gesserant animos. Nanq; ita conflixerat:
ut aliq̃diu in neutram partem inclinarent acies. Tum consul trepidatio
nem inuiendam ratus, quando ui pelli non poterant equitibus imissis tur
bare prima signa hostium conatur. Quos ubi nequicq̃ tumultuantes in spa
tio exiguo uoluere turmas uidit: nec posse aperire in hostes uiam: reuect
ad antesignanos legionum cum desiluisset equo: Nostrum inqt peditum il
lud milites opus est. Agite dum, ut me uideritis quacunq; incessero in acie
hostium ferro uiam facientem: sic prosit quisq; obuios sternite: Illa omnia
qua nunc recte micant hastæ patefacta strage uasta cernetis. Hæc dicta
dederat: cum equites consulis iussu discurrunt in cornua: legionibusq; in
mediam aciem aperiunt uiam. Primus omnium consul inuadit hostem:
& cum quo forte contulit gradum obtruncat. Hoc spectaculo accensi dex
tra leuaq; ante se quisq; memorandum prelium ciet. Instant obnixi samnites
quanq̃ plura accipiunt: q̃ inferunt uulnera. Aliq̃diu iam pugnatum erat:
atrox cædes circa signa samnitum: fuga a nulla dum parte erat: adeo mor
te sola uinci destinauerat animis. Itaq; romani cum & fluere iam lassitu
dine uires sentirent & diei haud multum superesset: accensi ira concitat
se in hostem. Tum primum referri pedem atq; inclinari rem in fuga ap
paruit. Tum capi occidi samnis: nec superfuisset multi: ni nox victoria ma
gis: q̃ prelium diremisset. Et romani fatebantur: nunq̃ cum pertinacio
re hoste conflictum. Et samnites cum quererentur: quænam prima cau
sa tam obstinatos mouisset in fugam: oculos romanorum ardere uisos ane
bant: uesanosq; uultus & furentia ora. Inde plus q̃ ex alia ulla re terroris
ortum: quē terrorē non pugne solum euentu: sed nocturna profectio
ne confessi sunt. Postero die uacuis hostium castris romanus potitur: quo se
omnis campanorum multitudo gratulabunda effudit. Ceterum hoc gau
dium magna prope in samnio clade fedatum est. Nam ad satriculam
profectus cornelius consul exercitum incaute in saltum cauua ualle per
uium circaq; insessum ab hoste induxit. Nec prius q̃ recipi tui signa no
poterant imminentē capiti hostem uidit. Dum id more samnitico est:
quoad totum in uallem infimam dimitteret agmen. p. decius tribunus
militum conspicit unum editum in saltu collem imminentē hostium castris,
aditu arduum impedito agmini: expeditis haud difficilem. Itaq; consuli
territo animi: Videsne tu inqt: a. cornelio cacumen illud supra hostem?

Arx illa est spei salutisq; nostrae: si eam qm̃ ceci reliquere sammites impigre
capimus: Ne tu mihi plus q̃ uniuſ legionis principes hastatosq; dederis: cu
quibus ubi euasero in summu perge hinc omni liber metu: teq; & exercitu
seruia. Neq; enim moueri hostis subiectus nobis ad omnes ictus sine sua pnitie
poterit. Nos deinde aut fortuna populi r: aut nostra uirtus expediet.
Collaudatus a consule accepto praesidio uadit occultus per saltu: nec prius
ab hoste est uisus: q̃ loco quem petebat appropinquauit. Inde admiratio
ne pauentibus cunctis, cum omnium in se uertisset oculos & spatium co
sulis dedit ad subducendum agmen in aequiorem locum: & ipse constitit
in summo uertice. Sammites dum huc illuc signa uertunt: utriusq; rei
occasione amissa neq; insequi consulem nisi per eande uallem in qua pau
lo ante subiectum eu telis suis habuerant possunt: nec erigere agmen
in captum super se a decio tumulum. Sed cum ira in his magis qui fortu
nam gerende rei eripuerant: tum propinquitas loci atq; ipsa paucitas in
citat. Et nunc circudare undiq; collem armatis uolunt: ut a consule de
cium intercludant: nunc uiam patefacere: ut digressos in uallem adorã
tur. Incertos quid agerent nox oppressit. Decium primu spes tenuit: cu
subeuntibus in aduersum collem ex superiore loco se pugnaturu. Deinde
admiratio incessit: quod nec pugnam inirent: nec si abeo consilio iniqta
te loci deterrerentur: ope se uallo q; circudarent. Tum centurionibus ad
se uocatis: quenam illa insciti belli ac pigritia: aut quona modo isti ex si
dicinis campanisq; victoriam pepererunt: huc atq; illuc signa moueri ac
modo in unum conferri, modo educi uidetis. Opus quidem incipit nemo,
cum iam circudati uallo potuerimus esse. Tum uero non similes istoru si
mus: si diutius hic moremur: q̃ commodum sit. Agite dum ire mecu: &
dum lucis aliquid superest: quibus locis praesidia ponant: qua pateat hic
exitus exploremus. Haec omnia sagulo gregali amictus centurionibus ire
manipilariu militum habitu ductis ne ducem circuire hostes notaret
perlustrauit. Vigilis deinde dispositis ceteris omnibus tesserã dari iubet.
Vbi secunde uigilie buccina datum esset signu: armati cu silentio ad se co
uenirent. Quo ubi sicut edictum erat tacti conuenerunt. Hoc silentium
milites inquit omisso militari assensu in me audiendo seruandu est. Vbi se
tentiam meam uobis peregero: tum quibus eadem placebit in dexterã par
tem taciti transibitis: que pars maior erit eo stabitur cosilio. Nunc que
mente agito audite. Non fuga delatos nec inertia relictos hic uos circuue
nit hostis. Virtute cepistis locum: uirtute hinc oportet euadatis. Veniedo

huc exercitum egregium populi r. seruastis: erumpendo hinc uosmet
ipsos seruate: Digni estis qui pauci pluribus opem tuleritis: ipsi nullius au
xilio egeritis. Cum eo hoste res est, qui hesterno die delendi omnis exer
citus fortuna per socordiam usus non sit: hunc tam oportunum collem im
minentem capiti suo non ante uiderit: q̃ captum a uobis. Vos tam pau
cos tot ipsi milibus hominum nec ascensu arcuerint: nec tenentes locu
cũ diei tantũ superesset uallo circũdederint. Quem uidentem ac uigilã
tem sic eluseritis: sopitum oportet fallatis: immo necesse est: In eo enim
loco res sunt nostre: ut uobis ego magis necessitatis uestræ index: q̃ con
silii auctor sim. Neq; enim maneatis an abeatis hinc deliberari potest:
cum præter arma & animos armorum memores nihil uobis fortuna re
liqui fecerit: fameq; & siti moriendum sit: si plus q̃ uiros ac armatos de
cet ferrum timeamus. Ergo una est salus erumpere hinc atq; abire.
Id interdiu aut nocte faciamus oportet. Ecce autẽ aliud minus dubiũ:
quippe si lux expectetur: quæ spes est non uallo perpetuo fossaq; nos sep
turum hostem: qui nunc corporibus suis subiectis undiq; cinxerit ut
uideris collem. Atq; si nox oportuna est eruptioni sicut est: hæc profe
cto noctis aptissima hora est. Signo secunde uigiliæ conueniistis: quod
tempus mortales somno altissimo premit: per corpora sopita uaderis: uel
silentio incautos fallentes: uel sentientibus clamore subito pauore imie
cturi. Me modo sequimini, quem secuti estis. Ego eandem, quæ duxit
huc, sequar fortunam. Quibus hæc salutaria uidentur: agite dum in
dexteram partem pedibus transite: Omnes transierunt: uadentemq; per
intermissa custodiis loca decium secuti sunt. Iam euaserant media ca
stra: cum supscandens uigilum strata somno corpora miles offenso scu
to prebuit sonitum. Quo excitatus uigil cum proximum mouisset ere
ctiq; alios concitarent: ignari ciues an hostes essent: presidium erumpe
ret: an consul castra cepisset. Decius clamorem, quẽ non fallerent tolle
re iussis militibus torpidos somno insuper pauore exanimat: quo pre
pediti nec arma impigre capere: nec obsistere: nec insequi poterat. Inter
trepidationem tumultumq; sammitium præsidium romanum obuiis cu
stodibus cesis ad castra consulis peruadit. Aliq̃tum superera̗ nocti iamq;
in tuto uidebantur esse: cum decius: Macte uirtute inq; milites roma
ni este. Vestrum iter ac reditum omnia secula laudibus efferent. Sed ad
conspiciendam tantam uirtutem luce ac die opus est. Nec uos digni
estis, quos cum tanta gloria in castra reduces silentium ac nox tegat: hic

lucem quiete operiemur. Dictis obtemperatum. Atq; ubi primum illuxit
premisso nuntio ad consulis castra ingenti gaudio concitantur: & tessera
data incolumes reuerti, qui sua corpora pro salute omnium haud dubio
periculo obiecissent: prose quisq; obuiā effusi laudant: gratulantur: singu
los: uniuersos seruatores suos uocant: diis laudes grates q; agunt: decium
in celum ferunt. Hic decii castrensis triumphus fuit incedentis per me
dia castra cum armato præsidio: coniectis in eum omnium oculis & om
ni honore tribunum consuli æquantibus. Vbi ad prætorium uentū ē:
consul classico ad contionem conuocat: orsusq; meritas decii laudes inter
fante ipso decio distulit contionem: qui auctor omnia posthabenda dū
occasio in manibus esset: perpulit consulem: ut hostes & nocturno pauo
re attonitos & circa collem castellatim dissipatos aggrederetur. Crede
re etiam aliquos ad sequendum emissos per saltum uagari. Iussæ legio
nes arma capere: egresseq; a castris cum per exploratores notior iam sal
tus esset: uia patentiore ad hostem ducuntur: quem incautum impro
uiso adorte cum palati passim samnitium milites pleriq; inermes: nec
colligere in unum, nec arma capere, nec recipere intra uallum se pos
sent: pauentem primo in castra compellunt. Deinde castra ipsa tur
batis stationibus capiunt. Perfertur circa collem clamor: fugatq; ex
suis queq; præsidiis. Ita magna pars absenti hosti cessit: quos intra ual
lum egerat pauor. Fuere autē ad xxx. milia omnes cæsi: castra direp
ta. Ita rebus gestis consul aduocata contione: p. decii non ceptas solū
ante: sed cumulatas noua uirtute laudes peragit. Et preter militaria
alia dona aurea corona eum & centum bobus eximioq; uno albo opi
mo auratis cornibus donat. Milites qui in præsidio simul fuerant
duplici frumento in perpetuum: in presentia singulis bobus binisq; tu
nicis donati. Secundum consulis donationem legiones graminea coro
nam obsidionalē clamore donum approbantes decio imponunt. Altera
corona eiusdem honoris index a presidio suo imposita est. His decorat
insignibus bouem eximium marti immolauit: centum boues milit
bus dono dedit: qui secum in expeditione fuerant: Isdem militibus
legiones libras farris & sextarios uini contulerunt: omniaq; ingenti
alacritate per clamorem militarem indicem omnium assensus gerebā
tur. Tertia pugna ad suessulam commissa est: qua fugatis a. m. ualerio
samnitium exercitus omni robore iuuentutis domo accito certamine
ultimo fortunam experiri statuit. A suessula nuntii trepidi capuam

Inde equites citati ad ualerium consulem opem oratum ueniunt. Confestim signa mota relictisq; impedimentis castrorum ualido presidio rapti agitur agmen: nec procul ab hoste locum perexiguum: ut quibus pter equos ceterorum iumentorum calonumq; turba abesset castris cepit.
Samnitium exercitus uelut haud ulla mora pugne futura esset acie istruit. Deinde postq̃ nemo obuius ibat: infestis signis ad castra hostiũ succedit. Ibi ut militem in uallo uidit: missiq; ab omni parte exploratũ q̃ in exiguum orbem contracta castra essent: paucitatem inde hostiũ colligentes retulerunt. Fremere omnis acies: complendas esse fossas scindendumq; uallum & in castra erumpendum. Transactumq; ea temeritate bellum foret: ni duces continuissent impetum militum. Ceterum qa multitudo sua commeatibus grauis & prius sedendo ad suessulã: & tum certaminis mora haud procul abrerum omnium inopia esset: placuit dũ inclusus maneret hostis frumentatum per agros militem duci. Interquieto romano qui expeditus q̃tum humeris inter arma geri posset frumentum secum attulisset: defutura omnia. Consul palatos per agros cum uidisset hostes: stationes infrequentes relictas: paucis milites adhortatus ad castra oppugnanda ducit. Que cum primo clamore atq; impetu cepisset: pluribus hostium in tentoriis suis: q̃ in portis uallo q; cesis signa captiua in unum locum conferri iussit. Relictisq; duabus legiombus custodie & presidii causa grauiedicto monitis: ut donec ipse reuertisset preda abstinerent: profectus agmine instructo cum premissis eques uelut indagine dissipatos samnites ageret cedem ingentẽ fecit. Nã neq; quo signo coire inter se: neq; utrum castra peterent: an longiore intenderent fugam territis constare poterat. Tantumq; fuge ac formidinis fuit: ut ad xl. milia scutorum nequaq̃ tot cesis: & signa militaria cũ iis que in castris capta erant ad cẽtũ septuagita ad consulẽ deferrentur.
Tum in castra hostium reditum: ibiq; omnis preda militi data. Huius certaminis fortuna & phaliscos cum in induciis essent fedus petere a senatu coegit. Et latinos iam exercitibus comparatis ab romano in periculũ iuertit bellum. Neq; ita rei geste fama se finibus italie tenuit: sed carthaginenses quoq; legatos gratulantes romam misere cum corone aurea dono: que in capitolio in iouis cella poneretur. Fuit pondo xxv. Consules ambo de samnitibus triumpharunt: sequente decio insigni laude donisq; cum in condito militari loco: haud minus tribuni celebre nomen: q̃ consulum esse. Campanorũ deinde suessanorũq; audite lega

38.

tiones: precantibusq; datum: ut presidium eo in hiberna mitteretur: quo
samnitium excursiones arcerentur. Iam tum minime salubris militaris
disciplinæ capua instrumento omnium uoluptatum delinitos militū an-
mos auertit a memoria patriæ. Inibantur q; consilia in hibernis eode sce-
lere adimendæ campanis capuæ: per quod illi eam antiquis cultoribo ade
missent: neq; immerito suum ipsorum exemplum in eos uersurū. Cur at
potius campani agrum italiæ uberrimum dignam agro urbem: qui nec
se nec sua tutari possent: q̄ uictor exercitus haberet: qui suo sudore ac san-
guine unde samnites depulisset: An iam æquum esse dedititios suos illa
fertilitate atq; amenitate perfrui: se militando fessos in pestilenti atq;
arido circa urbē solo luctari: aut in urbe insidentem labem crescentis in
dies fenoris pati: Hæc agitata occultis coniurationibus nec dum uulgata
in omnes consilia inuenit nouus consul. c. martius rutilius cui campania
sorte prouincia euenerat. q. seruilio collega ad urbem relicto. Itaq; cum
omnia ea sicut gesta erant per tribunos comperta, & ætate haberet & usu
doctus: quippe qui iam quartū consul esset dictatorq; & censor fuisset: op
timum ratus differendo spem quandocunq; uellet cōsilii exequendi milita-
rem impetum frustrari: rumorem dissipat in isdem opidis: anno post præ-
sidia hibernatura. Diuisa enim erant per campaniæ urbes manauerantq;
a capua consilia in exercitum omnem. Eo laxamento cogitationibus dato
quieuit in presentia seditio. Consul educto in æstiua milite dum quietos
samnites habebat, exercitum purgare missionibus turbulentorū hominū
instituit: Alius emerita dicendo stipendia esse: alios graues iam ætate: aut
uiribus parum ualidos: quidā in comeatus mittebantur: Singuli primo:
deinde cohortes quædam: quia procul a domo ac rebus suis hibernassent
per speciē etiā militarū usū cum alii alio mitterentur: magna pars able-
gati. Quam multitudinē consul alter romæ: preterq; alias ex alis fingen-
do moras retinebat. Et primo quidem ignari ludificationis minime inui
ti domos reuisebat. Postq; neq; reuerti ad signa primos: nec ferme aliū, q;
qui in campania hibernassent: precipueq; ex his seditionis auctores mitti
uiderunt: primum admiratio, deinde haud dubius timor incessit animos:
consilia sua emanasse. Iam questiones: iam iudicia: iam occulta singulorū
supplicia: impudens & crudele consulum ac patrū in se regnum passiuos.
Hæc qui in castris erant occultis sermonibus serunt: neruos coniurationis
eiectos arte consulis cernentes. Cohors una cum haud procul aduersus esset:
ad lautulas saltu angusto inter mare ac montes consedit: ad excipiendos

quos consul aliis atq, aliis ut ante dictum est causis mittebat: la ualida admodum numero manus erat: nec quicq̃ ad iusti exercitus formā preter ducem deerat. Incomposiu itaq, prædantes in agrum albanum peruenium. & sub iugo albe longæ castra uallo cingunt. Perfecto inde opere reliquum diei de imperatore sumendo sententiis decertat. nulli ex presentibus satis fidentes: quem aut ab roma posse exciri: quē patrum aut plebis esse: qui aut tanto periculo se sciens offerat: aut cui ex iniuria insanientis exercitus recte causa committatur. Postero die cum eadem deliberatio teneret: ex predatoribus uagis quida cōpertum attulerant. t. quintium in tusculano colere: urbis honorūq, immemor: patritiæ hic uir gentis erat. Cui cum militiæ magna cum gloria aetate finem pes alter ex uulnere claudus fecisset: ruri agere uita procul ab ambitione ac foro constituit. Nomine audito extemplo agnouere uirum: & quod bene uerteret acciri iusserunt. Sed parum spei erat uoluntate quicq̃ facturum. Vim adhiberi ac metū placuit. Itaq, silentio noctis cum tectum uiliæ qui ad id missi erat intrassent: somno grauem quintiū oppressum: nihil medii: aut imperii atq, honorem: aut ubi resistaret mortem insequeretur denuntiantes in castra protraxerunt. Imperator extemplo aduenient appellat insigniaq, honoris exterrito subite rei miraculo deferunt. & ad urbem ducere iubent: Suo magis impetu: q̃ consilio ducis conuulsis signis infesto agmine ad lapidem octauum uia quæ nūc appia est peruenium: ussentq, confestim ad urbem: ni uenire contra exercitum dictatoremq, aduersum se: m. ualerium coruum dictum audissent & magistru eqtum. l. emiliū mamercū. Vbi primū in conspectū uentum est: arma signaq, agnouere: extemplo omnibus memoria patriæ iras permulsit. Nondum erant tam feroces ad sanguinē ciuilem: nec preter externa nouerant bella: Vltimaq, rabies secessio ab suis habebatur. Itaq, iam duces iam milites utrinq, congressis quaerere ad colloquia. Quintius quem armorum etiā pro patria satietas teneret: ne dum aduersus patriā: Coruinus omnes caritate ciues precipue milites & ante alios suum exercitum complexus ad colloquiū processit. Cognito extemplo ei haud minor ab aduersariis uerecundia: q̃ ab suis silentium datum. Deos inqt immortales milites uestros publicos meosq, ab urbe proficiscens ita adorauī uenamq, supplex poposci: ut mihi de uobis concordiæ partam gloriā non uictoriam

∴ ut resisterer

darent. Satis fuit eritq; unde belli decus pariatur: hic pax peten-
da est. Quod deos immortales inter nuncupanda uota expoposci eius
me compotem uoti uos facere potestis: Si meminisse uultis non uos in
samnio, nec in uulscis: sed in romano solo castra habere: Si illos colles
quos cernitis patriæ uestræ esse: si hunc exercitum ciuium uestrorum:
si me consulem uestrum, cuius ductu auspicioq; priore anno bis legio-
nes samnitium fudistis: bis castra ui cepistis. Ego sum. m. ualerius cor-
uus miles, cuius uos nobilitatem beneficiis erga uos non iniuriis sen-
sistis: nullius superbe in uos legis, nullius crudelis senatus cõsulti auctor.
In omnibus meis imperijs in me seuerior: q̃ in uos. Ac sicut genus sicut
sua uirtus: sicut etiam maiestas: sicut honores subdere spiritus potuerũt:
is eram natus. Id specimen mei dederam. Ea ætate consulatũ adeptus
eram: ut potuerim tres & uiginti annos natus consul patribus quoq; ferox
esse: non solum plebi. Quod meum factum dictumue consulis grauius:
q̃ tribuni audistis: Eodem tenore duos insequentes consulatus gessi: eãde
hæc imperiosa dictatura geretur: Vt neq; in hos meos & patriæ meæ mi-
lites mitior sim: q̃ in uos horreo dicere hostes. Ergo uos prius in me stri-
xeritis ferrum: q̃ in uos ego. Istinc signa canent: istinc clamor prius in-
cipiet atq; impetus. Si dimicandum est: inducite in animũ: quod non
induxerunt patres auiq; uestri: non illi qui in sacrum montem secesse-
runt: non hi qui postea auentinum insederunt. Expectate dũ uobis sin-
gulis, ut olim coriolano matres coniuges q; crinibus passis obuiæ ab ur-
be ueniant. Tum uulscorũ legiones quia romanum habebant duce qe-
uerunt. Vos romanus exercitus ne desiteritis impio bello: Tite quinti
quocunq; istic loco seu uolens seu inuitus constitisti: si dimicandum erit:
tum tu in nouissimos te recipito: Fugeris etiam honestius tergumq; cui
dederis: q̃ pugnaueris contra patriã. Nunc ad pacificandũ bene atq;
honeste inter primõs stabis & colloquii huius salutaris interpres fueris.
Postulare æqua & conferre: quanq̃ uel iniquis standũ est potius: q̃ impias
inter nos conseramus manus. T. quinctius plenus lachrymarũ ad suos ue-
sus: me quoq; inqt milites, si quis usus mei est: meliore pacis: q̃ belli ha-
betis ducem. Non enim illa modo uulscus aut samnis: sed romanus ue-
ba fecit: uester consul, uester imperator miles: cuius auspicia pro uo-
bis experti nolite aduersus uos uelle experiri. Qui pugnarent uobiscũ
infestius & alios duces senatus habuit: qui maxime militibus pareret:
cui plurimũ uos imperatori uestro crederetis eum elegit. Pacem etiã

qui uincere possunt uolunt: Quid nos uelle oportet? Quin omissis ira & spe
fallacibus auctoribus nos ipsos nostraq omnia cognite permittimus fidei?
Approbantibus clamore cunctis. t. quintius ante signa progressus in potesta
te dictatoris milites fore dixit: Orauit ut causam miserorum ciuium si
sciperet: susceptamq eadem fide qua rem. p. administrare solutus esset tue
retur: Sibi se priuatim nihil cauere: nolle alibi. q̃ in innocentia spem ha
bere: militibus cauendum quod apud patres semel plebi uterum legioni
bus cautum sit: ne fraudi secessio esset. Quintio collaudato ceteris boni
animum habere iussis: dictator equo citato ad urbem reuectus auctorib
patribus tulit ad populum in luco petilini: ne cui militum fraudi secessio
esset. Orauit etiã bona uenia quirites: ne quis eam rem ioco serioue cuiq̃
exprobraret. Lex quoq sacrata militaris lata est: ne cuius militis scripti
nomen nisi ipso uolente deleretur: additumq legi: ne quis ubi tribunus
militum fuisset postea ordinum ductor esset. Id propter salonium postu
latum est a conuratis qui alternis prope annis & tribunus militum & pri
mus centurio erat: quem nunc primi pili appellant. Huic infensi milites
erãt quod semper aduersatus nouis consiliis fuisset: & ne particeps eorum
esset: qui a lautulis fugissent. Itaq cum hoc unum propter salonium abse
natu non impetraretur: Tum salonius obtestatus prẽs coscriptos: ne suum
honorem plurisq̃ concordiam ciuitatis extimarent: perpulit ut id quoq
ferretur. Eque impotens postulatum fuit: ut de stipendio equitũ. mere
bant autẽ triplex. ea tempestate ęra demerentur: quod aduersati conu
rationi fuissent. Preter hec inuenio apud quosdam. l. genuium tribuni
pl. tulisse ad plebem: ne fenerare liceret. Item alis plebiscitis cautum: ne
quis eundem magistratum intra decẽ annos caperet: neu duos magistra
tus uno anno gereret: Vt liceret consules ambos plebeios creari. Que si oia
concessa sunt plebi: apparet haud paruas uires defectionem habuisse: Ali
is annalibus proditum est: neq dictatorem ualerium dictum: sed per cõ
sules omnem rem actam: neq ante q̃ romam uenirentur: sed rome eã mul
titudinem conuiratorum ad arma consternata esse: nec in. t. quinti uillã:
sed in ędis. c. manlii nocte impetum factum. eumq a conuiratis compre
hensum ut dux fieret. Inde ad quartum lapidem profectos loco munito
consedisse: Nec ab ducibus mentionem concordię ortam: sed repente cũ
in aciem armati exercitus processissent: salutationem factam: & permixtos
dextras iungere ac complecti inter se lachrymantes milites cepisse: Coa
ctosq consules cum uiderent auersos a dimicatione militũ animos retu

lisse ad patres de concordia reconciliandā: Adeo nihil preter seditione
fuisse eamq; compositam inter antiquos auctores stat. Et huius fama se
ditionis & susceptum cum samnitibus graue bellum aliquot populos a ro
mana societate auertit. Et preter latinorum infidum iam diu fedus: pri
uernates etiam norbam atq; setiam finitimas colonias romanas incursio
ne subita depopulati sunt.

EXPLICIT LIBER SEPTIMVS.

INCIPIT LIBER OCTAVVS.

QVAM CONSVLES ERANT. C. PLAVTIVS
secundum. T. emilius mamercus: cum setini norbaniq; ro
mam nuntii defectionis priuernatium cum querimo
nis accepto cladis uenerunt. Vulscorum item exercitu
duce antiate populo consedisse ad satricum allatū. Vtriq;
bellum plautio sorte euenit. Prius ad priuernum pro
fectus extemplo acie conflixit. Haud magno certamine
deuicta hostes: opidum captum redditumq; priuernati
bus presidio ualido impositio. Agri partes due adempte.
Inde uictor exercitus satricum contra antiates ductus. Ibi magna utrinq;
cede atrox prelium fuit. Et cum tempestas eos neutro inclinata spe di
micantes diremisset: romani nihil eo certamine tam ambiguo fessi in po
sterum diem prelium parant. Vulsci recensentibus quos uiros in acie ami
sissent: haud quaq; idem animus ad iterandum periculum fuit. Nocte
pro uictis antium agmine trepido saucis ac parte impedimentorum re
licta abierunt. Armorum magna uis cum inter cesa hostium corpora militi
tum in castris inuenta est. Ea sue matri dare se consul dixit: finemq; ho
stium usq; ad oram maritimam est depopulatus. Alteri consuli emilio in
gresso sabellum agrum non castra samnitium. non legiones usq; oppoſi
te: ferro igniq; uastantem agros legati samnitium pacem orantes adeunt
A quo reiecti ad senatum potestate facta dicendi positis ferocibus animis
pacem sibi a romanis belliq; uis aduersus sidicinos petierunt. Que se eo
iustius petere: quod & in amicitiam populi. R. secundis suis rebus nō aduer
sis ut campani uenissent: & aduersus sidicinos sumerent arma suos seper
hostes: populi. R. nunq; amicos: qui nec ut samnites in pace amicitia: nec
ut campani auxilium in bello petissent: nec in fide populi. R. nec in di

tione essent. Cum de postulatis samnitium. r. emilius praetor senatu
consuluisset: reddendumq. his fedus patres censuissent: praetor samni
tibus respondit: Nec quo minus perpetua cum eis amicitia esset per po
populum. r. stetisse: nec contradici: quin qm̃ ipsos belli culpa sua contra
cti tedium ceperit amicitia de integro reconcilietur. Quod ad sidicinos
attineat: nihil intercedi: quo minus samniti populo pacis belliq. arbitriu
liberum sit. Federe icto cum domum reuertissent: extemplo inde exerci
tus romanus deductus annuo stipendio & trium mensium frumento accep
to, quod pepigerat consul: ut tempus induciis daret: quoad legati redis
sent. Samnites copias isdem, quibus usi aduersus romanum bellum fue
rant contra sidicinos profecti haud indubia spe erant mature urbis ho
stium potiundae. Tum ab sidicinis deditio prius ad romanos cepta fieri est:
deinde postq̃ patres ut seram eam ultimaq. tandem necessitate expres
sam aspernabantur: ad latinos iam sua sponte in arma motos facta est.
Ne campani quidem adeo iniuriae samnitium: q̃ beneficii romanorũ me
moria presentior erat: his se armis abstinuere. Ex his tot populis unus
ingens exercitus duce latino fines samnitium ingressus populationib
plus q̃ prelijs cladium fecit. Et quanq̃ superiores certaminibus latini
erant: haud inuiti ne sepius dimicandum foret agro hostium excesse
re. Id spatium samnitibus datum est romam legatos mittendi. Qui cũ
adissent senatum conquesti eadem se federatos pati, quae hostes esset
passi: precibus infimis petiere: ut satis ducerent romani victoriã quã
samnitibus ex campano sidicinoq. hoste eripuissent: ne uinci se se etiã
ab ignauissimis populis sinerent: latinos campanosq. si sub ditione popu
li. r. essent pro imperio arcerent samniti agro: si imperium abnueret:
armis cohercerent. Aduersus haec anceps responsum datum: quia fa
teri pigebat in potestate sua latinos iam non esse: timebantq. ne ar
guendo abalienarentur: campanorum aliam conditionem esse qui
non federe: sed per deditionem in fidem uenissent. Itaq. campanos seu
uelint seu nolint quieturos in federe: latinos nihil esse quod bella
re cum quibus uelint prohibeant. Quod responsum sicut dubios sam
nites quidnã facturum romanũ censerent dimisit: ita campanos me
tu abalienauit. Latinos uelut nihil iam non concedentibus romanis
ferociores fecit. Itaq. per speciem aduersus samnites belli parandi cre
bra concilia indicentes omnibus consultationibus inter se principes occulte
romanum coquebant bellum. Huic quoq. aduersus seruatores suos bel

lo campanus aderat. Sed quanq̃ omnia de industria celabantur: prius
q̃ mouerentur romani: tolli á tergo samnitem hostem uolebat: tamen
per quosdam priuatis auspiciis necessitudinisq̃ conuinctos indutia con
uurationis eius roma emanarunt: lussisq̃ ante tempus consulibus abdi
care se magistratu: quo maturius noui consules aduersus tanta mole
belli crearentur: religio incessit: ab eis quorum imminutum imperiu
esset comitia haberi. Itaq̃ per interregnu duo interreges fuerut. m. ua
lerius ac. m. fabius. creauere consules. t. manlium torquatum tertium
·p. decium murem. Eo anno alexandrum epyri regem in italia classe
appulisse constat: quod bellum si prima satis prospera fuissent: haud du
bie ad romanos peruenisset. Eadem ætas rerum magni alexandri est que
sorore huius ortu in alio tractu orbis inuictu bellis iuuene fortuna mor
bo extinxit. Cæterum romani & si defectio sociorum nominisq̃ latini ha
ud dubia erat: tam tanq̃ de samnitib̃ non de se cura agerent: decem
principes latinorum roma euocauerunt: quibus imperarent quæ uellent.
Prætores tum duos latium habebat. l. annium setinu & l. numisiu circeie
sem ambos ex coloniis romanis: per quos preter signia uelitrasq̃ & ipsas
colonias romanas uulsci etia exciti ad arma erant. Eos nominatim euo
cari placuit: Haud cuiq̃ dubium erat super qua re accirentur. Itaq̃ cõ
cilio prius habito prætores. q̃ roma proficiscerentur. euocatos se á sena
tu docent romano: & quæ actum iri secum credat. Quidna ad ea respõ
deri placeat referunt. Cum aliud alii censerent: tum annius: Quanq̃ ip
se ego retuli quid responderi placeret: tamen magis ad summam rei
nostraru pertinere arbitror: q̃ quid agendu nobis: q̃ quid loquendu sit.
Facile erit explicatis consiliis accommodare rebus uerba. Nam si etia nc
sub umbra federis æqui seruitutem pati possumus: quid abest: quin p
ditis sidicinis nõ romanorum solu: sed samnitiu quoq̃ dicto pareamus:
respondeamusq̃ romanis nos: ubi iuuerint posituros arma. Sin autẽ ta
dem libertatis desiderium remordet animos: si fedus est: si societas eq̃
tio iuris est. Si cõsanguineos nos romanorũ esse: quod olim pudebat: nũc
gloriari licet: Si socialis exercitus illis is est: quo adiuncto duplicẽt ui
res suas, quem secernere á se consules bellis propriis ponendis sumẽdisq̃
nolunt: cur non omnia æquantur? cur non alter á latinis consul datur?
Vbi pars uirium: ibi & imperii pars est. Est quidem nobis hoc per se haud
nimis amplum, quippe concedentibus roma caput latii esse. Sed ut
amplu uideri posset diuturna patientia fecimus. Atq̃ si quando unq̃

consociandi imperii usurpandæ libertatis tempus optastis: en hoc tem
pus adest & uirtute uestra & deum benignitate uobis datum. Tentastis pa
tientiam negando militem: quis dubitat excarsisse eos: cum plus .cc. an
norum more solueremus: pertulerunt tamen dolorem. Bellum cum
pelignis gessimus nro noie: qui ne nostrorum quidem finium nobis per nos
tuendorum ius antea dabant: nihil intercesserunt: Sidicinos in fide receptos:
campanos abse ad nos descisse: exercitus nos parare aduersus sammites fe
deratos suos audierunt: nec mouerunt se ab urbe. Vnde hæc illis tanta
modestia: nisi a conscientia uirtum & nrarum & suarum? Idoneos auctho
res habeo querentibo de nobis sammitibus ita responsum a senatu romano
esse: ut facile appareret: ne ipsos quidem iam postulare: ut latium subro
mano imperio sit. Vsurpate modo postulando id quod illi uobis tacti
concedunt. Si quem hoc metus dicere prohibet: en ego ipse audiente
non populo.r. modo senatuq.: sed ioue ipso qui capitolium incolit profi
teor me dicturum: ut si nos in federe ac societate esse uelint: consule
alterum ab nobis senatusq. partem accipiant. Hæc ferociter non suadeti
solum, sed pollicenti clamore & assensu omnes permiserunt: ut ageret di
ceretq. quæ ad rem.p. nominis latini fidemq. suam attinere uideretur.
Vbi est romam uentum: in capitolio eis senatus datus est. Ibi cum .t. man
lius consul egisset cum eis ex auctoritate patrum: ne sammitibus federa
tis bellum inferrent: Annius tanq. victor armis capitolium cepisset, no
legatus inter gentium iuris loqueretur? Tempus inqt erit .t. manli uosq.
pres .c. tandem iam uos nobiscum nihil pro imperio agere? cum florentis
simum deum benignitate nunc latium armis uirisq. sammitibus bello iu
ctis: sidicinis campanisq. socis. nunc etiam uulscis adiunctis uideretis. Co
lonias quoq. uestras latinum romano pretulisse imperium. Sed qm uos
regno impotenti finem ut imponatis non inducitis in animum: nos quanq.
armis possimus asserere latium in libertatem: consanguinitati tamen hoc
dabimus: ut conditiones pacis feramus æquas utrisq.: qm uires quoq. eq
ri dis immortalibus placuit. Consulem alterum roma, alterum ex latio
creari oportet: Senatus partem æquam ex utraq. gente esse: Vnum populum,
unam rem.p. fieri. Et ut imperii eadem sedes sit: idemq. omnibus nomen:
qm ab alterutra parte concedi necesse est: quod utrisq. bene uertat. Sit
hæc sane patria potior: & romani omnes uocemur. Forte ita accidit: ut
parem ferociæ huius & romani consulem .t. manlium haberent: qui adeo
non tenuit iram: ut si tanta dementia pres coscriptos cepisset: ut a senio

homine leges acciperent: gladio cinctum in senatum uenturū se esse pa-
lam diceret: Et quencunq; in curia latinum uidisset: sua manu interep-
turum. Et conuersus ad simulachrū iouis: Audi iupiter hec scelera inqt:
audi iuis fasq.: peregrinos consules & peregrinum senatum in tuo iupiter
augurato templo captus atq; oppressus est. Haeccine federa tullus roma-
nus, albanis patribus uestris, hec. l. tarquinius uobiscū postea fecit: Non ue-
nit in mentem pugna ad regillū lacum: Adeo & cladium ueterū uestra-
rum & beneficiorum nostrorum erga uos oblitī estis: Cum consulis uocē sub-
secuta indignatio patrum esset: proditur memoriae: aduersus crebrā implo-
rationem deum, quos testes federum sepius inuocabant consules: uocem an-
nu spernentis numina iouis romani auditam. Certe cum commotus ira se
a uestibulo templi citato gradu proriperet lapsu per gradus capite grauī-
ter offenso impactus uno ita est saxo ut sopiretur. Exanimatum auctores
qm non omnes sunt: mihi quoq; in incerto relictum sit. Sicut inter fede-
rum ruptorum testationem ingenti fragore celi procellam effusam. Nam
& uera esse & apte ad representandā iram deum ficta posuit. Torquatus mis-
sus ab senatu ad dimittendos legatos cum iacentem annium uidisset excla-
mat ita ut populo patribusq; audita uox sit. Bene habet: dii pium moue-
re bellum. Es celeste numen: es magne iupiter: Haud frustrate patrē deū
hominumq; hac sede sacrauimus. Quid cessatis quir: uosq; pres. c. arma cape-
re diis ducibus: Sic stratas legiones latinorum dabo: quēadmodū legatum
iacentem uidetis. Assensu populi excepta uox cōsulis tantum ardoris animis
fecit: ut legatos proficiscentes cura magistratuum magis, qui iussu consulū
persequebantur: q̄ uis gentium ab ira impetuq; hominum tegeret. Cōsensit
aut & senatus bellum: Consulesq; duobus scriptis exercitibus per marsos peli-
gnosq; profecti adiuncto samnitium exercitu ad capuam quo iam latini
sociq; conuenerant castra locant. Ibi in quiete utriq; consuli eadem dicit
uisa species uiri maioris q̄ pro humano habitu augustioriq; dicentis: Ex una
acie imperatorem, ex altera exercitum diis manibus matriq; terre deberi. Vtri
exercitus imperator legiones hostium superq; eas se deuouisset: eius populi par-
tisq; victoriam fore: Hos ubi nocturnos uisus inter se consules contulerunt:
placuit ad auerruncandam deum iram uictimas cedi: simul ut si extis cade
que somno uisa erant portenderentur: alteruter consulū fata impleret. Vbi
responsa aruspicum insidenti iam animo tacite religioni congruerūt: tum
adhibitis legatis tribunisq; & imperiis deum propalam expositis: ne mors uo-
luntaria consulis exercitum in acie terreret: comparant inter se: ut ab ira

∴ ipse uisurus

∴ rex cum

∴ possunt

parte cedere romanus exercitus cepisset: unde se consul deuoueret pro po
pulo r. quiribusq;. Agitatum etiam in cosilio est: ut siquando unq; seuero ul
lum imperio bellum administratu esset: tunc uti disciplina militaris ad p̄
scos redigeretur mores. Curam acuebat quod aduersus latinos bellandu
erat: lingua moribus armorumq; genere institutis ante omnia militarib;
congruentes: milites militibus: centurionibus centuriones: tribuni tribunis:
compares collegeq; iisdem præsidiis sæpe iisdem manipulis permixti fue
rant. Per hæc ne quo errore milites caperentur: edicunt consules: ne quis
extra ordinem in hostem pugnaret. Forte inter ceteros turmarum præ
fectos qui exploratum in omnes partes dimissi erant. t. manlius cosulis fi
liius super castra hostium cum suis turmalibus euasit: ita ut uix teli iactu
abstatione proxima abesset. Ibi tusculani erant equites: preerat gemini
metius uir cum genere inter suos tum factis clarus. Is ubi romanos eqtes
insigneq; inter eos precedentem consulis filium: nam omnes inter se utiq;
illustres uiri noti erant cognouit: Vna ne ait turma romani cum latinis
sociisq; bellum gesturi estis? Quid interea consules? quid duo exercitus
consulares agent? Aderunt in tempore manliius inqt: & cum illis aderit
iupiter ipse federum a uobis uiolatorum testis: qui plus potest polletq; Si
ad regillum lacum ad sacietatem uestram pugnauimus: hic quoq; efficie
mus profecto: ne nimis acies uobis & collata signa nobiscum cordi sint.
Adea geminius paulum a suis equo prouectus: Vis ne igitur dum dies ista
uenit qua magno conatu exercitus moueatis interea tu ipse congredi
mecum: ut nostrū duorū iam hinc euentu cernatur: q̄tum eques latinus
romano prestat? Mouet ferocem animum iuuenis seu ira seu detrecta
di certaminis pudor: seu inexuperabilis uis fati. Oblitus itaq; imperii
patrii consulumq; edicti preceps ad id certamen agitur: quo uinceret
aut uinceretur haud multum interesset. Equitibus ceteris uelut ad
spectaculum submotis spatio quod uacui interiacebat campi aduersi
concitant equos. Et cum infestis cuspidibus concurrissent: manlii cuspis
per galeam hostis metii transceruicem equi lapsa est. Circū actis deinde
equis cum prior ad iterandum ictum manliius cosurrexisset: spiculum
inter aures equi fixit. A cuius uulneris sensu cum equus prioribus pe
dibus erectis magna ui caput quateret: excussit equitem: quem cuspi
de parmaq; inixum attollentemq; se a graui casu manliius a iugulo ita
ut per costas ferrum emitteret affixit: spoliisq; lectis ad suos reuectus cū
ouante gaudio turma in castra atq; inde ad pretorium ad prem tendit:

ignarus facti futuri: que laus an pena merita esset. Vt me omnes ingt
pater tuo sanguine ortum uere ferrent: prouocatus equestria hec spo-
lia capta ex hoste caeso porto. Quod ubi audiuit consul: extemplo filium
auersatus contionem classico aduocari iussit: que ubi frequens conuenit:
Quando ingt tu. t. manli neq. imperium consulare: nec maiestatem patria
uerituis aduersus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti: q
q̃tum in te fuit disciplinam militarem qua stetit ad hanc diem romana
res soluisti: meq. in eam necessitatem adduxisti: ut aut rei .p. mihi: aut
mei meorumq. obliuiscendum sit: nos potius nostro delicto plectemur: q̃
res.p. tanto suo damno nostra peccata luat. Triste exemplum: sed in posteru
salubre iuuentuti erit. Me quidem cum ingenita caritas liberum: tum spe
cimen istud uirtutis deceptum uana imagine decoris in te mouet. Sed eu
aut morte tua sanciendа sint consulum imperia: aut impunitate in per-
petuum abroganda: nec te quidem siquid in te nostri sanguinis est recu-
sare censeam: quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam pena resti
tuas. I, lictor deliga ad palum. Exanimati omnes tam atroci imperio: n
aliter q̃ in se quisq. districtam cernentes securim metu magis q̃ modestia
quieuere. Itaq. uelut emerso ab admiratione animo cum silentio defixi
stetissent: repente postq̃ ceruice caesa fusus est cruor: tum libero conquestu
coorte uocesfuit: ut neq. execrationibus parceretur: spoliisq. contectum in-
uenis corpus q̃tum militaribus studiis funus ullum celebrari potest stru
cto extra uallum rogo cremaretur: manliana q. imperia non in presen
ti modo horrenda: sed exempli etiam tristis in posterum essent. Fecit ta
men atrocitas penae obedientiorem militem: Et praeter q̃ quod custo
diae uigiliaeq. & ordo stationum intentiori ubiq. curae erant: in ultimo
etiam certamine cum descensum in aciem est: ea seueritas profuit. Fu
it ciuili maxime bello pugna similis: adeo nihil apud latinos dissonum
ab romana re.p. praeter animos erat. Clipeis antea romani usi sunt. De
inde postq̃ stipendiarii facti sunt: scuta pro clipeis fecere. Et quod an-
tea phalanges similes macedonicis: hoc postea manipulatim structa a-
cies cepit esse. Postremo in plures ordines instruebantur. Ordo sexage
nos milites. duos centuriones uexillarium unum habebat. Prima acies
hastati erant: manipuli xv: Adstantes inter se modicum spatium: manipu
lus leuis uicenos milites: aliam turbam scutatorum habebat. Leues at
qui hastam tantum gesaq. gererent uocabantur. Hec prima frons in
acie florem iuuenum pubescentium ac militum habebat. Robustior

∴ lamentis neq

∴ duci

unde ætas totidem manipulorum quibus principibus est nomen: hosse
quebantur scutati omnes insignibus maxime armis. Hoc xxx. manipulo
rum agmen antepilanos appellabant: quia sub signis iam alii xv. ordines
locabantur. Ex quibus ordo unusquisq. tres partes habebat. Earum una
quanq. primū pilum uocabant: tribus ex uexillis constabat. Vexillū cbcxxvi
homines erant: primū uexillum triarios: secundum rorarios ducebat uete
ranum militē spectate uirtutis. Secundū rorarios minus roboris ætate fūsq.
Tertium accessus minime fiduciæ manū: eo & in postremā aciem reiciebantur.
Vbi his ordinibus exercitus instructus esset: hastati omnium primi pu
gnam inibant. Si hastati profligare hostem non possent: pede presso eos re
trocedentes in interualla ordinum principes recipiebant. Tum principum
pugna erat: hastati sequebantur. Triarii sub uexillis considebant sinistro
crure porrecto scuta innixa humeris: hastas suberecta cuspide in terrā
fixas: haud secus q̄ uallo septa inhorrerent acies tenentes. Si apud princi
pes quoq. haud satis prospere esse pugnatum: a prima acie ad triarios sen
sim referebantur. Inde rem ad triarios redisse cum laboratur prouerbio
increbruit. Triarii consurgentes ubi in interualla ordinum suorū principes
& hastatos recepissent: extemplo compressis ordinibus uelut claudebant u
as unoq. continenti agmine iam nulla spe post relicta in hostem incede
bant. Id erat formidolosissimum hosti: cum uelut victos insecuti nouam
repente aciem exurgentem auctam numero cernebant. Scribebantur
aut quatuor fere legiones quinis milibus peditum: equitibus in singulas
legiones trecenis. Alterum tantum ex latino delectu adiiciebatur: qui ea
tempestate hostes erant romanis. Eodem quoq. ordine instruxerant acie:
nec uexilla cum uexillis tantum uniuersi hastati cum hastatis principes
cum principibus: sed centurio quoq. cum centurione: si ordines turbati
non essent concurrendum sibi esse sciebat. Duo primi pili ex utraq. acie
inter triarios erant. Romanus corpore haud quaq̄ satis ualidus: ceterū
strenuus uir peritusq. militiæ: latinus uiribus ingens bellatorq. primus:
notissimi inter se: quia pares semper ordines duxerant. Romano haud
satis fidenti uiribus iam rome permissum erat a consulibus: ut sibi centurio
nem sibi quem uellet legeret: qui tutaretur eum a uno destinato hoste.
Isq. iuuenis in acie oblatus ex centurione latino victoriam tulit. Pugnatū
est haud procul radicibus uesuuii montis: qua uia auernum ferebat. Ro
mani consules priusq̄ educerent in aciem immolauerunt. Decio caput io
cinoris a familiari parte cesum aruspex dicitur ostendisse: aliq̄n accepta

dus hostia

dius hostia esse: Manlium egregie litasse. Atq bene habet inquit decius:
si a collega litatum est. Instructis sicut ante dictum est ordinibus processe
re in aciem. Manlius dextra. decius leuo cornu preerat. Primo utrinq
equis uiribus eodem ardore animorum gerebantur res. Deinde a leuo cor
nu hastati romani non ferentes impressionem latinorum se ad principes
recepere. In hac trepidatione decius consul. m. ualerium magna uoce in
clamat: Deorum inqt ope ualeri opus est. Age dum pontifex publicus po
puli. r. prei uerba quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex eum
togam pretextam sumere iussit & uelato capite manu subter togam ad
mentum exerta super telum subiectum pedibus stantem sic dicere. Ia
ne iupiter. mars pater. quirine. bellona. lares. diui nouensiles. dii indi
getes. di quorum est potestas nostrorum hostiumq. diq manes. uos peor.
ueneror. ueniam peto feroq. Vti populo. r. quiritium uim uictoriam p
speretis. hostesq. populi. r. quiritium terrore. formidine. morteq afficiatis.
Sicut uerbis nuncupatis. ita pro re. p. quiritum. exercitu. legionibus. auxi
liis populi. r. quiritium. legiones auxiliaq. hostium mecum dis manibus tel
luriq. deuoueo. Hæc ita precatus lictores ire ad. t. manlium iubet. matu
req. collegæ se deuotum pro exercitu nuntiare. Ipse incinctus cinctu ga
binio armatus in equum insilit. ac se in medios hostes immisit. Conspectus
ab utraq acie aliq̃to augustior humano visus sicut celo missus piaculum
omnis deorum ire. qui pestem ab suis auersam in hostes ferret. Ita omnis
terror pauorq. cum illo latus signa primo latinorum turbauit. deinde
totam penitus aciem peruasit. Euidentissimum id fuit. panorem ac fu
gam hostium secum decius circuferens cadit. moxq. consternatio & con
uersio exercitus latini. qui quacunq. equo inuectus est. ibi haud secus.
q̃ pestifero sidere icti pauebant. Vbi uero corruit obrutus telis. inde ta
baud dubie consternate cohortes latinorum fugam ac uastitatem late
fecerunt. Simul & romani exolutis religione animis uelut tum primu
signo dato coorti pugnam integram ediderunt. Nam & rorarii peur
rebant inter antepilanos. addideranteq uires hastatis ac principibus. Et
triarii genu dextro innixi nutum consulis ad consurgendu expectabat.
Procedente deinde certamine cum aliis partibus multitudo latinorum su
peraret. manlius consul audito euentu collegæ cum ut uis fasq. erat lachry
mis non minus. q̃ laudibus debitis prosecutus tam memorabilem morte
esset. paulisper addubitauit. an consurgendi iam triariis tempus esset. De
inde melius ratus integros eos ad ultimum discrimen seruari. accessos a

. Deuouet se decimus prior.

. ritu

nouissima acie ante signa procedere iubet. Qui ubi subiere: extemplo
latini tanq̃ idem aduersarii fecissent: triarios suos excitauerunt: qui
aliq̃diu pugna atroci cum & se metipsi fatigassent & hastas aut perfregis-
sent aut hebetassent: pellerent ut tamen hostem. Tum consul triariis
Consurgite nunc inquit integri aduersus fessos: memores patriæ pare-
tumq; & coniugum ac liberorum: memores consulis pro uestra uicto-
ria morte occubantis. Vbi triarii consurrexerunt: integra refulgen-
tibus armis noua ex improuiso exorta acies receptis in interualla or-
dinum antepilanis clamore sublato principia latinorum perturbat:
hastisq; ora fedantes primo robore uirorum cæso per alios manipu-
los uelut inermes prope intacti euasere: Tantaq; cæde perrupere cu-
neos: ut uix quartam partem relinquerent hostium. Samnites quoq;
sub radicibus montis procul instructi prebuere terrorem latinis. Cæteru inter
omnes ciues sociosq; precipua laus eius belli penes consules fuit: quoq;
alter omnes minas periculaq; ab diis superis inferisq; in se unum uertit.
Alter ea uirtute eoq; consilio in prelio fuit: ut facile conuenerit interio
manos latinosq; qui eius pugnæ memoriam posteris tradiderit: utriusq;
partis. t. manlius dux fuisset: eius futuram haud dubie fuisse victoriam.
Latini ex fuga se minturnas contulerunt. Castra secundo prelio capta:
multiq; mortales ibi uiui oppressi maxime campani. Decii corpus ne-
eo die inueniretur: nox quærentes oppressit. Postero die inuentu inter
maximam hostium stragem coopertu telis: funusq; & par morti celebra-
te collega factum est. Illud adiiciendum uidetur: licere consuli dicta-
toriq; & prætori cum legiones hostium deuouerat: non utiq; se: sed que
uelit ex legione romana scriptum ciuem deuouere. Si is homo qui de-
uotus est moritur: probe factum uideri: Ni moritur: tum signu septem
pedum altum aut maius in terram defodi: & piaculum hostia cædi: u-
bi illud signum defossum erit: eo magistratum romanum ascendere
fas non esse. Sin aut se se deuouere: sicut decius deuouit: ui moritur:
neq; suum neq; publicum diuinum pure faciet: qui se se deuouerit:
uulcano arma siue cui alii deo uouere uolet: siue hasta siue quo alio
uolet: ius est. Telo super quod stans consul precatus est: hostem potiri
fas non est. Si potiatur: marti suo luet: auribus piaculu fieri. Hæc & si
omnis diuini humaniq; moris memoria aboleuit: noua peregrinaq;
omnia priscis ac patriis præferendo: haud ab re duxi uerbis quoq; ipsis
ut tradita nuncupataq; sunt referre. Romanis post prelium demum

factum samnites uenisse subsidio expectato euentu pugne apud quosda
auctores inuenio. Latinis quoq; a latino auxilium dum deliberando
terunt tempus: uictis demum ferri ceptum. Et cū iam portis prima sig
& pars agminis esset egressa: nuntio allato de clade latinorū: cum couer
sis signis retro in urbem rediretur: pretore eorū nomine milionū dixis
se ferunt: pro paulula uia magna mercedem esse romanis soluenda. Qui
latinorum pugne superfuerant multis itineribus dissipati cum se in unū
conglobassent: uoscia urbs eis receptaculum fuit. Ibi in conciliis numisius
imperator eorū affirmando commune fore belli martē: utraq; acie pa
ri cede prostrauisse: victoriaeq; nomen tantū penes romanos esse. Ceterū
pro uictis fortuna & illos gerere. Funesta duo consulum pretoria: altey
parricidio filii: alterū consulis deuoti cede. Trucidatum exercitū omne:
caesos hastatos principesq;. Stragem & ante signa & post signa facta. Triarios
postremo rem restituisse. Latinorum & si parte accise copie sint tamen
supplemento uel latium propius esse uel uulscos: q̄ romam. Itaq; si uideat
eis se ex latinis & ex uulscis populis iuuentute propere excita redituru
infesto exercitu capuam esse: Romanosq; nihil tū minus: q̄ prelium expe
ctantes nec opinato aduentu perculsurum. Fallacibus litteris circa latiū
nomenq; uulscum missis: quia qui non interfuerant pugne ad creden
dum temere faciliores erat. tumultuarius undiq; exercitus raptim co
scriptus conuenit. Huic agmini torquatus consul ad triphanū inter sin
uessam minturnasq; is locus est occurrit. Prius q̄ castris locus caperetur
sarcinis utrinq; in aceruum coniectis pugnatum debellatūq; est. Adeo eni
accise res sunt: ut consuli victorem exercitum ad depopulandos agros
eorum ducenti dederent se omnes latini: deditionemq; campani seque
rentur. Latium capuaq; agro mulctati. Latinus ager priuernati addi
tus agro & phalernus: qui populi campani fuerat usq; ad uulturnū flu
men plebi romane diuiditur. Bina in latino iugera: ita ut dodrantem
ex priuernati complerent data. Terna in falerno quadrantibus etiam
pro longinquitate adiectis. Extra pena latinorū fuere laurentes cam
panorūq; equites: quia non desciuerant. Cum laurentibus renouari fe
dus iussum. Renouaturq; ex eo quot annis post die decimū latinarum.
Equitibus campanis ciuitas reddita: monumentoq; ut esset: enea tabula
in ede castoris rome fixerunt. Vectigal quoq; eis campanus populus ius
sus pendere in singulos quot annis: fuere at mille & sexceti denarii nū
mi. cccl. Ita bello gesto premiis penaq; pro cuiusq; merito persolutis. t.

et uestu

.st. cccl.

manliuſ romam rediit. Cui uenienti ſenioreſ tantum obuiam exiſſe coſtat.
Iuuentutem & tunc & omni uita deinde aduerſata eum execratāq. Antia
teſ in agrum oſtienſem per ardeatem ſolonium incurſioneſ fecerūt. Man
liuſ conſul quia ipſe per ualitudinem id bellum exequi nequiuerat: dicta
torem .l. papirium craſſum, qui tum forte erat pretor dixit. abeo ma
giſter equitum .l. papiriuſ curſor dictuſ. Nihil memorabile aduerſuſ an
tiateſ a dictatore geſtum eſt: cum aliquot meneſ ſtatiua in agro antiati
habuiſſet. Anno inſigni victoria de tot ac tam potentibuſ populiſ: ad hoc
conſulum alteriuſ nobili morte: alteriuſ ſicut truci ita claro ad memo
riam imperio ſucceſſere: t. emiliuſ mamercuſ. p. philo. neq; in ſimile ma
teriam rerum & ipſi aut rerum ſuarum aut partium in re. p. magiſq;
patrie memoreſ latinoſ obiram agri amiſſi rebellanteſ in campiſ ferenta
miſ fuderunt caſtriſq; excuerunt. Ibi publio cuiuſ ductu auſpicioq; reſ
geſte erant in deditionem accipiente latinoſ populoſ, quorum ibi iniu
tuſ ceſa erat: emiliuſ ad pedum exercitum duxit. Pedanoſ tuebatur ty
burſ preneſtinuſ uelitrinuſq; populuſ. Venerant & ab ſanuuio antioq;
auxilia. Vbi cum preliuſ quidem ſuperior romanuſ eſſet: ad urbem ipſa
pedum caſtraq; ſociorum populorum, que urbi adiuncta erant integer
labor reſtaret. Bello infecto repente omiſſo conſul quia college decretu
triumphum audiuit: ipſe quoq; triumphi ante victoria flagitator roma
rediit. Qua cupiditate offenſiſ patribuſ negantibuſq; niſi pedo capto aut
deditio triumphum: hinc alienatuſ abſenatu emiliuſ ſeditioſiſ tribunati
buſ ſimilem deinde conſulatum geſſit. Nam neq; quoad fuit conſul eri
minari apud populum patreſ deſtitit: collega haud quaq; aduerſante:
quia & ipſe de plebe erat: materiam aūt prebebat criminibuſ ager in la
tino falernoq; agro maligne plebi diuiſuſ. Et poſtq; ſenatuſ finire impe
rium conſulibuſ cupienſ dictatorem aduerſuſ rebellanteſ latinoſ dici iuſ
ſit: Emiliuſ tum cuiuſ faſceſ erant collegam dictatorem dixit: ab eo ma
giſter equitum dictuſ iuniuſ brutuſ. Dictatura popularis & orationib
un patreſ criminoſiſ fuit: & quod treſ legeſ ſecundiſſimaſ plebi aduerſaſ
nobilitati tulit. Vnam: ut plebiſcita omneſ quiriteſ tenerent: Alteram:
ut legum que comitiiſ centuriatiſ ferrentur: ante initium ſuffragium
patreſ auctoreſ fierent. Tertiam: ut alter utrq; ex plebe cum eo uentum
ſit: ut utrunq; plebeiū fieri liceret cenſor crearetur. Pluſ eo anno domi
acceptum cladiſ a conſulibuſ a dictatore: q; ex victoria eorum belliciſq;
rebuſ foriſ auctum imperium patreſ credebant. Anno inſequenti .l. furio

∴ conſules

camillo. c. menenio consulibus quo insignitius omissa re emilio supe-
rioris anni consuli exprobraretur: pedum armis uirisq; omni ui expu-
gnandum ac delendum senatus fremit. Coactiq; consules omnibus eam re
preuerti proficiscuntur. Iam latio is status erat rerum: ut neq; bellum neq;
pacem pati possent. Ad bellum opes deerant: pacemq; ob agri adempti do
lorem aspernabantur. Medius consilius standum uidebatur: ut opidis se te-
nerent: ne lacessitus romanus causam belli haberet. Et si cuius opidi obsidio
nuntiata esset: undiq; ex omnibus populis auxilium obsessis ferretur. Neq;
tamen nisi admodum a paucis populis pedani adiuti sunt. Tiburtes prenesti
niq; quorum ager propior erat pedum peruenere. Aricinos lanuuinosq; &
uelliternos antiatibus uulscisq; se coniungentes ad saturae flumen menenius
improuiso adortus. Camillus ad pedum cum tiburtibus maxime ualido exer
citu maiore mole quanq; aequo prospero euentu pugnat. Tumultu maxime
repentina inter prelium eruptio opidanorum fecit. In quos parte exercit
conuersa camillus non compulit solum eos intra menia: sed eodem etiam die
cum ipsos auxiliaq; eorum perculisset: opidum scalis cepit. Placuit inde iam
maiore conatu animoq; abumus expugnatione urbis ad perdomandum la
tium uictorem circuducere exercitum. Nec quiescere ante: q̃ expugnando
aut in deditionem accipiendo singulas urbes latium omne subiecere: Presidi
is inde dispositis per recepta opida romam ad destinatum omnium consensu
triumphum decessere. Additus triumpho honos: ut statue equestres eis rara
illa etate res in foro ponerentur. Prius q̃ comitiis in insequente annum consules ro
garent. Camillus de latinis populis ad senatum retulit atq; ita disseruit. Pa
tres conscripti quod bello armisq; in latio agendum fuit: id iam deum benigni
tate ac uirtute militum ad finem uenit. Cesi ad pedum saturamq; sunt exer
citus hostium. Opida latina omnia & antium ex uulscis aut ui capta aut re
cepta in deditione presidis tenentur uestris. Reliqua consultatio est: qm
rebellando sepius nos solicitat: quona modo perpetua pace quietos obtinea
mus: dii immortales ita uos potentes huius consilii fecerunt: ut sit latium
an non sit: in uestra manu posuerint. Itaq; pacem uobis quod ad latinos at
tinet parare in perpetuum uel seuiendo uel ignoscendo potestis. Vultis cru
deliter consulere in deditios uictosq;: licet delere omne latium: uastas in
de solitudines facere unde sociali egregio exercitu per multa bella magnaq;
sepe usi estis. Vultis exemplo maiorum augere rem romanam uictos in ci
uitatem accipiendo: materia crescendi per summam gloriam suppeditat.
Certe id firmissimum longe imperium est quo obedientes gaudent. Sed ma-

turato opus est: quicqd statuere placeat. Tot populos inter spem metuq
suspensos animi habetis. Et uestram itaq de eis curā q̄ primū absolui &
illorum animos dum expectatione stupent seu pena seu beneficio pre
occupari oportet. Nostrum fuit efficere: ut omnium rerum uobis ad
consulendū potestas esset; Vestrum est decernere: quod optimū uobis req
.p. sit. Principes senatus relationem consulis de summa rerū laudare. Sed
cum aliorū causa alia esset: ita expediri posse consilium dicere: ut pro me
rito cuiusq statueretur: si de singulis nominatim referrent populis. Re
latum igitur de singulis decretumq. Lanuuinis ciuitas data. sacraq sua
reddita cum eo: ut ædes lucusq sospite iunonis communis lanuuinis mu
nicipibus cum populo .r. esset. Aricini nomentaniq & pedani eodē iure
quo lanuuini in ciuitatem accepti. Tusculanis seruata ciuitas quam ha
bebant: crimenq rebellionis a publica fraude in paucos auctores uersum.
In uelitern os uetere s ciues romanos quod totiens rebellassent grauiter
seuitum & muri deiecti: Senatus inde abductus: iussiq trans tyberi habi
tare: ut eius qui cis tyberim deprehensus esset usq ad mille passuū clari
gatio esset: nec prius q̄ ere persoluto is qui cepisset extra uincula cap
tum haberet. In agrum senatorum coloni missi: quibus adscriptis specie
antiquæ frequentiæ uelitrnæ receperunt. Et antium noua colonia mis
sa cum eo: ut antiatibus permitteretur: si & ipsi adscribi coloni uellent;
naues inde longe abacte: interdictumq mare antiati populo est &
ciuitas data. Tiburtes prænestiniq agro mulctati: neq obrecens tantū
rebellionis commune cum aliis latinis crimen: sed quod tedio imperii
romani cum gallis gente efferata arma quondam consociassent. Cete
ris latinis populis connubia comertiaq & concilia inter se ademerūt.
Campanis equitibus honoris causa quia cum latinis rebellare noluisset
fundanisq & formianis: quod per fines eorum tuta pacataq semper
fuisset uia ciuitas sine suffragio data. Cumanos suessulanosq eiusde
iuris conditionisq cuius capuam esse placuit. Naues antiatum parti
in naualia romæ subducte: partim incensæ: rostrisq earum suggestu
in foro extructum adornari placuit: rostraq id templū appellari.
Vnde rostra.
Caio sulpicio longo .p. elio peto consulibus cum omnia non opes magis
romanæ: q̄ beneficiis parta gratia bona pace obtineret: inter sidicinos
auruncosq bellum ortum. Aurunci .t. manlio consule in deditione
accepti nihil deinde mouerunt. Eo petendi auxilii a romanis causa
iustior fuit. Sed prius q̄ consules a urbe: iusserat enim senatus defendi

auruncos: exercitum educerent: fama affertur: auruncos metu opidū
deseruisse: profugos cum coniugibus ac liberis suessam communiuisse: que
nunc aurunca appellata: meniaq; antiqua eorum urbemq; a sidicinis de-
letam. Ob ea infensus consulibus senatus: quorum cunctatione produti so-
cii essent: dictatorem dici iussit. c. claudius regiliensis magistrū eqtum
.c. claudium hortatorem dixit. Religio inde iniecta de dictatore. Et cū
augures uitio creatum uideri dixissent: dictator magisterq; equitū se
abdicarunt. Eo anno minucia uestalis suspecta primo propter mundio
rem iusto cultum: Insimulata deinde apud pontifices ab indice seruo
cum decreto eorum iussa esset sacris abstinere familiamq; in potestate ha
bere: facto iudicio uiua sub terrā ad portam collinam dextra uia strata
defossa. Scelerato campo credo ab incesto id ei loco nomen factum. Eodēq;
anno. p. philo praetor primum de plebe aduersante sulpicio consule: qui
negabat rationem eius se habiturum est factus. Senatus cum in summis
imperii id non obtinuisset: minus inpretura intendere. Insequens annus
.l. papirio crasso cesone duillio consulibus ausonum magis nouo: q̄ magno
bello fuit insignis. Ea gens cales urbem incolebat: Sidicinis finitimis arma
coniunxerat: unoq; prelio haud sane memorabili duorum populorū exer-
citus fusus propinquitate & ad fugam pronior & in fuga ipsa tutior fuit.
Nec tamen omissa eius belli cura patribus: quia totiens iam sidicini aut ipsi
mouerant bellum: aut mouentibus auxilium tulerant: aut causa ar-
morum fuerant. Itaq; omni ope annisi sunt: ut maximum ea tempe
state imperatorem. m. ualerium coruinum consulem quartū faceret.
Collega additus coruo. m. attilius regulus. Et ne forte casu erraretur: pe
titum a consulibus ut extra sortem corui ea prouincia esset. Exercitu
uictore a superioribus consulibus accepto ad cales unde bellū ortum
erat: profectus cum hostes ab superioris etiā certaminis memoria pauī-
dos clamore atq; impetu primo fudisset: menia ipsa oppugnare est ag-
gressus. Et militum quidem is erat ardor: ut iam inde cum scalis succe
dere ad muros uellent: euasurosq; contenderent. Coruus quia id arduū
factu erat: labore militum potius: q̄ periculo peragere inceptum uoluit.
Itaq; aggerem & uineas egit: turresq; muro admouit: quorum usum for-
te oblata oportunitas preuertit. Nanq; .m. fabius captiuus romanus cū
per negligentiam custodum festo die uinculis ruptis per murum inter
opera romanorum religato ad pinnam muri resti suspensus manibꝫ se
dimisisset: perpulit imperatorem: ut uino epulisq; sopitos hostes aggrede-

tur. Nec maiore certamine capti cum urbe ausones sunt: q̃ acie fusi erat:
preda capta ingens est: presidioq; impositio calibus reducte romam legio-
nes: Consul triumphauit. Et ne attilius expers glorie esset: iussi ambo cõ-
sules aduersus sidicinos ducere exercitum: dictatorem ante ex senatus cõ-
sulto comitiorum habendorum causa dixere: l. emilium mamercũ. Is ma-
gistrum equitum. p. philonem dixit. Dictatore comitia habente consules
creati sunt. t. ueturius. sp. postumius: Et si belli pars cum sidicinis restabat:
tamen ut beneficio preuenirent desiderium plebis: de colonia deducen-
da cales retulerunt. Factoq; senatus cõsulto, ut duo milia qngenti hoies
eó scriberentur: triumuiros coloniæ deducende agroq; diuidendo crea
uerunt: c. duillium. t. quintium. m. fabium. Noui deinde consules a ue-
teribus exercitu accepto ingressi hostiũ fines populando usq; ad menia
atq; urbem peruenerunt. Ibi quia ingenti exercitu cõparando sidicini &
ipsi pro extrema spe dimicaturi enixe uidebantur: & samniũ fama erat
conciri ad bellum: dictator a consulibus ex auctoritate senatus dictus. p.
cornelius rufinus: magister eqtũ. m. antonius. Religio deinde incessit
uitio eos creatos: magistratu se abdicarunt. Et quia pestilentia insecuta
est. uelut omnibus eo uitio contactis auspicijs: res ad interregnũ redit.
Ab interregno uito per qntium demum interregẽ. m. ualeriũ coruum
creati cõsules. a. cornelius iterum &. cn. domitius. Tranquillis rebs fama
gallici belli pro tumultu ualuit: ut & dictatorẽ dici placeret. Dictus. m.
papirius crassus: magister equitũ. p. ualerius publicola. A quibus cũ dele
ctus intentius: q̃ aduersus finitima bella haberetur: exploratores missi re-
tulerunt: quieta omnia apud gallos esse: Samnium quoq; iam alterum
annum turbari nouis consilijs suspectũ erat. Eo ex agro sidicino exer-
citus romanus no deductus. Ceterũ samnites bellũ alexandri epyrensis
in lucanos traxit: Qui duo populi aduersus regem excursionem a pesto
facientem signis collatis pugnauerunt. Eo certamine superior alexan-
der: incertum qua fide culturus: si perinde cetera processisset: pace cũ
romanis fecit. Eodem anno census actus: nouiq; ciues censi. Tribus prop-
ter eos addite metia & scaptia: censores addiderunt. p. philo sp. postumi.
Romani facti ecetrani: Lege a. l. papirio pretore lata qua ciuitas sine suf-
fragio data. Hec eo anno domi militeq; gesta. Fedus insequens annus
seu intemperie celi seu humana fraude fuit. M. claudio marcello. t. ua-
lerio consulibus. flaccum potitumq; uarie in annalibus cognomen cõ-
sulis inuenio. Ceterum in eo parui refert quid ueri sit. Illud peruelim:

nec omnes auctores sunt: proditum falso esse: uenenis absumptos: quo
rum mors infamem annum pestilentia fecerit: sicut proditur: tamen
res ne cui auctorū fidem abrogauerim exponenda est. Cum primores
ciuitatis similibus morbis eodemq; ferme omnes euentu morerentur: an
ancilla quedam ad .q. fabiū maximū edilem curulem indicatura se causa
publice pestis professa est: si ab eo fides sibi data esset: haud futurū indi
tium. Fabius confestim rem ad consules: consules ad senatum referūt: cō
sensuq; ordinis fides indici data. Tum patefactum: muliebri fraude ciui
tatem premi: matronasq; ea uenena coquere: Et si sequi extemplo uelit:
manifesto deprehendi posse. Secuti indicem: & coquentes quasdā medi
camenta & recondita alia inuenerunt. Quibus in forum delatis & ad
uiginti matronis apud quas deprehensa erant peruiatorem accitis: due
ex eis cornelia ac sergia patricia utraq; cum ea medicamenta salutaria
esse contenderent: a confitente indice bibere iusse: ut se falsum com
tum arguerent: spatio ad colloquendum sumpto cum submoto populo
in conspectu omnium rem ad ceteras retulissent: haud abnuentibus illis
bibere: epoto medicamento sua met ipse fraude omnes interierunt. Co
prehense extemplo earum comites magnū numerū matronarum indica
uerunt: Ex quibus ad clxx. damnate. Neq; de ueneficiis ante eā diem
rome quesitum est. Prodigii ea res loco habita: captisq; magis uenenis q̄
sceleratis similis uisa. Itaq; memoria ex annalibus repetita in secessionibus
quondam plebis clauum a dictatore fixum: alienatasq; discordia mentes
hominum eo piaculo compotes sui fecisse: Dictatorem clauū figendi cau
sa creari placuit. Creatus .cn. quintilius magistrum equitum .l. ualerio
dixit: qui fixo clauo magistratu se abdicauerunt. Creati consules .l. pa
pirius crassus uterū. l. plautius uelox. Cuius principio anni legati ex uul
sis fabraterni & lucani roma ueneruntorantes: ut in fidem reciperen
tur: Si a samnitiū armis defensi essent: se pro imperio populi r: fideliter
atq; obedienter futuros. Missi tū ab senatu legati denuntiatiq; samnitibus:
ut eorū populorū finibus iam abstinerent. Valuitq; ea legatio: non tam
quia pacem uolebant samnites: q̄ quia non dum parati erant ad bellū.
Eodem anno priuernas bellum initum: cuius ꝓcui fundani: dux etiā fu
it fundanus utrubius uaccus uir: non domi solum: sed etiam rome cla
rus. Edes fuere in palatio eius: que uacci prata dirute: edificio publica
toq; solo appellata. Aduersus hunc uastantem effuse setinum norbanūq;
atq; coranum agrum. l. papirius profectus haud procul castris eius cōsedit.

Vutrubio nec ut uallo se teneret aduersus ualidiorem hostem sana cō-
stare mens: nec ut longius a castris dimicaret animus suppetere. Vix
tota extra portam castrorum explicata acie fugam magis retro: q̄ p-
lium aut hostem spectante milite: sine consilio sine audacia deputāt:
ut & leui momento nec ambigue est victus: ita breuitate ipsa loci fa-
ciliq; receptu in tam propinqua castra haud egre militē a multa cae-
de est tutatus. Nec ferre quisq̄ in ipso certamine: pauci in turba fuge
extreme cum in castra ruerent cesi: primusq; tenebris priuernū in-
de petitum agmine trepido: ut muris potius: q̄ uallo se se tutarent.
A priuerno plautius consul peruastatis passim agris prædaq; abacta in agrū
fundanū exercitum ducit. Ingredienti fines senatus fundanorū occur-
rit: negant se pro uutrubio sectamq; eius secutis precatū uenisse: sed
pro fundano populo: quem extra culpam belli esse ipsum uutrubiū in-
dicasse: cum receptaculum fuge priuernū habuerit: non patriam.
Priuerni igitur hostes populi r. querendos persequendosq; esse: qui si-
mul a fundanis ac romanis utriusq; patrie immemores defecerunt.
Fundanis pacem esse & animos romanos & gratam memoria accepte
ciuitatis: orare se consulem: ut bellū abinnoxio populo abstineat:
agros: urbem: corpora ipsorum coniugumq; ac liberorū suorum in po-
testate populi r. esse futuraq;. Collaudatis fundanis consul litterisq; ro-
mam missis in officio fundanos esse: ad priuernū flexit iter. Prius ani-
maduersum in eos qui capita coniurationis fuerant a consule: scribit
claudius: ad .ccc. ex coniuratis uinctos romam missos: eamq; deditio-
nem a senatu non acceptam: quod egentiū atq; humiliū pena defun-
gi uelle fundanū censuerūt. Priuernū duobus cōsularibus exercitu
bus cum obsideretur: alter consul comitiorū causa romam reuocatus.
Carceres eo anno in circo primum statuti. Non dum perfunctos cura
priuernatis belli tumultus gallici fama atrox inuasit: haud ferme
unq̄ neglecta patribus. Extemplo igitur consules noui. L. emilius ma-
mercus. c. plautius eo die ipso kt. qntilib. que nunc uiliē sūt. quo
magistratum inierunt: comparare inter se prouincias iussi: mamer-
cinus cui gallicum bellum euenerat: scribere exercitum sine ulla ua-
cationis uenia: quin opificum quoq; uulgus & sellularii minime mi-
litie idoneum genus exciti dicuntur: uehiculisq; ingens exercitus du-
ctus: ut inde obuiam gallis iretur. Longius discedi ne alio itinere ho-
stis falleret ad urbem incedens nō placuit. Paucos deinde post dies

satis explorata temporis eius quiete a gallis priuernum omnis con
uersa uis. Duplex inde fama est. Alii ui captam urbem: uitrubiq;
uiuum in potestatem uenisse: alii prius q̃ ultima adhiberetur uis: ip
sum se in ditionem consulis caduceū preferentis permisisse: auctores
sunt. Senatus de uitrubio priuernatibusq; consultus consulem plau
tium diruti priuerni muris presidioq; ualido imposito ad triumphum
accersit. Vitrubium in carcere asseruari iussit: quoad consul redisset: tū
uerberatum necari. Edes eius quæ essent in palatio diruendas: bona se
moni iano censuerunt consecranda: quodq; eris ex eis redactum est: ex
eo ænei orbes facti positi in sacello iani aduersus ædem quirini. De sena
tu priuernate ita decretum: Vt qui senator priuerni post defectionē
ab romanis mansisset: trans tyberim lege eadem qua ueiterni habita
ret. His ita decretis usq; ad triumphum plautii silentium de priuerna
tibus fuit. Post triumphum consul necato uitrubio sociisq; eius noxæ
apud satiatos iam supplicii nocentium tutam de priuernatibus mētio
nem ratus: Q̃m auctores defectionis inquit meritas penas & abdis īmor
talibus & a uobis habent pres. c. quid placet de innexia multitudine
fieri? Equidem & si mee partes exquirende magis sententie q̃ dande
sunt: tamen cum uideam priuernates uicinos samnitibus esse: unde no
bis incertissima pax est: q̃ maximum in rarum inter nos illosq; relinqui
uelim. Cum ipsa per se se res anceps esset: prout cuiusq; ingenīū erat atro
cius mitiusue suadentibus: tum incertiora omnia unus ex priuernatibus
legatis fecit: magis conditionis in qua natus esset: q̃ præsentis necessitatis
memor: qui interrogatus a quodam tristioris sententie auctore: quam
penam meritos priuernates censeret: Eam inquit: quā merentur: qui se
libertate dignos censent. Cuius cum feroci responso infestiores factos ui
deret cōsul eos: qui ante priuernatiū causam impugnabant: ut ipse be
nigna interrogatione mitius responsum diceret: Quid si penam inq̃t
remittimus uobis: qualem pacem uobiscum habituros speremus? Si bonā
dederitis inquit: & fidam & perpetuā: Si malam: haud diuturnā. Tū ue
ro minari: nec id ambigue priuernatem quidam & illis uocibus ad re
bellandum incitari pacatos populos. Pars melior senatus ad meliora re
sponsa trahere & dicere: Viri & liberi uocem auditam. An credi posse ul
lum populum aut hominem denique in ea conditione: cuius eū penitet
diutius: q̃ necesse sit: mansurum? Ibi pacem esse fidam: ubi uoluntarii
pacati sint: neq; eo loco ubi seruituteū esse uelint: fidem sperandam.

∴ dt senioni

In hanc sententiam maxime consul ipse inclinauit animos. Idenide ad
principes sententiarum consulares uti exaudiri posset a pluribus: dicen-
do eos domum qui nihil preter q̃ de libertate cogitent: dignos esse qui
romani fiant. Itaq; in senatu causam obtinuere. Et ex auctoritate patrũ
latum ad populum est: ut priuernatibus ciuitas daretur. Eodem anno
anxur ccc̃. in coloniam missi sunt: bina iugera agri acceperunt. Secutus
est annus nulla re belli domiue insignis. Plautio proculo. p. cornelio sca-
pula consulibus preter q̃ quod fregellas signinorũ is ager deinde uolsco-
rum fuerat: colonia deducta: Et populo uisceratio data a. m. fabio in fu-
nere matris. Erant qui per speciem honorandæ parentis meritam merce-
dem populo solutam interpretarentur: quod eum die dicta ab ædilibus
stupate matris familiæ crimine absoluissent: data uisceratio in preteri-
tam iudicii gratiam: honoris etiam ei causa fuit: Tribunatumq; pl. pro-
ximis comitiis absens petentibus prefertur. Palepolis fuit haud procul in-
de ubi nunc neapolis sita est: duabus urbibus populus idem habitata cuma-
nis erat. Oriundi cumani a calchide euboicam originem trahunt: classe,
qua aduecti a domo fuerant multum in ora maris eius quod accolunt po-
tuere. Primo in insulam sinariam & phicecusas egressi: deinde in contine-
tem ausi sedes transferre. Hæc ciuitas cum suis uicinis tirsamnitiũ infi-
da aduersus romanos societate freta: siue pestilentiæ quæ romana urbe
adorta nuntiabatur fides, multa hostilia aduersus romanos agrum cam-
panum falernumq; incolentes fecit. Igitur. L. cornelio lentulo. p. philone
iterum consulibus fecialibus palepolim ad res repetendas missis cum relatũ
esset a græcis gente lingua magis strenua. q̃ factis ferox responsũ ex au-
ctoritate patrum populus palepolitanis bellum fieri iussit. Inter cõsules
prouinciis comparatis bellum græcis persequendis publio euenit. Corne-
lius altero exercitu samnitibus. siqua se mouerent oppositus. Fama aut
erat defectione campanorum imminente admoturos castra. Ibi optimũ
uisum cornelio statiua habere: ab utroq; consule exiguam spem pacis cũ
samnitibus esse certior fit senatus. Publius duo milia nolanorum militũ
& quatuor samnitium magis nolanis cogentibus. q̃ uoluntate grecorum
recepta palepolim miserat. Romæ compertum: delectum indictum a
magistratibus: uniuersumq; samnium erectum: ac uicinos populos pri-
uernatem fundanumq; & formianum haud ambigue solicitari. Ob hæc cũ
legatis mitti placuisset ad samnites prius. q̃ bellum fieret: responsum red-
ditur a samnitibus ferox: Vltro incusabant iniurias romanorum: neq; eo

negligentius ea quæ ipsis obiicerentur purgabant: haud ullo publico cō
silio auxilioue iuuari græcos: nec fundanū formianūq; uē abse solicitatos: qp
pe minime penitere se uirium suarū: si bellum placeat. Cæterū nō posse
dissimulare egre pati: ciuitatem samnitium quod fregellas ex uolscis cap
tas dirutasq; abse restituerit romanus populus: coloniamq; in samnitium
agro imposuerint: quam coloni eorum fregellas appellent: eam se contu
meliam iniuriamq; nisi sibi ab his qui fecerint dematur: ipsos omni ui
depulsuros esse. Cum romanus legatus ad disceptandum eos ad communes
socios atq; amicos uocaret: Quid perplexe agimus inqt: Nostra certami
na romani non bella legatorum: nec hominum quisq; disceptator: sed cā
pus campanus in quo concurrendum est & arma & communis mars bel
li decernet. Proinde inter capuam suessulaq; castra castris conferēmus: & sam
nis romanus ne italiā imperio regat decernamus. Legati romanorum
cum se non quo hostes uocassent: sed quo imperatores sui duxisset itu
ros esse responderent: iam publius inter palepolim neapolimq; loco opor
tune capto diremerat hostibus societatem auxilii mutui: qua ut quisq;
locus premeretur inter se usi fuerant. Itaq; p. philo ad conficiendum
cum palepolitanis bellum proconsulare imperium prorogatur. Cum &
& comitiorum dies instaret: & publiū imminentem hostium muris auo
cari abspe capiendæ in dies urbis haud é re p. esset: actum cum tribunis
est: ad populum ferrent: Vt cum p. philo consulatu abisset proconsul
rem gereret: quoad debellatum cum græcis esset. L. cornelio quia ne
eum quidem in samnium iam ingressum reuocari ab impetu belli place
bat: litteræ misse dictatorem comitiorum causa diceret: dixit: m. clau
dium marcellum: ab eo magister equitum dictus sp. postumius. Nec tn
ab dictatore comitia sunt habita: quia uitio ne creatus esset in disquisitio
nem uenit. Consulti augures uitiosum uideri dictatorē pronuntiaue
runt. Eam rē tribuni suspectam infamemq; criminando fecerunt. Nam
neq; facile fuisse id uitium nosci: cum consul oriente nocte silentio di
ceret: neq; a consule cuiq; publice priuatimue de ea re scriptum esset: n
quenq; mortalium extare: qui se uidisse aut audisse quid dicat quod au
spicium dirimeret: neq; augures denuntiare diuinare rome sedentes
potuisse: quid in castris consuli uitii obuenisset. Cui non appareret quod
plebeius dictator sit: id uitium auguribus uisum? Hoc aliaq; a tribunis
nequicq; iactata: tamen ad interregnum res redit. Dilatisq; alia atq; alia
de causa comitiis: quartus decimus demum interrex. L. emilius consules

creat. c. petilium. l. papirium mugilanum cursorem in aliis anna-
libus inuenio. Eodem anno alexandriam in egypto produtu condita:
alexandrumq, epiri regem ab exule lucano interfectum: sortes dodo-
nei iouis euentu affirmasse. Accito ab tarentinis in italiam data dictio
erat: caueret acherusia aqua pandosiaq, urbe: ibi fatis eius terminum
dari: eoq, ocius transinisisse in italiam: ut q̃ maxime procul abesset
urbe pandosia in epiro & acheronte amni, quem ex molosside fluen-
tem in stagna inferna accipit tesprotinus sinus. Ceterum ut ferme
fugiendo in media fata ruitur: cum sepe brutias lucanasq, legiones
fudisset: heracleam tarentinorũ coloniam: consentiam ex lucanis sipo-
tumq, brutiorũ: acerniam aliasq; inde mopsopiorũ ac lucanorum cepis-
set urbes & trecentas familias illustres in epirum quas obsidum nume-
ro haberet: misisset: haud procul pandosia urbe imminente lucanis
ac brutiis finibus tres tumulos aliq̃tum inter se distantes insecit: ex
quibus incursiones in omnem partem agri hostilis faceret. Et duce
tos ferme lucanorum exules circa se pro fidis habebat: ut pleraq; ei
generis ingenia sunt: cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Imbres
continui campis omnibus inundantes cum interclusissent trifariam
exercitum: a mutuo inter se auxilio duo præsidia quæ sine rege erat
improuiso hostium aduentu opprimuntur: deletisq, eis ad ipsius obsi-
dionem omnes conuersi. Inde a lucanis exulibus ad suos nuntii missi
sunt: pactoq, reditu promissum est regem aut uiuum aut mortuũ
in potestatem daturos. Ceterum cum delectis ipse egregium facinus
ausus per medios erumpit hostes: & ducem lucanorum cominus con-
gressus congressum obtruncat: contrahensq, suos palatos ex fuga per-
uenit ad amnem ruinis recentibus pontis quem uis aquæ abstulerat,
indicantem iter: quem cum incerto uado transiret agmen: fessus me-
tu ac labore miles increpans nomen abominandum fluminis iure ache-
ros uocaris inq̃t. Quod ubi ad aures accidit regis: adiecit extemplo ani
mum fatis suis substitutq, dubius an transiret. Tum sotimus minister
ex regiis pueris quod in tanto discrimine periculi cunctaretur: inter-
rogans indicat lucanos insidiis quærere locũ. Quos ubi respexit rex
procul grege facto uenientes stringit gladium & per medũ amnẽ
transmittit equum. Iamq, in medium egressum eminus ueruto luca-
nus exul transfigit. Lapsum inde cum inherente telo corpus exani-
me detulit amnis in hostium præsidia. Ibi feda laceratio corporis fca.

Nanq. preciso medio partem consentiam misere: pars ipsis retenta ad
ludibrium: Quæ cum iaculis saxisq. procul incesseretur: mulier una
ultra humanarum rerum fidem seuienti turbæ immixta ut parū
per sustinerent precata flens ait: uirum sibi liberosq. captos apud ho
stes esse: Sperare corpore regio utcunq. mulctato se suos redempturā.
Is finis lacerationi fuit: sepultumq. consentiæ quod membrorum reliq
fuit, cura mulieris uniuis ossaq. metapontum ad hostes remissa: Inde epi
rum reuecta ad cleopatram uxorem, sororem olympiadem: quarum
mater magni alexandri altera soror altera fuit. Hæc de alexandri
epirensis tristi euentu: quanq̄ romano bello fortuna eum abstinuit: ta
men quia in italia bella gessit: paucis dixisse sufficiat. Eodem anno le
ctisternium romæ quinto post conditam urbem iisdem, quibus ante
placandis habitum est diis. Noui deinde consules iussu populi cum mi
sissent, qui indicerent samnitibus bellum: ipsi maiori conatu: q̄ aduer
sus græcos cuncta parabant. Et alia noua nihil tum animo tale agitā
tibus accesserunt auxilia: Lucani atq. apuli: quibus gentibus nihil ad
eam diem cum romano populo fuerat in fidem uenerunt arma ui
rosq. ad bellum pollicentes. Federe ergo in amicitiā accepti. Eodem
tempore etiam in samnio res prospere gesta: Tria opida in potestate
uenerunt: aliphe: capriphe: rufrum. Aliusq. ager primo aduentu cō
sulis longe lateq. est peruastatus. Hoc bello tam prospere commisso al
teri quoq. bello, quo græci obsidebantur iam finis aderat. Nam preter
q̄. quod interseptis munimentis hostium pars parti abscisa erat: fedio
ra aliq̄to intra muros his, quibus hostis territabat patiebantur: quel
capti a suismet ipsis præsidiis indigna iam liberis quoq. ac coniugib.
& quæ captarum urbium extrema sunt patiebantur. Itaq. cū & a tare
to & a samnitibus fama esset: noua auxilia uentura: samnitiū plus q̄
uellent intra menia esse rebantur. Græci græcos haud minus p quos
samniti nolanoq. q̄ ut romanis hostibus resisterent expectabat. postre
mo leuissimum malorum deditio ad romanos uisa. Charilaus & ni
phius principes ciuitatis communicato inter se consilio partes ad re
agendam diuisere: ut alter ad imperatorē romanorum transfuge
ret: alter subsisteret ad prebendā oportunā consilio urbē. Charila
us fuit, qui ad. p. philonem uenit: Et quod bonum, faustū felixq. pa
lepolitanis populoq. r. esset: tradere se ait menia statuisse: eo facto
utrum a se prodita an seruata patria uideatur: in fide romana po

situm esse: sibi priuatim nec paciscí quicq̃ nec petere: publice petere,
q̃ paciscí magis: ut si successisset inceptum: cogitaret populus r. potius
cum q̃to studio periculoq; reditum in amicitiã suam esset: q̃ qua stulti-
tia & temeritate de officio decessum. Collaudatus ab imperatore tria mi-
lia militum ad occupandam eam partem urbis quam samnites insidebat
accepit. Presidio ei. I. quintius tribunus militũ prepositus. Eodẽ tẽpore
& nimphius prætorem samnitium arte aggressus perpulerat: ut qm̃ om-
nis romanus exercitus aut circa palepolim aut in samnio esset: sineret
se classe circũuehi ad romanum agrum: non oram modo maris sed ip-
si urbi propinqua loca depopulaturum. Sed ut falleret: nocte profici-
scendum esse, extemploq; naues deducendas. Quod quo maturius fie-
ret: omnis iuuentus samnitium preter necessarium urbis presidium
ad litus missa: ubi dum nimphius in tenebris & multitudine se metipsã
impedientẽ sedulo alia aliis imperans terit tempus: charilaus ex compo-
sito a sociis in urbem receptus cum summa urbis romano milite imples-
set: tolli clamorem iussit. Ad quem græci signo accepto a principibus
quieuere. Nolani per aduersam partem urbis una nolam ferente effugi-
unt. Samnitibus exclusis ab urbe ut expeditior in presentia fuga: ita
fedior postq̃ periculo euaserunt uisa. Quippe qui inermes nulla rerum
suarum non relicta inter hostes ludibrium non externis modo sed et
populatoribus spoliati atq; egentes domos rediere. Haud ignarus opinio-
nis alterius, qua hæc proditio a samnitibus fta traditur: cũ auctoribus
hoc dedi: quibus dignius credi est: tum fedus neapolitanum: eo ẽt dem
de summa rei græcorũ uenit: similius uero facit: ipsos in amicitiã re-
disse. Duo singularia hæc primum ei uiro contigere: Prorogatio impe-
rii non ante in ullo facta & exacto honore triumphus. Aliud subinde
bellum cum alterius ore græcis exortum. Nanq; tarentini cum re pa-
lepolitanã uana spe auxilio aliq̃diu sustinuissent: postq̃ romanos urbe
potitos accepere: uelut destitui ac non qui ipsi destituissent: increpare
palepolitanos: ira atq; inuidia in romanos furere. Eo etiam quod luca-
nos & apulos: nam utraq; eo anno societas cepta est: in fidem populi r.
uenisse allatum est. Quippe prope modum peruentum ad se esse. Iaq;
in eo rem fore: ut romani aut hostes aut domini habendi sint. Discri-
men profecto rerum suarum in bello samnitium euentumq; eius uer-
ti: Eam solam gentem restare: nec eam ipsam satis ualidam: quando lu-
canus defecerit, quem reuocari adhuc impelliq; ad abolendã societate

Publio triumphus decretus quod satis credebatur obsidione domitos hostes in fidem uenisse.

romanam posse: siqua arx serendis discordiis adhibeatur. Haec consilia
cum apud cupidos rerum nouandarū ualuisset: ex iuuentute quidam
lucanorum pretio adsciti clari magis inter populares: q̄ honesti: inter
se mulctati ipsi uirgis cum corpora nuda intulissent in ciuium cetum
uociferati sunt: se quod castra romana ingredi ausi essent. a consulib;
uirgis cæsos prope securi percussos esse. Deformis suapte natura res cum
speciem iniuriæ magis: q̄ doli pre se ferret: concitati homines cogunt
clamore suo magistratus senatum uocare: & alii circūstantes concilium
bellum in romanos poscunt. Alii ad concitandam in arma multitudinē
agrestium discurrunt: Tumultuq; etiā socios sanos consternante animos
decernitur: ut societas cum samnitibus renouaretur. legatiq; ad eam rē
mittuntur. Repentina res quia q̄ causam nullā, tam ne fidem habebat: co-
acti a samnitibus & obsides dare & presidia in loca munita accipere: Ceci frau
de & ira nihil recusarunt. Dilucere deinde breui fraus cepit: postq̄ crimi-
nium falsorum auctores tarentum commigrauere. Sed amissa omni de se
potestate: nihil ultra: q̄ ut peniteret frustra restabat. Eo anno plebi roma-
ne uelut aliud initium libertatis factum est: quod necti desierūt. Mutatū
aūt ius ob unius feneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignē.
L. papirius is fuit. cui cum se. c. publius ob. es alienum paternum nexū de-
disset, quem ætas formaq; ad misericordiam elicere poterant ad libidinē
contumeliamq; animum accenderēnt. Et florem ætatis eius fructū ad-
uentitium creditu ratus primo perlicere adolescentem sermone incesto
est conatus. Dein postq̄ aspernabantur flagitium aures: minis territare
atq; identidem admonere fortunæ. Postremo cum ingenuitatis magis
q̄ presentis conditionis memorem uideret: nudari iubet uerberaq; affer-
ri. Quibus laceratus iuuenis cum se in publicum proripuisset libidine
crudelitatemq; conquerens feneratoris: ingens uis hominum cum æta-
tis miseratione atq; indignitate iniuriæ accensa: tum sue conditionis li-
berumq; suorum respectu in forum atq; inde agmine facto ad curiā con
currit. Et cum consules tumultu repentino coacti senatum uocarent. In-
troeuntibus in curiam patribus laceratum iuuenis tergum procumben
tes ad singulorum pedes ostentabant. Victum eo die ob impotentem iniu
riam unius ingens uinculum fidei: Iussiq; consules ferre ad populū: ne qs
nisi per noxam meruisset: donec penam sueret in compedibus aut inner
uo teneretur. Pecuniæ credite bona debitoris non corpus obnoxiū esset.
1 ta nexu soluti: cautumq; in posterum: ne necterentur. Eodem anno cum

satis per se ipsum samnitium bellum & defectio recens lucanorum auctoresq; defectionis tarentini solicitos habere patres accessit: ut & uestinus populus samnitibus se coniungeret. Quæ res sicut eo anno sermonibus magis passim hominum iactata: q̃ in publico ullo concilio est: ita insequentis anni consulibus. L. furio camillo iterũ iunio bruto sceua nulla prior potiorq; uisa est: de qua ad senatum referret. Et quanq̃ noua res erat: tamen tanta cura patres incessit: ut pariter eam susceptam neglectamq; timerent: ne aut impunitas eorum lasciuia superbiaq; aut bello penæ expetite metu propinquo atq; ira concirent finitimos populos. Et erat genus omne abunde bello samnitibus par: marsi peligniq; & aurunci: q̃s si uestinus attingeretur omnes habendos hostes: Vicit tamen pars quæ in presentia uideri potuit maioris animi: q̃ consilii. Sed euentus docuit: fortes fortunam iuuare: Bellum ex auctoritate patrum populus aduersus uestinos iussit: Prouincia ea bruto: samnium camillo sorte euenit: Exercitus utrobiq; ductus: & cura tuendorum finium hostes prohibiti coniungere arma. Ceterum alterum consulum. L. furium camillum cui maiorerum moles imposita erat morbo graui implicitum fortuna bello ea tempestate subtraxit: Iussusq; dictatorem dicere rei gerendæ causa: longe clarissimum bello ea tempestate dixit: L. papirium cursorem. Abeo quoq; fabius maximus rutilianus magister equitum est dictus: par nobile rebus in eo magistratu gestis: discordia tamen qua prope ad ultimũ dimicationis uentum est nobilius. Ab altero consule in uestinis multiplex bellum: nec usq̃ uario euentu gestum est. Nam & peruastauit agros: & populando atq; urendo tecta hostium sataq; in aciem inuitos extraxit: & ita prelio uno accidit uestinorum res: haud quaq̃ tamen incruento milite suo: ut non in castra solum refugerent hostes: sed iã ne uallo quidem ac fossis freti dilaberentur in opida situ urbiũ menibusq; se defensuri. Postremo opida quoq; ui expugnare adortus: primo cutinam ingenti ardore militum aut muliserũ ira: quod haud fere quisq̃ integer prelio excesserat scalis cepit: Deinde cingula. Vtriusq; urbis predam militibus: quod eos neq; porte neq; muri hostium arcuerant concessit. In samnium incertus itum auspiciis est. Cuius rei uitiũ non in belli euentum quod prospere gestum est: sed in rabiem atq; iras imperatorum uertit. Nanq; papirius dictator a pullario monitus: cũ ad auspicium repetendũ romã proficisceretur: magistro equitum denuntiat: ut se se loco teneret neu absente se cũ hoste manum coferret.

Q uintus fabius cum post profectionem dictatoris per exploratores compe
risset: perinde omnia soluta apud hostem: ac si nemo romanus in sam
nio esset: seu ferox adolescens indignitate accensus quod omnia in dicta
tore uiderentur reposita esse: seu occasione bene gerendæ rei inductus
exercitu instructo paratoq; profectus ad umbrium: ita uocant locũ: acie
cum samnitibus conflixit. Ea fortuna pugnæ fuit: ut nihil relictũ sit,
quo si affuisset dictator melius res geri potuerit: non dux militi: nõ
miles duci defuit. Eques etiam auctore. L. cominio tribuno militum
qui aliquotiens impetu capto perrumpere non poterat hostiũ agmen:
detraxit frenos equis: Atq; ita concitatos calcaribus permisit: ut susti
nere eos nulla uis posset: per arma, per uiros late stragem dedere. Se
cutus pedes impetum equitum turbatis hostibus intulit signa. Vigiti
milia hostium cæsa eo die traduntur. Auctores habeo bis cum hoste
signa collata dictatore absente: bis rem egregie gestam. Apud anti
quissimos scriptores una hæc pugna inuenitur: In quibusdam annali
bus tota res pretermissa est. Magister equitum ut ex tanta cede mul
tis potitus spoliis congesta in ingentem aceruum hostilia arma subdi
to igne concremauit: Seu uotum id deorum cuipiam fuit: seu ut
credere libet fabio auctori: eo factum: ne suæ gloriæ fructum dicta
tor caperet, nomenq; sibi scriberet: aut spolia in triumpho ferret. Lit
teræ quoq; de re prospere gesta ad senatum non ad dictatorem mis
sæ: argumentum fuere minime cum eo comunicantis laudes. Ita egre
dictator id factum accepit: ut letus alius uictoria parta pre se ferret
tam tristitiamq;. Misso itaq; repente senatu se ex curia proripuit. Tu
uero non samnitium magis legiones: q̃ maiestatem dictatoriã & disci
plinam militarem a magistro equitum uictam & euersam dictitans:
si illi impune spretum imperium fuisset. Itaq; plenis minarũ ineq; p
fectus in castra cũ maximis itineribus isset: non tamen preuenire fa
mam aduentus sui potuit. Precucurrerant enim ab urbe qui nuntia
rent: dictatorem auidum pene uenire: alternis pene uerbis. t. man
lii factum laudantem. Fabius contione extemplo aduocata obtestat
milites est: ut qua uirtute rem. p. ab infestissimis hostibus defendisset:
eadem se: cuius ductu auspicioq; uicissent: ab impotenti crudelitate
dictatoris tutarentur. Venire amentem inuidia: iratum uirtuti alie
næ felicitatiq; furere: quod se absente res. p. egregie gesta esset. Mal
le si mutare fortunã posset: apud samnites: q̃ romanos uictoria. Impũ

dictature spretum: tanq̃ non eadem mente pugnari uetuerit: qua pugna-
tum doleat. Et tunc inuidia impedire uirtutem alienam uoluisse: cupidis-
simisq; arma ablaturum fuisse militibus: ne se absente moueri posset. Et tc
id furere: id egre pati: quod sine. L. papirio non inermes non manci mi
lites fuerint: quod se. q. fabium magistrum equitum dixerit. Animũ ac
censum dictatoris: quid illum facturum fuisse: si quod belli casus ferũt marsq;
communis: aduersa pugna euenisset: qui sibi deuictis hostibus re. p. bene
gesta: ita ut non ab illo unico duce melius geri potuerit: supplicium ma
gistro equitum minetur? Nec illum magro eqtum infestiore: q̃ tribunis
militum: q̃ centurionibus: q̃ militibus esse: Si posset: in omnes seuiturum.:
quia id nequeat: in unum seuire. Etiam inuidiam tanq̃ ignem summa pe
tere: in caput consilii: in ducem incurrere: Si se simul cũ gloria rei geste
extinxisset: tunc victorem uelut in capto exercitu dominante: quicqd
licuerit in magistro equitum: in militibus ausurũ. Proinde adessent istua
causa omnium libertati. Si consensum exercitus eundem qui in prelio
fuerit intuenda victoria uideat & salutẽ unius omnibus curę esse: inclina
turum ad clementiorem sententiam animum. Postremo se uitam fortunasq;
suas illorum fidei uirtutiq; permittere: Clamor e tota contione ortus: uti bo
num animũ haberet: neminẽ illi uim allaturũ saluis legionibus romanis.
Haud multo post dictator aduenit: classicoq; extemplo ad contionẽ aduo
cauit. Tum silentio facto preco fabium magistrũ eqtum citauit: qui simul
ex inferiore loco ad tribunal accessit: Tum dictator: Quero inqt de te: q.
fabi cũ summum imperium dictatoris sit: pareantq; ei cõsules: regia pote
stas: prætores iisdem auspiciis quibus consules creati: equũ censeas nec ne: ma
gistrum equitum dicto audientẽ esse? Itaq; illud interrogo: cũ me incertis
auspiciis profectum ab domo scirem: utrũ mihi turbatis religionibus res. p.
in discrimen committenda fuerit: an auspicia repetenda: ne quid dubis
dis agerem. Simul illud: quę dictatori impedimento ad rem gerendam
fuerit: num ea magister eqtum solutus ac liber potuerit esse? Sed quid ego
hec interrogo: cũ si ego tacitus abissem: tn̄ tibi ad uoluntatis mee interpre
tationem dirigenda tua sententia fuerit. Quin tu responde: uetuerim ne
te quicq̃ rei me absente agere? uetuerim ne signa cum hostibus cõferre?
Quo tu imperio meo spreto incertis auspiciis turbatis religionibus aduersum
morem militarẽ disciplinãq; maiorum ausus es cum hoste confligere. Ad
hec quę interrogatus es respondeat: extra ea caue uocem emittas: ac
cede lictor. Aduersus quę singula cum respondere haud facile esset: & nũc

∴ quero que religio

. quereretur.

quereretur: eundem accusatorem capitis sui. ac iudicem esse: modo uitā
sibi eripi ciuis: q̃ gloriam rerum gestarum posse uociferaretur: purga
retq; se inuicem atq; ultro accusaret: Tunc papirius redintegrata ira spo
liari magistrum equitum. ac uirgas & secures expediri iussit. Fabius fidē
militum imploransi laceratibus uestem lictoribus ad tribunos tumultū ∴ at trianos
iam in contione miscentes sese recepit. Inde clamor in totam contionem
est perlatus. Alibi preces: alibi minae audiebantur: Qui proximi forte
tribunali steterunt. quia subiecti oculis imperatoris noscitari poterant
orabant: ut parceret magistro equitum: neu cum eo exercitum damna
ret. Extrema contio & circa fabiū globus increpabant inclementē dicta
torem: nec procul seditione aberant: ne tribunal quidem satis quietū erat.
Legati circumstantes sellam orabant: ut rem in posterum diem differret & irae suae spatium &
consilio tempus daret: Satis castigatam adolescentia fabii esse: satis defor
matam victoriam: ne ad extremum finem supplicii tenderet: neu unico
iuueni. neu patri eius clarissimo uiro. neu fabiae genti eam iniungeret ig
miniam. Cum parum precibus causa parū proficerent: intueri seuientē
contionem iubebant. Ita irritatis animis militum subdere ignem ac ma
teriā seditioni: non esse etatis: non prudentiae eius. Neminem id. q. fabio
penam deprecanti suam uitio uertiturū: sed dictatori. qui obcecatus ira in
festam multitudinem in se prauo certamine mouisset. Postremo ne id se
gratiae dare. q. fabii crederet: se iusiurandum dare paratos esse: nō uide
ri e re. p. in fabium eo tempore animaduerti. His uocibus cum in se magis
incitarent dictatorem. q̃ magistro equitum placarent: iussi de tribunali de
scendere legati & silentio nequicq̃ per preconem tentato cum pre strepi
tu ac tumultu nec ipsius dictatoris nec apparitorū eius uox audiretur:
nox uelut in prelio certamini finem fecit. Magister equitum iussus po
stero die adesse: cum omnes affirmarent infestius papirium exarsurum,
agitatum contentione ipsa exacerbatumq; clam ex castris roma pfugit.
Et patre auctore. m. fabio. qui ter iam consul dictatorq; fuerat: uocato ex
templo senatu cū maxime conquereretur apud patres uim atq. iniuriā
dictatoris: repente strepitus ante curiam lictorum submouentium au
ditur: Et ipse infensus aderat: postq̃ comperit profectum ex castris cum
expedito equitatu secutus: Iterata deinde contentione prehendi fabium
papirius iussit. Vbi cum deprecantibus primoribus patrū atq. uniuerso
senatu immitis animus: Tum pater. m. fabius: Quandoqdem apud te in ∴ perstaret ꝓ incepto
qt nec auctoritas senatus; nec etas mea cui orbitate paras: nec uirtus no

bilitasq; magistri equitum a te ipso nominati ualet: nec preces: que
sepe hostem mitigauere: que deorũ iras placare: tribunos pl. appello
& prouoco ad populum: eumq; tibi fugienti exercitus tui. fugienti se
natus iudicium iudicem fero: qui certe unus plus q̃ tua dictatura po
test posletq; uidero cessurus ne prouocationi sis. cui rex romanus tul
lus hostilius cessit. Ex curia in contionem itur: quo cum paucis dicta
tor: cũ omni agmine principum magister eqtum ascendisset: deduci
eum de rostris papirius in partẽ inferiorem iussit. Secutus pater be
ne agis cum eo nos deduci iussisti. unde priuati uocẽ mittere possem.
Ibi primo non tam perpetue orationes: q̃ altercationes audiebantur.
Vicit deinde strepitum uox & indignatio fabii senis increpantis super
biam crudelitatemq; papirii. Se quoq; dictatorem rome fuisse: nec
ab se quenq̃ ne plebis quidem hominem: non centurionẽ: nõ militem
uiolatum. Papiriũ tanq̃ ex hostium ducibus: sic ex romano impatore
victoriam & triumphum petere. Quantũ interesset inter moderatio
nem antiquorũ & nouam superbiã crudelitateq;. Dictatorẽ qntũ
cincinnatum in. I. minuciũ consulem ex obsidione a se ereptũ non
ultra seuisse: q̃ ut legatum eum ad exercitum proconsule relinqret.
.M. furium camillum in. I. furio. qui contempta senectute sua & aucto
ritate fedissimo cum euentu pugnasset: non solum in presentia mo
deratum ire esse: ne quid de collega secus populo ac senatui scribe
ret: Sed cum reuertisset: potissimum ex tribunis consularibo habu
isset: quem ex collegis optione absenatu data. socium sibi imperii
delegerat. Neq; populi quidem penes quẽ potestas omnium rerum
esset: ne iram quidem unq̃ atrociorẽ fuisse in eos. qui temeritate
atq; insciti a exercitus amisissent: q̃ ut pecunia eos mulctaret. Capi
te anquisitũ obrem bello male gestam de imperatore nullo ad eam
diem esse. Nunc ducibus populi .r. que non uictis quidem bello fas
fuerit: uirgas & secures victoribus & iustissimos meritis triumphos
intentari. Quid enim tandem passurũ fuisse filium suum: si exerci
tum amisisset: si fusus fugatus castris excutus fuisset: Quo ultra trã
uiolentiãq; eius excessuram fuisse: q̃ ut uerberaret necaretq;: q̃ con
ueniens esse propter: q. fabium ciuitatem in letitia. victoria suppli
cationibus ac gratulationibus esse: Eum propter quem delubra pa
teant: are sacrificiis fument: honore donis cumulentur: nudatum
uirgis lacerari in conspectu populi .r. intuentem capitoliũ atq; arcẽ

it prope

deosq. abse duobus preliis haud frustra aduocatos. Quo id animo exer-
citum. qui eius ductu auspiciisq. uicisset laturū. Quem luctum in castris
romanis: quam letitiam inter hostes fore. Hæc simul iurgans. queres.
deum hominumq. fidem obtestans: & complexus filium pluris cum la-
chrymis aiebat. Stabat cū eo senatus maiestas: fauor populi: tribuni-
tium auxilium: memoria absentis exercitus. Ex parte altera imperi-
um inuictum populi r. & disciplina militaris: & dictatoris edictū pro
numine semper obseruatum: & manliana imperia: & posthabita filii
caritas publice utilitati iactabantur. Hoc etiā. l. brutum conditorē
romane libertatis antea in duobus liberis fecisse. Nunc patres comes
& senes faciles de alieno imperio sprete tanq̄ rei parue disciplinę mi-
litaris euersę: iuuentuti gratiam facere. Se tamen perstaturū in in-
cepto: nec ei. qui aduersus edictū suum turbatis religionibus ac du-
biis auspiciis pugnasset: quicq̄ ex iusta pena remissurum. Maiestas im-
perii perpetua ne esset: non esse in sua potestate. L. papirii nihil eius
diminutum optare. Ne potestas tribunitia inuiolata ipsa uiolet iter-
cessione sua romanum imperium: neu populus in se potissimum di-
ctatorem & ius dictaturę extinguat. Quod si fecisset: non. l. papirii:
sed tribunos: sed prauum populi iudicium nequicq̄ posteros accusatu-
ros: cum polluta semel militari disciplina non miles centurionis: no
centurio tribuni: non tribunus legati: non legatus consulis: nō ma-
gister equitum dictatoris pareat imperio. Nemo hominum: nemo
deorū uerecundiam habeat: non edicta imperatorū: non auspicia ob
seruentur. Sine commeatu uagi milites in pacato in hostico errent:
immemores sacramenti licentia sola se ubi uelint excuciorēt: Infre-
quentia deserantur signa: neq. conueniatur ad edictū: nec discerna
tur interdiu nocte equo iniquo loco iniussu imperatoris pugnet:
& non signa non ordines seruentur. latrocinii modo ceca & fortuita
pro solemni & sacrata militia sit. Horum criminum uos reos in omnia
offerte tribuni pl. uestra obnoxia capita pro licentia. q. fabii obiicite.
Stupentes tribunos & suam iam uicem magis anxios: q̄ eius cui auxilium a
se petebatur. liberauit onere consensus populi r. ad preces & obtestatio-
nem uersus: ut sibi penam magistri equitum dictator remitteret. Tribu
ni quoq. inclinata rem in preces subsecuti orare dictatorem insistunt:
ut ueniam errori humano. ueniam adolescentiae fabii daret. Satis eni
penarum dedisse. Iam ipse adolescens. iam pater. m. fabius contentionis

35.

obliti procumbere ad genua & iram deprecari dictatoris. Tum dictator silentio facto: Bene habet quir. Vicit disciplina militaris: uicit imperii maiestas: quæ in discrimine fuerunt: an ulla post hanc die essent. Non noxe eximitur fabius: qui contra edictum imperatoris pugnauit: sed noxæ damnatus donatur populo.r. donatur tribunitie potestati precariū nō iustum auxilium ferenti. Viue qnte fabi felicior hoc consensu ciuitatis: ad ruendum re

q̄ qua paulo ante insultabas victoria. Viue id facinus ausus: cuius tibi ne pater quidem si eodem loco fuisset: quo fuit. l. papirius ueniam dedisset. Mecum ut uoles reuerteris in gratiam. Populo.r. cui uitam debes nihil maius prestiteris: q̄ si tibi hic dies satis documenti dederit: ut bello ac pace pati legitima imperia possis. Cum se nihil morari magistri equitum pronuntiasset: digressum eum templo letus senatus letior populus circūfusi ac gratulantes hinc magistro equitum hinc dictatori p secuti sunt: firmatumq imperium militare haud minus periculo.q. fabii: q̄ supplicio miserabili adolescentis manlii uidebatur. Forte ita eo anno euenit: ut quotiensciunq dictator ab exercitu recessisset: hostes in samnio moueren̄t. Cæterum in oculis exemplum erat.q. fabius.m. ualerio legato q castris preerat: ne quam uim hostium magis: q̄ trucem dictatoris ira timebat. Itaq frumentatores cum circūuenti ex insidiis cesi loco nō æquo essent: creditum uulgo est: subueniri eis ab legato potuisse: ni tristia edicta exhorruisset. Ea quoq ira alienauit ab dictatore militum animos iam ante infensos: quod implacabilis.q. fabio fuisset: Et quod suis precibus negasset: eius populo.r. ueniam dedisset. Postq̄ dictator præposito in urbe. l. papirio crasso: magistro equitum .q. fabio uetito quicq̄ pro magistratu agere: redit: neq ciuibus satis letus eius aduentus fuit: nec hostibus quicq̄ attulit terroris. Nanq postero die haud ignari uenisse dictatorem: seu adesset: an abesset parui facientes: instructa acie ad castra accesserunt. Cæterum tantum momenti in uno uiro. l. papirio fuit: ut si ducis consilia fauor subsecutus militum foret: debellari eo die cum samnitibus potuisse pro haud dubio habitum sit: Ita instruxit aciem loco ac subsidiis: ita omni arte bellica firmauit. Cessatum a milite: ac de industria: ut obtrectaretur laudi ducis impedita uictoria est. Plures samnitium cecidere: plures romani uulnerati sunt. Sensit peritus dux: quæ res victoriæ obstaret: Temperandum ingenium suum esse: seueritatem miscendam comitati. Itaq adhibitis legatis ipse circū sauciis milites inserens in tentoria caput: singulosq ut se se haberent rogitans: curā eorum

in castra

nominatim legatis tribunisq; & præfectis demandabat. Rem per se populare
ita dexter egit: ut medendis corporibus animi multo plus militum impe
ratori reconciliarentur. Nec quicq̃ ad salubritatem efficacius fuerit: q̃ quod
grato animo ea cura accepta est. Refecto exercitu cum hoste cõgressus
haud dubia spe sua militumq; ita fudit fugauitq; samnites: ut ille ultimus
eis dies conferendi signa cum dictatore fuerit. Incessit deinde: qua præ
de spes duxit uictor exercitus: perlustrauitq; hostium agros: nulla arma
nullam uim nec apertam nec ex insidiis expertus. Addiderat alacritatẽ
quod dictator prædam omnem edixerat militibus: nec ita magis publica:
q̃ priuatum compendium in hostem acuebat. His cladibus subacti samnites
pacem ab dictatore petierunt: cum quo pacti: ut singula uestimenta mili
tibus & annuum stipendium darent: cum ire ad senatum iussi essent: secu
turos se dictatorem responderunt. Vnius eius fidei uirtutiq; causam com ∴ suam
mendantes. Ita deductus ex samnitibus exercitus. Dictator triumphans 37.
urbem est ingressus. Et cum se dictatura abdicare uellet: iussu patrũ pri
us q̃ abdicaret consules creauit. c. sulpicium longum iterũ. q. emilii ce
retanum. Samnites infecta pace: quia de conditionibus agebatur: indu
tias annuas aburbe retulerũt. Nec earum ipsarum sancta fides fit: adeo
postq̃ papirium abisse magistratu nuntiatum erecti ad rebellandũ animi
sunt. C. sulpicio. q. emilio: aulũ quidã annales hnt: cõsulibus: ad defectio
nem samnitium apulum nouum bellum accessit. Vtrq; exercitus mis
si. Sulpicio samnites: apuli emilio sorte euenerunt: Sunt qui non ipsis apu
lis bellum illatum: sed socios eius gentis populos a samnitium ui atq; in
uris defensos scribant. Ceterum fortuna samnitium uix abse ipsis eo
tempore propulsantium bellum propius ut fit uero facit: nõ apulis á sam
nitibus bella illata: sed cum utraq; simul gente bellum romanis fuisse: si
tamen res ulla memorabilis acta. Ager apulus samniumq; uastatũ. Ho
stes nec hic nec illic inuenti. Romæ nocturnus terror ita ex somno tre
pidam repente ciuitatem excuit: ut capitolium atq; arx menia q; porte
plena armatorũ fuerint. Et cum concursatum clamatumq; ad arma
omnibus locis esset: prima luce nec auctor: nec causa terroris comparuit.
Eodem anno de tusculanis fabia rogatione populi iudicium fuit. M. fabius
tribunus pl. tulit ad populũ: ut in tusculanos animaduerteretur: quod eo
rum ope ac consilio uelitern priuernatesq; populo. r. bellũ fecissent: Popu
lus tusculanus cum coniugibus ac liberis romam uenit. Ea multitudo ue
ste mutata & specie reorũ tribus circuit: genibus se omnium aduoluẽs. Plus

uiaq, misericordia ad penæ ueniam impetrandam: q̃ causa ad crimen
purgandum ualuit. Tribus omnes preter pollia antiquare legē: pol
liæ sententia fuit: puberes uerberatos necari: coniuges liberosq, sub co
rona lege belli uenire: memoriamq, eius iræ tusculanis in penæ causa
atrocis auctores, mansisse ad patrum ætatem constat: nec quenq̃ ferme
ex pollia tribu candidatum: papiriã mandatum ferre solitum. Insequ
ti anno. m. fabio. l. fulnio consulibus. a. cornelius aruina dictator est
. m. fabius ambustus magister equitum dictus: metu grauioris in samnio
belli. Conducta enim pretio a finitimis iuuentus dicebatur. Intentiore
delectu habito egregium exercitum aduersus samnites duxerē. Castra in
hostico incuriose ita posita tanq̃ procul abesset hostis: cum subito aduene
re samnitium legiones. tanta ferocia: ut uallum usq, ad stationem roma
nam inferrent. Nox iam appetebat: id prohibuit munimenta adoriri:
nec dissimulabant orta luce postero die facturos. Dictator ubi propio
rem spe dimicationem uidit: ne militum uirtuti damno locus esset:
ignibus crebris relictis: qui conspectum hostium frustrarentur: silen
tio legiones educit. Nec tamen fallere propter propinquitatē castrorum
potuit. Eques extemplo insecutus ita instituit agmini: ut donec luce
sceret: prelio abstineret: ne ac pedestres quidem copiæ ante lucē castris
egressæ. Eques ausus luce demum incursare in hostem carpendo
nouissimos premendoq, uiquis ad transitum loci agmen detinuit.
Iterum pedes equitem assecutus: & totis iam copiis samnis urgebat.
Tum dictator postq̃ sine magno incommodo progredi no poterat:
eum ipsum in quo cõstiterat locum castris dimetari iussit. Id uero ci
cũfuso undiq, equitatu ut uallum peteretur opusq, uiperet fieri no
poterat. Itaq, ubi neq, eundi neq, manendi copiam esse uidet: instru
it aciem impedimentis ex agmine remotis. Instruunt & hostes & ani
mis & uiribus pares. Auxerat id maxime animos: quod ignari loco
uiquo non hosti cessum uelut fugientes ac territos terribiles ipsi se
cuti fuerunt. Id aliq̃diu æquauit pugnam iam pridem desuetos sam
nite clamore romani exercitus pati. Et hercule illo die ab hora diei
tertia ad octauam ita anceps dicitur certamen stetisse: ut neq, clamor
ut primo semel concursu est sublatus iteratus sit: neq, signa promota
loco retroue recepta: neq, recursum ab ulla sit parte. In suo quisq, ob
nixi urgentes scutis sine respiratione ac respectu pugnabant. Fremi
tus æqualis tenorq, idem pugnæ in defatigationem ultimã, aut nece

at communiri

spectabat. Iam uires uiris: iam ferro sua uis: iam consilia ducibus deerant: cum subito sammitium equites cum turma una longius prouecta accepissent impedimenta romanorum procul ab armatis sine presidio sine munimento stare: auiditate prede impetum faciunt. Qd ubi dictatori trepidus nuntius attulit: Sine modo inqt se se preda prepediant. Alii deinde super alios diripi passim ferriq; fortunas militum uociferabantur: Tum magistro equitum accito: Videsne inqt m. fabi ab hostium equite omissam pugnam: herent impediti impedimentis nostris: Aggredere: quod inter predandum omni multitudini euenit: dissipatos: raros: equis insidentes: raros: quibus ferrum in manu sit inuenies: & quosq; dum preda onerat: cedes inermes cruentamq; illis predam reddes. Mihi legiones peditumq; pugna cure erunt: penes te equestre sit decus. Equitum acies: qualisq; esse instructissima potest inuecta in dissipatos impeditosq; hostes: cede omnia replet. Intersarcinas omissas repente obiacentes pedibus fugientium consternatorumq; equorum: neq; pugne neq; fuge satis potentes ceduntur. Tum deleto prope equitatu hostium m. fabius circumductis paulum aliis a tergo pedestrem aciem adoritur. Clamor inde nouus accidens & sammitium terruit animos: & dictator ubi respectantes hostium antesignanos turbataq; signa & fluctuantem aciem uidit: tum appellare: tum adhortari milites tribunos principesq; ordinum nominatim ad iterandum secum pugnam uocare. Nouato clamore signa inferuntur: & quicqd progrediebantur magis magisq; turbatos hostes cernebant. Eques ipse ita primis in conspectu erat. Et cornelius respiciens ad manipulos multum quod manu quod uoce poterat mostrabat: Vexilla se suorum parmas pcernere equitum. Quod ubi auditum simul uisumq; est: adeo repente laboris per diem pene totum tolerati uulnerumq; obliti sunt: ut haud secus: q̃ si tum integri e castris signum pugne accepissent concitauerunt se in hostem. Ne ultra sammis tolerare equitum peditumq; uim potuit: partim in medio cesi partim in fuga dissipati sunt: pedes restantes ac circumuentos cecidit. Ab equite fugentium strages est facta: inter q̃s & ipse imperator cecidit. Hoc demum prelium sammitium resita infregit: ut omnibus conciliis fremerent: minime id quide mirum esse: si impio bello & contra fedus suscepto infestioribus merito diis: q̃ hominibus nihil prospere agerent. Expiandum id bellum magna merce de luendumq; esse. Id referre tantum: utrum supplicia noxio paucorum an

innoxio omnium prebeant sanguine. Audebantq; iam quida nomina-
re auctores armorum. Vnum maxime nomen per cõsensum clamãtiũ
brutuli papri excaudiebatur. Vir nobilis potensq; erat. haud dubie proxi
marum indutiarum ruptor. De eo coacti referre prætores decretũ fece-
runt. ut brutulus paprus romanis dederetur. & cum eo præda omnis ro-
mana captiuiq; ut romam mitterentur. quæq; res per feciales ex federe
repetite essent. secundũ ius fasq; restituerentur. Fecialis romam ut cen-
suerunt missi. & corpus brutuli exanime. ipse enim morte uoluntaria
ignominiæ se ac supplicio subtraxit. Placuit cum corpore bona quoq;
eius dedi. Nihil tamen earum rerum præter captiuos. ac siqua cognita
ex preda sunt acceptum est. Ceterarum rerũ irrita fuit deditio. Dicta-
tor ex senatus cõsulto publice triumphauit. Hoc bellum a consulibus bel-
latum quidam auctores sunt. eosq; de samnitibus triumphasse. Fabiũ et
in apuliam processisse atq; inde magnas prædas egisse. Nec discrepat qn
dictator eo anno. a. cornelius fuerit. Id ambigitur. belli ne gerendi
causa creatus sit. an ut esset. qui ludis romanis. quia .l. plautius prætor
graui morbo forte implicitus erat. signum mittendis quadrigis daret.
fuctusq; eo haud sane memorandi imperii ministerio se dictatura abdi
caret. Nec facile est aut rem rei. aut auctorem auctori preferre. Vitia
tam memoriã funebribus laudibus reor falsisq; imaginũ titulis. dũ familia
adsse quæq; famam rerum gestarum honorumq; fallenti mendacio trahit.
Inde certe & singulorum gesta & publicarũ rerum monumenta confusa.
Nec quisq̃ æqualis temporibus illis scriptor extat. quo satis certo auctore
stetur.

EXPLICIT LIBER OCTAVVS.

INCIPIT LIBER NONVS.

SEQVITVR HVNC ANNVM NOBILIS
clade romana caudina pax. t. uetturio caluino
sp. postumio consulibus. Samnites eo anno impe-
ratorem .c. pontium herennii filium habuerũt
patre longe prudentissimo natũ. primum ipsũ
bellatorem ducemq;. Is ubi legati. qui ad deden-
das res missi erant pace infecta redierunt. Ne nihil actum inq̃t hac
legatione censeatis. expiatum est. quicqd ex federe rupto iniuriarũ innos

celestium fuit: Satis scio quibuscunq; diis cordi fuit subigi nos ad ne-
cessitatem dedendi res: que a nobis ex federe repetite fuerunt: his non
fuisse cordi superbe a romanis federis expiatione spretam. Quid enim
ultra fieri ad placandos deos mitigandosq; homines potuit: q̃ quod nos
fecimus? Res hostium in preda captas: que belli iure nostre uidebant
remisimus. Auctores belli quia uiuos non potuimus: perfunctos ia fato
dedimus. Bona eorum ne quid ea contagione noxe remaneret penes nos:
romam portauimus. Quid ultra tibi romane: quid federi: quid diis ar-
bitris federis debeo? Quem tibi tuarum irarum: quem meorum supplicio-
rum iudicem feram? Neminem neq; publicum neq; priuatum fugio.
Quid si nihil cum potentiore iuris humani relinquitur inopi? Iam ego
ad deos uindices intolerande superbie confugiam & precabor: ut iras
suas uertant in eos: quibus non sine reddite res: non aliene accumulate
satis sunt: quorum seuitiam non mors noxiorum: non deditio exanima-
torum corporum: non bona sequentia dim̃ deditione exlatient: Placari ne-
queant nisi hauriendum sanguinem lamandaq; uiscera nostra prebueri-
mus. Iustum est bellum samnites: quibus necessarium: & pia arma: quib̃
nulla nisi in armis relinquitur spes. Proinde cum rerum humanarum maxi-
mum momentum sit: q̃ propitius rem: q̃ aduersis agant dis: pro certo ha-
bete: priora bella aduersus deos magis: q̃ homines gesturos. Hec nõ leta
magis: q̃ uera uaticinatus: exercitu educto circa caudium castra q̃ potest
occultissime ducit. Inde ad calacia: ubi iam consules romanos castraq; es-
se audiebat: Milites decem pastorum habitu mittit: pecoraq; diuersos ali-
um alibi haud procul romanis pascere iubet presidis. Vbi inciderint in
predatores: ut idem omnibus sermo constet: legiones samnitium in apu-
lia esse: Luceriam omnibus copiis circumsedere: nec procul abesse: quin ui
capiant. Iam iste rumor ante de industria uulgatus uenerat ad romanos:
sed fidem auxere captiui: eo maxime: quod sermo congruebat: Haud e-
rat dubium: quin luceriis opem romanus ferret: bonis ac fidelib̃ sociis.
Simul ne apulia omnis ad presentem terrorem deficeret. Ea modo qua
irent consultatio fuit: Due ad luceriam ferebant uie: Altera preter ora
superi maris patens apertaq;: sed q̃to tutior: tanto fere longior: altera per
furculas caudinas breuior: Sed ita natus locus est: Saltus duo alti angusti
siluosiq; sunt: montibus circa perpetuis inter se uncti. Iacet inter eos sa-
tus patens clausus in medio locus campus herbidus aquosusq;: per quem me-
dium iter est: Sed ante: q̃ uenias ad eum: intrande prime angustie sunt:

∴ tam

∴ egisse. Hoc quod instar duci- 2.
bus ipsis diis nos

∴ at locar

inter os

& aut eadem, qua te insinuaueris retro uia repetenda: aut sine porro
pergas: per alium saltum arctiorem impeditioremq; euadendu. In eu
campum cu uia alia per cauam rupem romani remisso agmine ad alias
angustias protinus pergerent: septas deiectu arborum saxorumq; inge
tium obiacentem molem inuenere. Cum fraus hostilis apparuisset: pre
sidium etiam in summo saltu conspicitur. Citati inde retro qua uenerat
pergunt: eam quoq; clausam sua obice armisq; inueniunt. Sistunt inde
gradum sine ullius imperio: stuporq; omnium animos ac uelut torpor
quidam insolitus membra tenet: intuentesq; alii alios cum alterum qsq;
compotem magis mentis ac consilii ducerent diu immobiles silent. Dein
de ubi prætoria consulum erigi uidere & expedire quosdam utilia ope
ri: quanq; ludibrio fore munientes perditis rebus ac spe omni adempta
cernebant: tamen ne culpam malis adderent: pro se quisq; nec horta
te ullo nec imperante ad muniendum uersi castra propter aqua uallo
circudant: sua ipsi opera laboremq; irritum præter q; quod hostes super
be increpabant cum miserabili confessione eludentes. Ad consules me
stos ne aduocantes quidem in consilium: quando nec consilio nec auxi
lio locus esset: sua sponte legati ac tribuni conueniunt: Militesq; ad præ
torium uersi opem quam uix di immortales ferre poterant ab duci
bus exposcunt. Querentes magis: q; consultantes nox oppressit. Cum pro
ingenio quisq; fremeret: alius per obices uiarum, alius per aduersa mo
tum per siluas qua ferri arma poterunt eamus: modo ad hostem per
uenire liceat: quem per annos iam prope triginta uicimus. Omnia eq;
& plana erunt romano in perfidum samnitem pugnanti. Alius quo
aut qua eamus: Nun montes moliri sede sua paramus: dum hec im
minebunt iuga: qua tu ad hostem ueniet: Armati inermes: fortes igna
ui pariter omnes capti atq; uicti sumus. Ne ferru quidem ad bene mo
riendum oblaturus est hostis: Sedens conficiet bellum. His inuice ser
monibus qua cibi qua equites quietis immemores: nox traducta est.
Ne samnitibus quidem consilium in tam letis suppetebat rebus. Itaq; uni
uersi berennium pontium patrem imperatoris per lras consulendu
censent. At is grauis annis non militaribus solum: sed ciuilibus quoq;
abscesserat muneribus. In corpore tamen affecto uigebat uis animi co
siliq. Is ubi accepit ad furculas caudinas inter duos saltus esse exerci
tus romanos: consultus abnuntio filii censuit omnes inde q; primu inuio
latos dimittendos. Que ubi spreta sententia est: iterumq; eode remeate

repetere uiam

nuntio consulebatur: censuit ad unum omnes interficiendos. Que ubi
tam discordia inter se uelut ex ancipiti oraculo responsa data sunt:
quanq̃ filius ipse in primis iam animum quoq; patris consenuisse in
affecto corpore rebatur: tamen consensu omnium victus est: ut ipsu
in consilium acciret. Nec grauatus senex plaustro in castra dicitur
aduectus: uocatus in consilium ita ferme locutus esse: ut nihil senten
tie sue mutaret: causas tamen adiceret. Priore se consilio quod op
timum duceret: cum potentissimo populo perinde beneficiu perpetua
firmare pacem amicitiaq;. Altero consilio in multas etates. quibus amissis
duobus exercitibus haud facile receptura uires romana res esset: bellu
differre: tertium nullum consilium esse. Cum filius aliiq; principes per
contando exquirerent: quid si media uia consilii caperetur: ut & dimit
terentur incolumes: & leges his iure belli victis imponerentur? Ista q
dem sententia inq̃t ea est: que neq; amicos parat. nec inimicos tollit.
Seruate modo quos ignominia irritaueritis. Ea est romana gens que
uicta quiescere nesciat. Viuet semper in pectoribus illorum. quicqd
istuc presens necessitas inusserit. Nec eos ante multiplices penas expeti
tas a uobis quiescere sinet. Neutra sententia accepta herennius domu
ex castris est aduectus. Et in castris romanis cu frustra multi conatus
ad erumpendu capti essent: & iam omnium reru inopia esset: uicti ne
cessitate legatos mittunt. qui primum pacem equam peterent. Si pa
cem non impetrarent: uti prouocarent ad pugnam. Tum pontius debel
latum esse respondit. Et q̃m ne uicti quidem ac capti fortunam fateri
scirent: inermes cum singulis uestimentis sub iugum missurum. Alias co
ditiones pacis equas victis ac victoribus fore: si agro samnitium dece
deretur: colonie educerentur. Suis inde legibus romanum ac samni
tem equo federe uicturum. His conditionibus pacem se esse: fedus
cum consulibus ferire. Siquid eorum displiceat: legatos redire ad se
uetuit. Hec cum legatio renuntiaretur: tantus gemitus omnium su
bito exortus est: tantaq; mestitia incessit: ut no grauius accepturi uide
rentur: si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetenda esse. Cu diu
silentium fuisset: nec consules aut federe tam turpi: aut cotra fedus
tam nescessariu biscere possent. Tum. L. lentulus. qui tum princeps le
gatorum uirtute atq; honoribus erat. Patrem meum inq̃t consulem
sepe audiui memorantem se in capitolio unum no fuisse auctore
senatui redimende auro a gallis ciuitatis: quando nec fossa uallo q; ab

4.

a paratum.

ignauissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent: & erumpere
si non sine magno periculo: tamen sine certa perniciē possent. Quod
si illis ut decurrere ex capitolio armatis in hostem licuit: quo sepe mo-
do obsessi in obsidentes eruperunt: ita nobis æquo aut iniquo loco di-
micandi tantāmmodo cum hoste copia esset: non mihi paterni animi
indoles in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patria preclarā
esse fateor: & me uel deuouere pro populo .r. legionibusq; uel in medios
me immittere hostes paratus sum. Sed hic patriam uideo: hic quicqd ro-
manarum legionum est: que nisi pro se ipsis ad mortem ruere uolunt:
quid habent: quod morte sua seruent? Tecta sua dicat aliquis & menia,
& eam turbam a qua urbs incolitur. Vnā hercle produntur: ea omīa de-
leto hoc exercitu non seruantur. Quis enim ea tuebitur? imbellis uidelicet
atq; inermis multitudo? Tam hercle: q̄ a gallorū impetu defendit. An
a uebis exercitum camillumq; ducem implorabunt? Hic omnes spes opesq;
sunt: quas seruando patriam seruamus: dedendo ad necem patriā deseri-
mus. At feda atq; ignominiosa deditio est: Sed ea caritas patrie est: ut
tam ignominia eam: q̄ morte nostra si opus sit seruemus. Subeatur ergo
ista q̄tacunq; est indignitas: & pareatur necessitati, quam ne dii quidem
superant. Ite consules redimite armis ciuitatem, quam auro maiores nrī
redemerunt. Consules profecti ad pontium in colloquiū, cum de federe
uictor agitaret negarunt, iussu populi fedus fieri posse: nec sine fe-
cialibus cerimoniaq; alia solemni. Itaq; non ut uulgo credunt, clauduisq;
etiam scribit: federe pax caudina: sed per deditionem facta est. Quid
enim aut sponsoribus in federe opus esset, aut obsidibus? ubi pactione res
transigit: per quem populum fiat: quo minus dictis legibus stetur: ut eū
ita iupiter feriat: quemadmodum a fecialibus porcus feriatur. Spopon-
derunt consules: legati: questores: tribuni militū: nominaq; omnium q̄
spoponderunt extant. Vbi si ex federe acta res esset: preter q̄ duorum
fecialium non extarent. Et propter necessariam federis dilationē obsides
etiā sexcenti equitum imperati, qui capite luerent: si pacto non staret.
Tempus inde statutū tradendis obsidibus exercituq; inermi mittendo. Re-
dintegrauit lucium in castris consulum aduentus: ut uix ab his abstine-
rent manus: quorum ignauia fedius inde q̄ uenissent abituri erat.
Illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse: beluarū modo cecos
in foueam missos. Alii alios intueri: contemplari arma mox tradenda &
inermes futuras dextras obnoxiaq; corpora hosti: proponere sibimet ipsi

∴ ac prodimus

ante oculos iugum hostile: & ludibria uictoris & uultus superbos: & per
armatos inermium iter. Inde fedi agminis miserabilem uiā per socio-
urbes: reditum in patriam ad parentes: quo sepe ipsi maioresq; eorum
triumphantes uenissent. Se solos sine uulnere: sine ferro. sine acie uictos.
Sibi non licuisse stringere gladios: non manū cum hoste conferre: Sibi
nequicq; animos datos. Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ adue-
nit: omnia tristiora experiundo factura: q̄ quæ præceperāt animis. Iā
primum cum singulis uestimentis inermes extra uallum exire iussi. Et
primi traditi obsides atq; in custodiam abducti. Tum a consulibus abire
lictores iussi: paludamentaq; detracta: tantā inter ipsos qui paulo ante
eos execrantes dedendos lacerandosq; censuerant miserationē fecit: ut
siue quisq; conditionis oblitus ab illa deformatione tantæ maiestatis ue-
lut ab nefando spectaculo auerteret oculos. Primi consules prope semi-
nudi sub iugum missi. Tum ut quisq; gradu proximus erat: ita ignomi-
niæ obiectus: Tum deinceps singulæ legiones. Circūstabant armis hostes
exprobrantes illudentesq;: gladii etiam plerisq; intentati & uulnerati qdā
necatiq;: si uultus eorū indignitate rerum acrior uictorem offendisset.
Ita traducti sub iugum: & quod pene grauius erat per hostium oculos cū
e saltu euasissent: & si uelut ab inferis extracti tum lucem aspicere uisi sūt:
tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fu-
it. Itaq; cum ante noctem capuam peruenire possent: incerti de fide so-
ciorum: & quod pudor prepediebat: circa uiam haud procul capua omni-
um egena corpora prostrauerunt humi. Quod ubi est capuam nuntiatū:
euicit miseratio iusta sociorum superbiam ingenitam campanis. cōfesti
insignia sua consulibus: fasces: lictores: arma: equos: uestimenta: commea-
tus militibus benigne mittunt: & uenientibus capuam cunctus senatus
populusq; obuiam egressus iustis omnibus hospitalibus priuatisq; & publi-
cis fungitur officiis. Neq; illis sociorū comitas uultusq; benigni & alloqa
non modo sermonem elicere: sed ne ut oculos quidem attolleret: aut cō-
solantes amicos contra intuerentur: efficere poterant: Adeo eos super-
merorem pudor quidam fugere colloquia & cetus hominū cogebat. Po-
stero die cum iuuenes nobiles missi a capua: ut proficiscentes ad finem
campanum prosequerentur reuertissent: Vocatiq; in curiā percontanti-
bus maioribus natu multo sibi mestiores & abiectioris animi uisos refer-
rent: adeo silens ac prope mutum agmen incessisse: tacere indolem illā
ablatos cum armis animos: non reddere salutem: non salutantibus dare

. Romani sub iugū missi.

responsum: non biscere quenq̃ pre metu potuisse: tanq̃ ferentibus
adhuc ceruicibus iugum sub quod missi esset: habere samnites victo
riam non preclaram solum: sed etiã perpetuã. Cepisse enĩ eos non ro
mam sicut ante gallos: sed quod multo bellicosius fuerit romanam
uirtutem ferociamq. Cum hæc dicerentur audirenturq. & deplora
tum pene romanum nomen in concilio fidelium sociorũ esset: dicit
ophilius clarus genere factisq. tum etiã ætate uerendus longe aliter
habere se rem dixisse. Silentium illud obstinatum fixos in terrã ocu
los & surdas ad omnia solatia aures & pudore intuende lucis ingen
tem molem irarum ex alto animo cientis inditia esse. Aut romana
se ignorare ingenia: aut silentiũ illud samnitibus flebiles breui cla
mores gemitusq. excitaturũ: caudinæq. pacis aliq̃to samnitibus: q̃ ro
manis tristiorem memoriam fore. Quippe suos quenq. eorũ animos
habituros ubicunq. congressuri sint. Saltus caudinos non ubiq. sam
nitibus fore. Iam romæ respersa infamis clades erat. Obsessos primũ
audierunt. Tristior deinde ignominiosæ pacis magis q̃ periculi fuit.
A d famam obsidionis delectus haberi ceptus erat. Dimissus deinde au
xiliorum apparatus. postq̃ deditionem tam fede facta acceperũt.
Extemploq. sine ulla publica auctoritate consensum in omnem forma
luctus est. Tabernæ circa forum clausæ. iustitiumq. in foro ceptum
priusq̃ indictum. Lati clauii anuli aurei positi: pene exercitu ipso
mestior ciuitas esse. Nec ducibus solum atq. auctoribus sponsoribusq.
pacis irasci: sed innoxios etiam milites odisse & negare urbe tectis
ue accipiendos. Quam concitationem animorũ fregit aduentus exer
citus etiã iratis miserabilis. Non enim tanq̃ in patriam reuertentes ex
insperato incolumes: sed captorum habitu uultuq. ingressi sero ur
bem ita se in suis quisq. tectis abdiderunt: ut postero atq. insequenti
bus diebus nemo eorum forum aut publicum aspicere uellet. Con
sules in priuato abditi nihil pro magistratu agere: nisi quod expres
sum senatus cõsultũ est: ut dictatorẽ diceret comitiorum causa: qui
furium ambustum dixerunt & .p. emiliũ petum magrm eqtũ. Quib
uitio creatis suffecti .m. emilius papus dictator: L. ualerius flaccus ma
gister eqtum. Nec per eos comitia habita. Et quia tedebat populũ
omnium magistratuum eius anni: res ad interregnum rediit. Inter
reges .q. fabius maximus .m. ualerius coruus. Is consules creauit .p. phi
lonem & .l. papiriũ cursorem iterum: haud dubio consensu ciuitatis:

7

nuntius

Ad famam obsidionis delectus haberi ceptus erat

sua sponte

quod nulli ea tempestate duces clariores essent. Quo creati sunt die:
sic enim placuerat patribus: magistratu inierunt. Solemnibus factis p
fectis de pace caudina retulerunt. Et publius penes quem fasces erat:
Dic sp. postumi inquit. Qui ubi surrexit eodem illo uultu quo sub iu
gum missus erat: Haud sum ignarus inqt consules: ignominiae non
honoris causa me primum excitatu iussumq dicere: non tanq̃ senato
rem: sed tanq̃ reum: qua infelicis belli: qua ignominiosae pacis. Ego
tamen quando neq de noxa nostra neq de pena retulistis omissa defe
sione: quae non difficillima esset apud haud ignaros fortunarũ hu
manarum necessitatumq: sententiã de eo de quo retulistis paucis
peragam. Quae sententia testis mihi ne an legiombus uestris peperce
rim: cum me seu turpi seu necessaria sponsione obstrinxi. Qua tam
quando iniussu populi facta est non tenetur populus: nec quicq̃ ex
ea praeter corpora nostra debetur samnitibus. Dedamur per feciales
nudi uinctiq: exoluamus religione populum si qua obligauimus:
ne quid diuini humaniue obstet: quo minus iustum piumq de inte
gro ineatur bellum. Interea consules exercitum scribere armare
educere placet: nec prius ingredi hostium fines q̃ omnia iusta in de
ditionem nostram perfecta sunt erunt permittatis. Vos dii immorta
les precor quesoq si uobis non fuit cordi sp. postumiũ t. ueturiũ con
sules cum samnitibus prospere bellum gerere: at uos satis habeatis iu
disse nos sub iugum missos: iudisse sponsione infami obligatos: iudere
nudos uinctosq hostibus deditos: omnem iram uestram nostris capitibus ex
cipientes. Nouos consules legionesq romanas ita cũ samnite gerere
bellum uelitis: ut omnia ante nos consules bella gesta sunt. Quae ubi
dixit: tanta simul admiratio miseratioq uiri incessit omnes: ut modo
uix crederent illum eundem esse sp. postumium qui auctor tam fede
pacis fuisset: modo miserarentur: quod uir talis etiã praecipuum apud
hostes supplicium passurus esset obiram dirempte pacis. Cum omnes lau
dibus modo prosequentes iurum in sententiã eius pedibus irent: tentata
paulisper intercessio est a. l. liuio q. q. melio tribunis pl. qui neq exolui
religione populũ aiebant deditione sua: nisi omnia samnitibus qualia apd
caudium fuissent restituerentur: neq se pro eo quod spondendo pacẽ ser
uasset exercitũ populi r. penam ullam meritos esse. Neq ad extremũ cũ
sacrosancti essent: dedi hostibus uiolariue possent. Tum postumius interea
dedite inqt prophanos nos: quod salua religione potestis. Dedetis deinde

& istos sacrosanctos cum primum magistratu abierint. Sed si me audiatis
prius q̃ dedantur hic in comitio uirgis cæsos. Hanc iam ut intercalate
pene usurã habeant. Nam quod deditione nostra negant exolui religione
populum. id istos magis ne dedantur. q̃ quia ita se res habeat dicere. qs
adeo uiris fecialium expers est qui ignoret. Neq; ego unficias eo pres. c. ta
sponsores. q̃ federa sancta esse apud eos homines. apud quos uxta diuinas
religiones fides humana colitur. Sed iniussu populi nego quirq̃ sanciri pos
se. quod populum teneat. Nam si eadem superbia qua sponsionem istam
expresserunt nobis samnites coegissent nos uerba legitima dedentium ur-
bes nuncupare. dedituin populum. r. uos tribuni diceretis. & hanc urbẽ
templa delubra fines aquas samnitium esse. Omitto deditione quãma
de sponsione agatur. quid tandem si spopondissemus. urbem hanc relicti
rum populũ. r. si incensurum. si magistratus. si senatũ. si leges non habi
turum. si sub regibus futurum. Dii meliora ings. Atq; non indignitas re
rum sponsionis uinculum leuat. Siquid est in quo obligari populus possit.
in omnibus potest. Et ne illud quidem. quod quosdam forsitan moueat
refert consul. an dictator. an prætor spoponderit. Et hoc ipsi etiã samnites
indicauerunt. quibus non fuit satis consules spondere. sed legatos. quæsto
res. tribunos militum spondere coegerunt. Nec a me nunc quisq̃ quæsiue
rit. quid ita spoponderim. cum id nec consulis uis esset. nec illis spondere pa
cem. quæ mei non erat arbitrii. nec pro uobis. qui nihil mandaueratis posse.
Nihil ad caudium pres. c. humanis consiliis gestum est. dii immortales & ue
stris & hostium imperatoribus mentem ademerunt. Nec nos in bello satis
cauimus. & illi male partam victoriam male perdiderunt. dum uix locis
quibus uicerant credunt. dum quacunq; conditione arma uiris inarma
natis auferre festinant. An si sana mens fuisset. difficile illis fuit. dii senes
ab domo ad consultandum accersiert. mittere romam legatos. cum sena
tu. cum populo de pace ac federe agere. Triduii iter expeditis erat. In
terea in induciis res fuisset. donec a roma legati aut victoriam certã il
lis. aut pacem afferrent. Ea demum sponsio esset. quam populi iussu spo
pondissemus. Sed neq; uos tulissetis. nec nos spopondissemus. nec fas fuit
aliuin rerum exitum esse. q̃ ut illi uelut somnio letiore. q̃ quod men
tes eorũ capere possent. nequicq̃ eluderentur. & nostrum exercitum ea
dem. que impenderat fortuna expediret. Et uanam victoriã uanior ir-
ritam faceret pax. Sponsio interponeretur. que nemine præter sponsore
obligaret. Quid enim uobiscũ patres. c. quid cum populo. r. actũ est. quis

uos appellare potest? quis se a uobis dicere deceptum? hostis an ciuis? ho-
sti nihil spopondistis: cui neminem spondere pro uobis uussistis. Nihil ergo
uobis cum samnitibus, cum quibus nihil egistis: nec nobiscum est, quibus ni-
hil mandastis. Samnitibus sponsores nos sumus rei satis locupletes in id qd
nostrum est: corpora nostra & animas: in haec seuiant: in haec ferrum in hec
iram acuant. Quod ad tribunos attinet consulite: Vtrum presens deditio
eorũ fieri possit an in diem differatur. Nos interim t. uetuti uosq; ceteri
uilia haec capita luendae sponsionis feramus: & nostro supplicio liberemus
romana arma. Mouit prēs cōscriptos cum causa tum auctor: nec ceteros
solum: sed tribunos etiā pl. ut se in senatus dicerent fore potestate. Magi-
stratu inde se extemplo abdicauerunt: traditiq; fecialibus cum ceteris cau-
dium ducendi. Hoc senatus consulto facto lux quaedam ciuitati affulxis-
se uisa est. Postumius in ore omnium erat: eum laudibus ad celum ferebat
deuotioni p. decii consulis aliisq; claris facinoribus aequabant: Emersisse ci-
uitatem ex obnoxia pace illius consilio & opera. Ipsum se cruciatibus & hosti-
um ire offerre: piaculaq; pro populo r. dare: arma cuncti spectant: En unq;
futurum ut congredi armatis cum samnite liceat. In ciuitate ira odioq; ar-
dente delectus prope omnium uoluntariorum fuit. Rescripte ex eode mi-
lite nouae legiones ductusq; ad caudium exercitus. Pregressi fetiales ubi ad
portam uenere: uestem detrahi pacis sponsoribus iubent: manus post tergũ
uinciri. Cum apparitor uerecundia postumii laxe uinciret: Quin tu inqt
adduces lorum: ut iusta fiat deditio. Tum ubi in cetum samnitium & ad
tribunal uentum est pontii. a. cornelius aruina fecialis ita uerba fecit.
Quandoquidem hisce homines iniussu populi r. quiritium fedus ictũ iri spo-
ponderunt atq; ob ea rem noxa nocuere: quo populus r. scelere impio sit
solutus: hosce homines uobis dedo. Haec dicenti fecialis postumius genu fe-
mur qta maxime ui poterat percussit: & clara uoce ait se samnitē ciuē ex romano
esse: illum legatum fecialem ab se contra ius gentium uiolatum: eo iusti
bellum gesturos. Tum pontius: Nec ego istam deditionem accipiam inqt:
nec samnites ratam habebunt. Quin tu spuri postumi si deos esse censes aut
omnia irrita facis: aut pacto stas. Samniti populo omnes quos in potesta-
te habuit: aut pro his pax debetur. Sed quid ego te appello, qui te captiui
uictori cum qua potes fide restituis: populũ r. appello, quem si sponsionis
ad furculas caudinas facte penitet: restituat legiones intra saltum quo sep-
te fuerunt: nemo quenq; deceperit: omnia pro infecto sint: Recipiant ar-
ma, quae per pactionem tradiderunt. Redeant in castra sua: quicqd pdie

habuerunt: q̃ in colloquium uentum est habeant. Tum bellum & for-
tia consilia placeant: tunc sponsio & pax repudietur. Ea fortuna iis locis,
quae ante pacis mentionem habuimus geramus bellum: nec populus
.r. consulum sponsionem: nec nos fidem populi .r. accusemus. Nunq̃ ne
causa deficiet cur uicti pacto non stetis? Obsides porsenae dedistis: fur-
to eos subduxistis. Auro ciuitatem a gallis redemistis: inter accipiendũ
aurum caesi sunt. Pacem nobiscum pepigistis: ut legiones captas uobis re-
stitueremus. Eam pacem irritam facitis: & semper aliquã fraudis speciẽ
iuri imponitis. Non probat populus .r. ignominiosa pace legiones ser-
uatas: pacem sibi habeat: legiones captas victori restituat. Hoc fide: hoc
federibus: hoc fecialibus cerimoniis dignum erat: Vt tu quidẽ quod
petisti per pactionem habeas tot ciues incolumes: ego pacem quam hos
tibi remittendo pactus sum non habeam. Hoc tu .a. corneli: hoc uos
feciales iuris gentium dicitis. Ego uero istos quos dedi simulatis nec ac
cipio: nec dedi arbitror: nec moror quominus in ciuitatem obligata
sponsione commissa iratis diis omnibus quorum eluditur numen re-
deant. Gerite bellum quando sp. postumius modo legatũ fecialẽ genu
pereulit. Ita dii credent: samnitem ciuem postumium: non ciuem ro-
manum uiolatum: eo uobis iustum in nos factum esse bellũ. Haec ludi
bria religionum non pudere in lucem proferre: & uix pueris dignas
ambages senes ac consulares fallendae fidei exquirere. I. lictor deme
uinclã romanis: moratus sit nemo quominus ubi uisum fuerit abeat.
Et illi quidem forsitan ex publica sua certe liberati fide abcaudio in
castra romana inuiolati redierunt. Samnitibus pro superba pace infe
stissimum cernentibus renatum bellũ: omniaq; quae deinde uenerũt
non in animis solum: sed prope in oculis esse: & sero ac neqq̃ lauda
re senis pontii utraq; consilia. Inter quae se media lapsos victoriae pos
sessionẽ pace incerta mutasse: & beneficii occasione amissa pugnatu
ros cum eis quos potuerũt in perpetuũ uel inimicos tollere: uel amicos
facere. Adeoq; nullo dum certamine inclinatis uiribus post caudinã
pacem animũ mutauerant: ut clariorem inter romanos dedito postu
mium: q̃ pontium incruenta victoria inter samnites faceret. Et geri
posse bellum romani pro victoria certa haberẽt: Samnites simul rebellas
se & uicisse crederẽt romanum. Inter haec satricani ad samnites defece
runt. Et fregellae colonia nec opinato aduentu samnitiũ: fuisse & satri
canos cum his satis constat: nocte occupata est. Timor inde mutuus utrosq;

12.

usq. ad lucem quietos tenuit: Lux pugnæ initium fuit: quam aliq̃diu
æquam: & quia pro aris dimicabatur ac focis: & quia ex tectis adiuua-
bat imbelli multitudo: tamen fregellani sustinuerunt. Fraus deinde
rem inclinauit: quod uocem precoris auditi passi sunt: Incolumē abi-
turum, qui arma posuisset. Ea spes remisit a certamine animos, & passi
arma iactari cepta. Pertinacior pars armata per auersam portā erupit:
tutiorq; eis audacia fuit: q̃ incautis ad credendū ceteris pauor: quos cir-
cundatos igni neq; deos fidemq; inuocantes sammites cōcremauerūt.
Consules inter se partiti prouincias: Papirius in apuliā ad luceriā pergit:
ubi equites romani obsides ad caudiū ducti custodiebantur. Publius in
sammio substitit aduersus caudinas legiones. Distendit ea res sammitiū
animos: quod nec ad luceriā ire: ne a tergo instaret hostis: nec mane-
re; ne luceria interim amitteretur satis audebat. Optimum uisum ē
committere rem fortunæ & transigere cum publio certamen. Itaq;
in aciem copias educunt. Aduersus quos publius consul cum dimicatu-
rus esset: prius alloquendos milites ratus contionem aduocari iussit.
Cæterum sicut ingenti alacritate ad prætoriū concursum est: ita pre-
clamore poscentiū pugnam nulla adhortatio imperatoris audita est.
Suus cuiq; animus memor ignominiæ adhortator erat. Vadunt igitur
in prelium urgentes signiferos: & ne mora in concursu pilis omitten-
dis stringendisq; inde gladiis esset: pila uelut dato ad id signo abiicūt:
strictisq; gladiis cursu in hostem feruntur. Nihil illic imperatoriæ ar-
tis ordinibus, aut subsidiis locandis fuit. Omnia ira militaris prope ue-
sano impetu egit. Itaq; non fusi modo hostes sunt: sed ne castris qdem
suis fugam impedire ausi apuliam dissipati petiere. Luceriam tn coa-
cto rursus in unum agmine est peruentū. Romanos ira cadē: que per
mediam aciem hostium tulerat & in castra pertulit. Ibi plus, q̃ in acie
sanguinis ac cædis factum: predæq; pars maior ira corrupta. Exerci-
tus alter cum papirio consule locis maritimis peruenerat arpos: per
omnia pacata sammitium magis iniuriis & odio: q̃ beneficio ullo popu-
li.r. Nam sammites ea tempestate in montibus uicatim habitantes cam-
pestria & maritima loca contempto cultu molliore: atq; ut euenit fere
loci simili genere ipsi montani atq; agrestes depopulabantur. Que re-
gio si fida sammitibus fuisset: aut peruenire arpos exercitus romanus
nequisset: aut interiecta inter romā & arpos penuria rerū omnium
exclusos a cōmeatibus absumpsisset. Tum quoq; profectos inde ad luce-

riam uuxta obsidentes obsessosq; inopia uexauit. Omnia ab arpis roma
nis suppeditabant. Cæterum adeo exigue: ut militi occupato stationi
bus uigiliisq; & opere: eques folliculis in castra ab arpis frumenti ueheret:
interdiu occursu hostium cogeretur abiecto ex equo frumento pugnare:
Obsessis prius: q̃ alter consul uictore exercitu aduenit & cõmeatus ex mõ
tibus samnitium uuecti erant & auxilia intromissa. Arctiora omnia ad
uentus publii fecit: qui obsidione delegata in curam collegæ uacuos per
agros cuncta infesta commeatibus hostium fecerat. Itaq; cum nulla spes es
set diutius obsessos inopiam laturos: coacti samnites: qui ad luceriã castra
habebant: undiq; contractis uiribus signa cum papirio conferre. Per idẽ
tempus parantibus utrisq; se ad prelium legati tarentini interueniunt de
nuntiantes samnitibus romanisq; ut bellum omitterent: per utros stetis
set: quo minus discederetur ab armis: aduersus eos se pro alteris pugnatu
ros. Ea legatione papirius audita perinde ac motus dictis eorũ cum col
lega se cõmunicaturum respondit. Accitoq; eo cum tempus omne in ap
paratu pugne consumpsisset: collocutus de re haud dubia signum pugne
proposuit. Agentibus diuina quæ assolent cum dimicandum est consu
libus: tarentini legati occursare responsum expetentes. Quibus papirius
ait: auspicia secunda esse tarentini pullarius nuntiat: litatum preterea
est egregie: Auctoribus dis ut uidetis ad rem gerendam proficiscimur.
Signa inde ferri iussit & copias eduxit: uanissimam increpans gentem: q̃
suarum impotens rerum pre domesticis seditionibus discordisq;: alius mo
dum pacis ac belli facere æquum censeret. Samnites ex parte altera cum
omnem curam belli remisissent: quia aut pacem uere cupiebant: aut ex
pediebat simulare: ut tarentinos sibi conciliarent: cum instructos repẽ
te ad pugnam romanos conspexissent: uociferari se in auctoritate tare
tinorum manere: nec descendere in aciem: nec extra uallũ arma fer
re: deceptos potius quocunq; casus ferat passuros: q̃ ut spreuisse pacis au
ctores tarentinos uideantur. Accipere se omen consules aiunt: & eã pre
cari mentem hostibus: ut ne uallum quidem defendat. Ipsi inter se par
titis copiis succedunt hostium monumentis & simul undiq; adorti cum
pars fossas explerent: pars uellerent uallum atq; in fossas prorueret: nec
uirtus modo insita: sed ira etiam exulceratos ignominia stimularet ani
mos: castra inuasere. Et prose quisq; non hic furculas: nec caudiũ: nec sal
tus inuios esse: ubi errorem fraus superbe uicisset: sed uirtutẽ romanam:
quam nec uallum nec fosse arceant memorantes cedunt pariter resistẽtes

Spicaq

humana q̃

fusosq

XVIII.

fusosq. inermes atq. armatos: seruos: liberos: puberes: impuberes: homi-
nes iumentaq. Nec ullum superfuisset animal: ni consules receptui signū
dedissent: auidosq. cedis milites e castris hostiū imperio ac minis expu-
lissent. Itaq. apud infensos ob interpellatā dulcedinem: ire confestim ha-
bita oratio est: Vt doceretur miles: minime cuiq̄ militū consules odio in
hostes cessisse: aut cessuros: quin duces sicut belli: ita insatiabilis supplicii
futuros fuisse. Ne respectus equitum sexcentorū qui luceriae obsides te-
nerentur prepedisset animos: ne desperata uenia hostes cecos in suppli-
cia eorum ageret: perdere prius q̄ perire optantes. Laudare ea mili-
tes: letariq. obuiam itum ire sine esse: Ac fateri omnia patienda potius.
q̄ proderetur salus tot principum romane iuuentutis. Dimissa contione
consilium habitum: omnibus ne copiis luceria premerent: an altero
exercitu & duce apuli circa gens dubie ad id uoluntatis tentarentur:
Publius consul ad peragrandam apuliā profectus aliquot expeditione
una populos aut ui subegit: aut conditionibus in societatem accepit: Pa-
pirio quoq. qui obsessor luceriae restiterat breui ad spem euentus respon-
dit: Nam insessis omnibus uiis per quas commeatus ex samnio subuehe-
bantur: fame domiti sammites qui luceriae in presidio erant: legatos mi-
sere ad consulē romanum: ut receptis equitibus qui causa belli esset: ab-
sisteret obsidione. His papirius ita respondit: Debuisse eos pontiū heren-
nii filium quo auctore romanos subiugum misissent consulere: quid
uictis patiendum censeret: Ceterum qm̄ ab hostibus in se aequa statui: q̄
in se ipsi facere maluerunt: nuntiare luceriam iussit: arma: sarcinas: iu-
menta: multitudinem omnem imbellem intra menia relinquerent:
militem se cum singulis uestimentis subiugum missurum ulciscentem
illatam non nouam inferentem ignominiā. Nihil recusatū: Septem
milia militum subiugum missa. praedaq. ingens luceriae capta: Recep-
tis omnibus signis armisq. quae ad caudium amissa erant: Et quod oīa
superabat gaudia: equitibus recuperatis quos pignora pacis custodien-
dos luceriam sammites dederant: Haud ferme alia mutatione subita
rerum clarior uictoria populi r. est: siquidem etiā quod quibusdā in
annalibus inuenio: pontius herennii filius sammitium imperator: ut
expiaret consulum ignominiam subiugum cum ceteris est missus. Ce-
terū id minus miror obscurum esse de hostium duce dedito missoq: id
magis mirabile est: ambigi. I. ne cornelius dictator cum .I. papirio cur-
sore magistro equitū eas res ad caudium atq. inde luceriā gesserit ulctorq.

unicus romane ignominie haud sciam an iustissimo triumpho
ad eam etatem secundū furium camillum triumphauerit: an cō
sulum papiriq; praecipuum id decussit. Sequitur hunc errorē alius
error: Cursor ne papirius proximis comitiis cum .q. aulio ceretano ite
rum obrem bene gestam ad luceriam continuato magistratu consul ter
tium creatus sit: an .l. papirius mugilanus: & in cognomine erratum sit.
Conuenit iam per consules reliqua belli perfecta. Aulius cum ferentanis
uno secundo prelio debellauit: urbemq; ipsam quo se fusa contulerat
acies obsidibus imperatis in deditionem accepit. Pari fortuna consulū
alter cum satricanis: qui ciues romani post caudina cladem ad samni
tes defecerant, presidiumq; in urbem acceperant: rem gessit. Nam cu
ad menia satrici admotus esset exercitus legatisq; missis ad pacem cum
precibus petendā: triste responsum a consule redditū esset: nisi presidio
samnitium interfecto aut tradito, ne ad se remearent: plus ea uoce, q̄
armis illatis terroris colonis iniectum. Itaq; subinde exceuntur queren
do a consule legati: quonā pacto paucos & infirmos crederet presidio ta
ualido & armato uim allaturos. Ab iisdem consiliū petere iussi: quib;
auctoribus praesidium in urbē accepissent discedunt: Egreq; impetra
to: ut de ea re consuli senatū responsaq; ad se referri sineret: ad suos
redeunt. Duae factiones senatum distinebant. Vna cum principes erāt
defectionis a populo .r. altera fidelium ciuium. Certatum ab utrisq;
tamen est: ut ad reconciliandam pacem consuli opera nauaretur.
Pars altera cum presidium samnitium: quia nihil satis praeparati erāt
ad obsidionem tolerandam: excursurum proxima nocte esset: enun
tiare consuli satis habuit, qua noctis hora quamq; per portam & quā
in uiam egressurus hostis foret. Altera quibus multis descitum ad sam
nites erat: eadem nocte portam etiam consuli aperuerunt, armatosq;
clam nocte in urbem acceperunt. Ita duplici proditione & praesidiū
samnitium insessis circa uiam siluestribus locis nec opinatum oppres
sum est: Et ab urbe plena hostium clamor sublatus: momentoq; uni
us horae caesis samnis: satricanus captus, & omnia in potestate consu
lis erant. Qui quaestione habita, quorum opera defectio esset facta: q̄s
sontes comperit, uirgis caesos securi percussit: praesidioq; ualido impo
sito arma satricanis ademit. Inde ad triumphum decessisse romam pa
pirium cursorem scribunt: qui eo duce luceriam receptam samnitesq;
sub iugum missos auctores sunt. Et fuit uir haud dubie dignus omni

.De .l. papirio cursore:

bellica laude: non animi solum uigore: sed etiam corporis uiribus ex
cellens: præcipua pedum pernicitas inerat: quæ cognomen etiã dedit:
uictoremq; cursu omnium ætatis siue fuisse ferunt. Et seu uirium ui
seu exercitatione multa cibi uiniq; eundem capacissimũ. Nec cũ ullo
asperiorem, quia ipse inuicti ad laborem corporis esset, fuisse militiã,
pediti pariter equitiq;. Equites etiã aliquando ausos abeo petere: ut
sibi pro re bene gesta laxaret aliquid laboris: Quibus ille: Ne nihil
remissum dicatis: remitto inquit, ne utiq; dorsum demulceatis, cum
ex equis descendetis. Et uis erat in eo uiro imperii ingens pariter in so
cios ciuesq;. Prenestinus prætor per timorem segnius ex subsidiis suos
duxerat in primã aciem: quem cum inambulans ante tabernaculũ
uocari iussit: lictorem expedire securẽ iussit. Ad quam uocem exani
mi stante prenestino: Age dum lictor excide radicem hanc inquit
incommodam ambulantibus: perfusum ultimi supplicii metu multa
dicta dimisit. Haud dubie illa ætate, qua nulla uirtutum feracior fu
it: nemo unus erat uir, quo magis innixa res romana staret. Quin eũ
parem destinant animis magno alexandro ducem: si arma asia perdo
mita in europam uertisset. Nihil minus quæsitum a principio huius
operis uideri potest: q̃ ut plus iusto ab rerum ordine declinarem: uarie
tatibusq; distinguendo opere & legentibus uelut diuerticula amena &
requiem animo quærerem: tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus
sæpe tacitis cogitationibus uolutauit animum, eas uocat in medium: ut
quærere libeat: quinam euentus romanis rebus, si cum alexandro foret
bellatum futurus fuerit. Plurimum in bello posse uidentur militum
copia & uirtus: ingenia imperatorum: fortuna per omnia humana ma
xime in res bellicas potens. Ea & singula intuenti & uniuersa sicut ab
aliis regibus gentibusq;: ita ab hoc quoq; facile iniuictum præstant roma
num imperium. Primum iam ut ordiar ab ducibus comparandis: ha
ud equidem abnuo egregium ducem fuisse alexandrum: sed clario
rem tamen eum facit quod unus fuit: quod adolescens in incremẽto
rerum non dum alteram fortunam expertus decessit: Vt alios reges
daros ducesq; omittam magna exempla casuum humanorum. Cyrũ,
quem maxime græci laudibus celebrant: quid nisi longa uita sicut
magnum modo pompeium, uertenti prebuit fortunæ? Recensea
duces romanos: nec omnes omnium ætatum: sed eos ipsos, cum q̃bus
consulibus aut dictatoribus alexandro fuit bellandum. m. ualerũ

De alexandro magno & romanis.

coruum. c. martium rutilium. c. sulpicium. t. manlium torquatū. q. pu
blium philonem. l. papirium cursorem. q. fabium maximū: duos decios:
l. uolumnium. m. curium. Deinceps ingentes secuntur uiri: si punicum
romano preuertisset bellum seniorq; in italiā traiecisset. Horum in quo
libet cum indoles eadem quæ in alexandro erat animi ingeniq: tum di
sciplina militaris iam inde ab initiis urbis tradita per manus in artis per
petuis preceptis ordinate modum ueniebat. Ita reges gesserant bella: ita
deinde exactores regum iuni ualeriq: ita deinceps fabii: quintii: cor
nelii: ita furius camillus: quem iuuenes hi, quibus cum alexandro dimi
candum erat: senem uiderant. Militaria opera pugnando obeunti ale
xandro: nam ea quoq; haud minus clarum eum faciunt: cessisset uide
licet in acie oblatus par manlius torquatus: aut ualerius coruus insigne
ante milites q̄ duces: cessissent decii deuotis corporibus in hostes ruentes:
cessisset papirius cursor illo corporis robore: illo animi: Victus esset co
silius iuuenis uinius ne singulos nominem senatus ille: quem qui ex regi
bus constare dixit: unus ueram speciem romani senatus cepit: Sed uero
erat periculum: ne solertius: q̄ quibus unus ex his quos nominaui castris
locum caperet: commeatus expediret: ab insidiis precaueret: tempus pu
gnæ delegeret: aciem instrueret: subsidiis firmaret: Non cum dario rem
esse dixisset: quem mulierum ac spadonum agmen trahentem inter pur
puram atq; aurum oneratum fortunæ suæ apparatibus: predam uertis
q̄ hostem: nihil aliud q̄ bene ausis uana contemnere iniuentis deuicit.
Longe alius italiæ: q̄ indiæ: per quam tumulento agmine comessabundus
incessit uisus illi habitus esset saltus apuliæ ac montes lucanos cerneti & uesti
gia recentia domesticæ cladis: ubi auunculus eius nuper epiri rex alexāder
absuptus erat. Et loquimur de alexandro non diu mersо secundis rebus:
quarū nemo intoleratior fuit. Qui si ex habitu nouæ fortunæ nouiq ut
ita dicam ingenii quos sibi uictor induerat spectetur: dario magis simi
lis: q̄ alexandro in italiā uenisset & exercitum macedoniæ oblitū dege
nerantemq; iam in persarum mores adduxisset. Referre in tanto re
ge piget superbam mutationē uestis & desideratas humi militū adula
tiones etiā uictis macedonibus graues: ne dum uictoribus: & feda suppli
cia: & inter uinum & epulas cedes amicorū & uanitate ementiendæ stur
pis. Quid si uini amor in dies fieret acrior? quid si trux ac præferunda
ira? nec quicq̄ dubium inter scriptores refero. Nulla ne hæc damna im
peratoris uirtutibus ducimus? Id uero periculum erat: quod leuissimi

iacentium

ex grecis qui parthorū quoq; contra nomen romanum glorie fauēt
dictitare solent: ne maiestatē nominis alexandri, quem ne fama qdē
illis notum arbitror fuisse: sustinere nō potuerit populus.r. Et aduer-
sus quem athenis in ciuitate fracta macedonū armis cernentes tū maxi-
me prope fumantes thebarum ruinas contionari libere ausi sunt ho-
mines: id, quod ex monumentis orationū patet: aduersus eū nemo ex
tot proceribus romanis uocem liberam missurus fuerit. Quantalibet ma-
gnitudo hominis concipiatur animo: unius tū ea magnitudo hominis
erit collecta paulo plus decem annorum felicitate: quam qui eo extol-
lunt, quod populus.r. &si non nullo bello uictor: multis tamen preliis
uictus sit: Alexandro nullius pugnæ non secunda fortuna fuerit: no
intelligunt se homines res gestas & eius iuuenis cum populis iam octin-
gentesimum bellantis annum rebus conferre. Miremur si cum ex hac
parte secula plura numerentur q̄ ex illa anni: plus in tam longo spatio.
q̄ in ætate duodecim annorum fortuna uariauerit. Quin tū hominis cū
homine ac ducis cum ducis fortuna fortunā conferis? Quot romanos du-
ces nominem, quibus nunq̄ aduersa fortuna pugnæ fuit? Paginas in an-
nalibus magistratuum fastisq; percurrere licet consulum dictatorūq; q̄
nec uirtutis nec fortunæ ullo die populū.r. penituit. Et quo sint mira-
biliores q̄ alexander aut quisq̄ rex: denos uicenosq; dies quidā dictatu-
ram: nemo plus q̄ annum consulatū gessit. Ab tribunis pl. delectus impe-
diti sunt: post tempus ad bella ierunt: ante tempus comitiorū causa re-
uocati sunt: in ipso conatu rerum circūegit se annus. Collegæ aut teme-
ritas nunc prauitas impedimento aut damno fuit. Male gestis rebus
alternis successum est. Tyronem aut mala disciplina institutū exercitum
acceperunt. At hercule reges non liberi solum impedimentis omnibus:
sed domini rerum temporumq; trahunt consiliis cuncta non secunt.
l nuictus ergo alexander cum inuictis ducibus bella gessisset: & eadē for-
tunæ pignora in discrimen detulisset: Immo etiā eo plus periculi subis-
set: quod macedones unum alexandrum habuissent multis casibus nō so-
lum obnoxium: sed etiā offerentem se: Romani milites multi fuissent
alexandro uel gloria, uel rerum magnitudine pares: quorū suo quisq;
fato sine publico discrimine uiueret morereturq;. Restat, ut copie copis
comparentur: uel numero, uel militum genere, uel multitudine auxilio-
rum. Censebantur eius ætatis lustris ducena quinquaginta milia capitū.
l taq; in omni defectione sociorū latini nominis urbano prope delectu decē

19.

scribebant legiones: quaterni quiniq, exercitus sēper per eos annos
in etruria, in umbria gallis hostibus adiunctis: in samnio: in lucanis ge
rebant bellum. Latium deinde omne cum sabinis & uulscis & equis
& omni campania & parte umbriae etruriaeq. & picentibus & marsis
pelignisq, ac uestinis atq, apulis adiuncta omni ora grecorū inferi ma
ris: athuris neapolim & cumas: Et inde antio atq, ostiis tenus samnites:
aut socios ualidos romanis aut fractos bello inuenisset hostes. Ipse tra
iecisset mare cum ueteranis macedonibus non plus xxx. milibus homi
num & quatuor milibus equitum maxime thessalorū: hoc enim ro
boris erat: persas indos alias q, si adiunxisset gentes: impedimeta ma
gis: q̄ auxiliū traheret. Adde quod romanis ad manum domi supple
mentum esset. Alexandro quod postea hannibali accidit alieno in
agro bellanti exercitus consenuisset. Arma clipeus sarissaeq, illis: At ro
mano scutum maius corporis tegumentū & pilum haud paulo q̄ ha
sta uehementius ictu missiq, telum. Stataria uterq, miles ordines ser
uans: Sed illa phalanx immobilis & unius generis: Romana acies di
stinctior: expluribus partibus constans: facilis partienti quacūq, opus
esset: facilis iungenti. Iam in opere quis par romano miles? quis ad to
lerandum laborem melior? Vno prelio victus alexander: bello uict
esset: Romanum quem candium quem cannae non fregerunt: quae
fregisset acies? Ne ille sepe etiā si prima prospere euenissent persas
& indos & imbellem asiam quaesisset: & cū feminis sibi bellū fuisse dicis
set. Quod epiri regem alexandrū mortifero uulnere ictum dixisse
ferunt: sortem bellorū in asia gestorū ab hoc ipso iuuene cum sua co
ferentem. Equidē cum per annos quatuor & uigiti primo punico bel
lo certatū classibus cum penis recordor: uix aetatem alexandri suf
fecturam fuisse reor ad unum bellum. Et forsitan cum & federibus
uetustis iuncta res punica romanae esset & timor par aduersus com
munem hostem duas potentissimas armis uirisq, urbes armaret: &
simul punico romanoq, obrutus bello esset. Non quidem alexandro
duce: nec integris macedonū rebus: experti tamen romani sunt ma
cedonem hostem. Aduersus antiochum, philippum, persen non mo
do cum clade ulla: sed ne cum periculo quidem suo: absit inuidia
uerbo & ciuilia bella sileant: nunq̄ ab equite hoste: nunq̄ a pedite:
nunq̄ aperta acie: nunq̄ equis utiq, nunq̄ iniquis locis laborau
mus. Equidem sagitas: saltus impeditos: auia comeatibus loca grauis

∴ cera

armis miles timere potest. Mille acies grauiores: q̃ macedonũ atq
alexandri auertit auertetq: modo sit perpetuus huius qua uici
mus pacis amor & ciuilis cura concordiæ. M. folius flaccina unde &
.l. plautius uelox consules facti. Eo anno á frequentibus samnitium
populis de federe renouando legati cum samnitiũ humi strati mo
uissent: reiecti ad populum haud quaq̃ tam efficaces habebãt pces.
Itaq; de federe negatum. Induciæ biennii cum per aliquot dies fati
gassent singulos precibus impetrate. Et ex apulia tranenses canusi
niq; populationibus fessi obsidibus. L. plautio consuli datis in deditio
nem uenerunt. Eodem anno primũ prefecti capuã creari cepti:
legibus á .l. furio pretore datis: cum utrunq; ipsi pro remedio egris
rebus discordia intestina petissent. Et duæ romæ addite tribus: ufen
tina ac falerna. Inclinatis semel in apulia rebus: theanos quoq; apuli ad
nouos consules .c. iunium bubulcũ .q. emilium. barbulã fedus petitũ
uenerũt: pacis per omnem apuliam prestande populo .r. auctores.
Id audacter spondendo impetrauere: ut fedus daretur: neq; æquo ta
men federe: sed ut in ditione populi .r. essent. Apulia pdomita. lam
tarento quoq; ualido opido iunius potitus erat: in lucanos perrectũ
inde: repentino aduentu emilij consulis nerulum ui captũ. Et postq̃
res capuæ stabilitas romana disciplina fama per socios uulgauit: antia
tibus quoq; qui se sine legibus certis sine magistratibus agere quereba
tur dati ab senatu ad iura statuenda ipsius coloniæ patroni: Nec arma
modo: sed iura etiã romana late pollebant. C. iunius bubulcus &. q.
emilius barbula consules exitu anni non consulibus abse creatis sp.
naurio & .m. popilio: ceterũ dictatori .l. emilio legiones tradiderũt.
Is cum .l. fuluio magro equitum satriculam oppugnare adortus re
bellandi causam samnitibus dedit. Duplex inde terror illatus roma
nis: hinc samnis magno exercitu coacto ad eximendos obsidione so
cios haud procul castris romanorũ castra posuit: hinc satriculani ma
gno cũ tumultu patefactis repente portis in stationes hostiũ incurre
runt. Inde pars utraq; spe alieni magis auxilii: q̃ uiribus freta suis: iu
sto mox prelio inito romanos urgent. Et quanq̃ anceps dimicatio erat:
tamen utrinq; tutam aciem dictator habuit: qa & locum haud facile
ad circũueniendum cepit & diuersa statuit signa: Infestior tamen in
erumpentes incessit: nec magno certamine intra menia compulit.
Tum totam aciem in samnites obuertit. Ibi plus certaminis fuit. Victo-

senatum

nouis

ria sicut sera: ita nec dubia, nec uaria fuit. Fusi in castra samnites extin-
ctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: & spe abiecta satricule tuende
plistiam ipsi socios romanorum ut parem dolorem hosti redderet circūsi-
dunt. Anno circūacto bellum deinceps a dictatore: q. fabio gestum est. Cō-
sules noui sicut superiores rome manserunt. Fabius ad accipiendū abemi-
lio exercitum ad satriculam cum supplemento uenit. Neq; enim samnites
ad plistiam manserant: Sed acciti ab domo nouis militibus multitudine
freti castra eodem quo ante loco posuerunt: lacessentesq; prelio romanos
auertere ab obsidione conabantur. Eo intentius dictator in menia hostiū
uersus id bellum tanti ducere: quod urbem oppugnabat securior a sam-
nitibus agen: stationibus modo oppositis: nequa in castra uis fieret: eo fe-
rocius adequitare samnites uallo, neq; ocium facere. Et cum iam prope in
portis castrorum esset hostis: nihil consulto dictator: magister eqtū cereta
nus magno tumultu cum omnibus turmis eqtum euectus submouit hostē:
cum in minime pertinaci genere pugne sic fortuna exercuit opes: ut in
signis utrinq; clades & clara ipsorum ducum ederet funera. Prior samnitiū
imperator egre patiens quod tam ferociter adequitasset: inde se fundi fu-
gariq; orando hortandoq; equites prelium iterauit: In quem insignē inter
suos cientem pugnam magister eqtum romanus infesta cuspide ita permi
sit equum: ut uno ictu exanimē equo precipitaret. Nec ut fit ad ducis ca
sum percussa magis, q̄ irritata est multitudo omnis, qui circa erant in aulū
temere inuectum per hostium turmas tela coniecerunt. Fratri precipuum
decus ulcti samnitium imperatores dederunt. Is victorem detractū ex equo
magistrum equitum plenus meroris atq; ire trucidauit. Nec multum abfu
it quin corpore etiam quia inter hostiles ceciderat turmas samnites poti
rentur. Sed extemplo ad pedes descensum ab romanis est: coactiq; ide sam
nites facere: & repentina acies circa corpora ducum pedestre prelium unit:
quo haud dubie superat romanus: recuperatumq; auli corpus mixta cum
dolore letitia victores in castra referunt. Samnites duce amisso & per eq
stre certamen tentatis uiribus omissa satricula, quam nequicq̄ defendi re
bantur: ad plistie obsidionem redeunt. Intraq; paucos dies satricula roma
nus per deditionem, plistia per uim samnis potitur. Mutata inde belli se
des est: ad soram ex samnio apuliaq; traducte legiones. Sora ad samnites
defecerat interfectis colonis romanorum. Quo cum prior romanus exer
citus ad ulciscendam ciuium necem recuperandamq; colonia magnis trine
ribus preuenisset: sparsi per uias speculatores sequi legiones samnitium

nec iam procul abesse alii super alios nuntiarent: obuiam itum hosti atq
ad lautulas ancipiti prelio dimicatum est. Non cedes: non fuga alterius
partis: sed nox incertos uicti uictores ne essent diremit. Inuenio apud
quosdam aduersam eam pugnam romanis fuisse: atq in ea ceciduisse: q. au-
lium magistru eqtum. Suffectus in locum auli. c. fabius magr equitum
cum exercitu nouo ab roma aduenit. Et per premissos nuntios consulto
dictatore: ubi subsisteret: quo ue tempore & qua ex parte hostem aggre-
deretur: substitit occultus ad omnia satis exploratis cõsiliis. Dictator cũ
per aliquot dies post pugnam continuisset suos intra uallum obsessi magis
q̃ obsidentis modo: signum repente pugne proposuit. Et efficacius ratus
ad accendendũ uirorũ fortiũ animos nullam alibi q̃ in se met ipso cuiq̃ re-
liquam spem: de magistro eqtum nouoq exercitu militem celauit. Et tanq̃
nulla nisi in eruptione spes esset: Locis inqt angustis milites deprehensi,
nisi quam uictoria patefecerimus uiã nullam habemus. Statiua nostra mu-
nimento satis tuta sunt: sed inopia eadem infesta: Nam & circa omnia de-
fecerunt: unde subuehi commeatus poterant: & si omnes uiuere uelit: in-
qua loca sunt. Itaq. non frustrabor ego uos castra hic relinquendo: in que
infecta uictoria sicut pristino die uos recipiatis. Armis munimenta non
munimentis arma tuta esse debent. Castra habeant repetantq quibus
opere est trahere bellum: nos omnium rerum respectum preter q̃ uicto-
riae nobis abscidamus. Ferte signa in hostem: ubi extra uallum agmen ex
cesserit: castra, quibus imperatum est incendant. Damna uestra milites
omnium, qui circa defecerunt populorum praeda sarcientur. Et oratione
dictatoris, quae necessitatis ultimae index erat milites accensi uadunt in
hostem: & respectus ipse ardentium castrorum: quanq̃ proximis tantũ: id
enim iusserat dictator: ignis est subditus: haud paruum fuit irritamentum.
Itaq. uelut uecordes illati signa primo impetu hostium turbant. Et in tẽpo-
re postq̃ ardentia procul uidit castra magister eqtum: id conuenerat si-
gnum: hostium terga inuadit. Ita circũclusi samnites qua potest qsq
fugam per diuersa petunt. Ingens multitudo ciuium in unum metu cõ-
globata ac se met ipsam turba impediens in medio cesa. Castra hostiũ cap-
ta direptaq: quorum praeda onustum militem in romana castra dicta-
tor reducit: haud quaq̃ tam uictoria letum: q̃ quod preter exiguã de-
formatam incendio partem: cetera contra spem saluã inuenit. Soram
inde reditum: nouiq consules. m. petilius. c. sulpicius exercitum a di-
ctatore fabio accipiunt: magna parte ueterum militum dimissa: no-

uisq. cohortibus in supplementum adductis. Ceterū cum propter
difficilem urbis situm nec oppugnandi satis certa ratio inieretur: &
aut tempore longinqua aut precepsi periculo uictoria esset. Sora
nus transfuga clam ex opido profectus cum ad uigiles romanos pene
trasset: duci se extemplo ad consules iubet: deductusq. traditurum ur
bem se promittit. Visus inde cum quonā modo id præstaturus esset,
percontantes doceret: haud uana afferre: perpulit prope adiuncta
menibus romana castra: ut sex milibus ab opido remouerentur: fore
ut minus intente in custodiam urbis diurnæ stationes ac nocturnæ
uigiliæ essent. Ipse insequenti nocte sub opido siluestribus locis cohor
tibus insidere iussis decē milites delectos secum per arduia ac prope
inuia in arcem duxit: pluribus q̄q̄ pro numero uirorum missilibus te
lis eo collatis. Ad hæc saxa erāt & temere iacentia ut fit in asperis &
de industria etiam quo locus tutior esset ab opidanis congesta. Vbi cū
constituisset romanos semitamq. angustam & arduā erectam ex opido
in arcem ostendisset: Hoc quidem ascensu inq̄t uel tres armati quāli
bet multitudinem arcuerint. Vos & decē numero: & quod plus est: ro
mani romanorumq. fortissimi uiri estis: & locus pro uobis & nox erit:
quæ omnia ex incerto maiora territis ostentat. Ego iam terrore oīa
implebo: Vos arcem intenti tenete: Decurrit inde q̄to maxime pote
rat cum tumultu: Ad arma & pro uestra fide ciues clamitans: arx ab
hostibus capta est: defendite. Hæc incedens principum foribus: hec ob
uiis excurrentibus in publicum pauidis increpabat. Acceptum ab uno
pauorem plures per urbem ferunt. Trepidi magistratus missis ad ar
cem speculatoribus cum tela & armatos tenere arcem multiplicato
numero audirent: auertunt animos ab spe recuperandæ arcis. Fuga
cuncta complentur: porteq. ab semisomnibus ac maxima parte iner
mibus refringuntur: quarū per unam presidiū romanū clamore ex
citatum irrumpit: & concursantes per uias pauidos cædit. Iam sora
capta erat: cum consules prima luce aduenere: & quos fortuna reli
quos ex nocturna cede ac fuga fecerat in deditionem accipiunt.
Ex his. ccxxv. qui omnium consensu destinabantur: & infandæ colono
rum cædis & defectionis auctores uinctos romam deducunt: cetera
multitudinem incolumem præsidio imposito sore relinquunt. Omnes
qui romā deducti erant uirgis in foro cæsi ac securi percussi summo
gaudio plebis: cuius maxime interierat: tutā ubiq. quæ passim in co-

lonias mitteretur: multitudinem esse. Consules a sora profecti in agros
atq; urbes ausonum bellum intulerunt. Mota nanq; omnia sammitiū:
cum apud lautulas dimicatum est: fuerant: coniurationesq; circa cā-
paniam passim facte. Nec capua ipsa crimine caruit. Quin romā quoq;
& ad principum quosdam uentū est. Ceterū ausonii gens proditione
urbium sicut sora in potestate uenit. Ausona & minturne & uestina
urbes erant: ex quibus principes iuuentutis xii. numero in proditio-
nem urbium suarum coniurati ad consules ueniunt: docent: suos iā
pridem exoptantes sammitium aduentū simul ad lautulas pugnatū
audierunt, pro uictis romanos habuisse: iuuentute armis sammitē
iuuisse. Fugatis unde sammitibus incerta pace agere: nec claudētes
portas romanis: ne arcessant bellum: & obstinatos claudere: si exerci-
tus moueatur. In ea fluctuatione animorū opprimi incautos posse.
His auctoribus mota propius castra: missiq; eodem tempore circa tria
opida milites: partū armati, qui occulti propinqua menibus insidere-
loca: partim togati tectis uestē gladiis: qui sub lucem apertis portis ur-
bes ingrederentur: Ab his simul custodes trucidari cepti: simul datum
signum armatis: ut ex insidiis concurrerent. Ita porte occupate: triaq;
opida eadem hora eademq; consilio capta: Sed quia absentibus ducib;
impetus est factus: nullus modus cedibus fuit: deletaq; ausonum ges
uix certo defectionis crimine perinde ac si internecino bello certas-
set. Eodem anno prodito hostibus romano præsidio luceria sammitū
facta. Nec diu proditoribus impunita res fuit: haud procul inde exer-
citus romanus erat: cuius primo impetu urbs sita in plano capitur.
Lucerini ac sammites ad internitionem cesi. Eoq; ira processit: ut rome
quoq; cum de colonis mittendis luceriā consuleretur senatus: multi
delendam urbem censerent: preter odii quod execrabile in his cap-
tos erat: Longinquitas quoq; abhorrere ab relegandis tam procul ab
domo ciuibus inter tam infestas gentes cogebat. Vicit tamen sentētia:
ut mitterentur coloni: duo milia & qngenti missi. Eodem anno cum
omnia infida romanis essent: capuē quoq; occulte principū coniura-
tiones facte: De quibus cū ad senatum relatum esset: haud quaq; ne-
glecta res: quæstiones decrete: dictatoreq; quæstionibus exercendis
dici placuit. C. menius dictus: is marcū filiū magrm eqtū dixit. Inges
erat magistratus eius terror: Itaq; siue timor: seu cōscientiē uis: calabros
obium nouiumq; ea capita coniurationis fuerunt: priusq; nominarētur.

∴ inquirendo

apud dictatorem: mors haud dubie abipsis conscita iudicio subtraxit.
Deinde ut questioni campanæ materia decessit: uersa romam interpretando res non nominatim qui capuæ: sed in uniuersum qui usq̃ consset conuurassent ue aduersus rem.p. queri senatum iussisse. Et contiones honorum adipiscendorũ causa factas aduersus rem.p. esse: Latiorq; & re & personis questio fieri haud abnuente dictatore sine fine ullo questionis siue ius esse. Postulabantur ergo nobiles homines: appellantibusq; tribunos nemo erat auxilio: quin nomina reciperentur. Inde nobilitas: nec hi modo in quos crimen intendebatur: sed uniuersi simul negare: nobilium id crimen esse: quibus si nulla obstetur fraude pateat uia ad honorẽ: sed hominum nouorũ. Ipsos adeo dictatorem magistrũq; eqtũ reos magis: q̃ quæstores idoneos eius criminis esse: intellecturosq; ita id esse: simul magistratu abissent. Tum enim uero menius iam famæ magis q̃ imperii memor progressus in contionẽ ita uerba fecit. Et omnes ante acte uite uos conscios habeo quir: & hic ipse bonos delatus ad me testis est innocentiæ meæ. Neq; enim quod sepe alias quia ita tempora postulabãt rei.p.q bello clarissimus esset: sed qui maxime procul ab his contionibus uitã egisset: dictator deligendus exercendis questionibus fuit. Sed qm̃ qdẽ nobiles homines qua de causa uos existimare: q̃ me pro magistratu qcq̃ incopertum dicere melius est: primũ ipsas expugnare questiones omni ope annisi sunt: dein postq̃ ad id parũ potentes erant: ne causam dicerent, in præsidia aduersariorum appellationem & tribunitiũ auxiliũ patrui confugerunt. Postremo repulsi inde adeo omnia tutiora: q̃ ut innocentiam suam purgarent uisa: in nos irruerunt: & priuatis dictatorẽ poscere reum uerecundiæ non fuit: ut omnes dii hominesq; sciant: abillis etiã q̃ non possint tentari ne rationẽ uite reddant: me obuiam ire crimini & offerre me inimicis reum: dictatura me abdico. Vos quæso consules: si uobis datum ab senatu negotium fuerit: in me primũ & hunc.m. foliũ questiones exerceatis: ut appareat innocentia nostra nos non maiestate honoris tutos a criminationibus istis esse. Abdicat inde se dictatura: & post eũ statim folius magisterio eqtum: Primiq; apud consules his etiã ab senatu mãdata res est: rei facti: aduersus nobiliũ testimonia egregie absoluuntur: P. etiã philo multiplicatis summis honoribus post res tot domi belloq; gestas: ceterũ inuisus nobilitati causam dixit: absolutusq; est. Nec diutius ut fit: q̃dum recens erat questio per clara nomina reorũ uiguit. Inde labi cepit ad uiliora capita: donec contionibus factionibusq; aduersus quas

comparata erat oppressa est. Earum fama rerum magis tamen spe campa
ne defectionis in quam coniuratum erat: samnites in apuliam uersos rursus
ad caudium reuocauit: ut inde ex propinquo siqui motus occasione aperi
rent capuam romanis eriperent. Eo consules cum ualido exercitu uenerunt.
Et primo circa saltus cum utrinq; ad hostem iniqua uia esset cunctati sunt.
Deinde samnites per aperta loca breui circuitu in loca plana campanos cam
pos agmen dimittunt: ibiq; primum castra in cospectu hostibus data: dein
leuibus prelijs equitum sepius q̃ peditum utrinq; periculum factum: Ne aut
euentus eorum romanum aut more qua trahebant bellum penitebat.
Samnitium contra ducibus & carpi paruis quotidie damnis & senescere di
latione belli uires sue uidebantur. Itaq; in aciem procedunt equitibus
in cornua diuisis: quibus preceptum erat intentiores esse ad respectum ca
strorum: ne qua eo uis fieret cum ad prelium starent: aciem peditum tuta
fore. Consulum sulpicius in dextero. petilius in leuo cornu consistunt.
Dextra pars qua & samnites raris ordinibus aut ad circumeundos hostes aut
ne ipsi circumuenirentur constiterant: latius patefacta stetit. Sinistris pre
ter q̃ quod confertiores steterant repentino consilio petilii consulis addi
te uires: qui subsidiarias cohortes que integre ad longioris pugne casus
reseruabantur in primam aciem extemplo emisit: uniuersisq; hostem primo
impetu uiribus impulit. Commota pedestri acie samnitium eques in pu
gnam succedit. In hunc transuerso agmine inter duas acies se inferens
romanus equitatus concitat equos. Signaq; & ordines peditum atq; eqtum
confundit: donec uniuersam abea parte auertit acie. In eo cornu non pe
tilius solus: sed etiam sulpicius adhortator affuerat aduectus a suis non dum co
serentibus manus ad clamorem a sinistra parte prius exortum. Vnde haud
dubiam uictoriam cernens cum ad suum cornu tenderet cum mille ducentis
uiris dissimilem ibi fortunam inuenit: Romanos loco pulsos: uictorem ho
stem signa in percussos inferentem. Ceterum omnia repente mutauit co
sulis aduentus. Nam & conspectu ducis refectus militum est animus: & ma
ius q̃ pro numero auxilium aduenerunt fortes uiri: & partis alterius uicto
ria audita mox uisa etiam prelium restituit. Tota deinde iam uincere acie
romanus: & omisso certamine cedi capiq; samnis: nisi qui maleuentum cui
nunc urbi beneuentum nomen est perfugerunt. Ad xxx. milia cesa aut
capta samnitium proditum memoriae est. Consules egregia uictoria parta
protinus inde ad boianum oppugnandum legiones ducunt. Ibi hiber
na egerunt: donec a nouis cosulibus. L. papirio cursore qntum. c. iunio bubulco

aduentum

uterum nominatus dictator .c. petilius cū .m. folio magistro eqtū exer-
citum accepit. Is cum audisset arcem fregellanā a samnitibus captam
omisso bouiano ad fregellas pergit: Vnde nocturna samnitiū fuga sine
certamine receptis fregellis presidio impositio in campaniā reditū: maxi-
me ad nolā armis repetendū. Eo se intra menia sub dictatoris & samnitiū
omnis multitudo & nolani agrestes contulerant. Dictator urbis situ cir-
cūspecto, quo apertior aditus ad menia esset: omnia ædificia & freque-
ter ibi habitatur circūuecta muris incendit. Nec ita multo post siue
a petilio dictatore: siue a .c. iunio consule: nam utrunq; traditur: nola
est capta. Qui capte decus nole ad consulem trahunt. adiciunt atinā
& calatiā ab eodem captas. Petilium aūt pestilentia orta clauī figendi
causa dictatorem dictum. Suessam & pometias eodem anno colonie de-
ducte sunt. Suessa auruncorū fuerat: uulsci pontias insulā in cōspectu
litoris sui incoluerant. Linternā: casinum ut deducerēt colonia: sic fa-
ctum est. Triūuiros creauere: ac misere colonorū quatuor milia. Inse-
quentes cōsules .m. ualerio .p. decio cōsulib⁹ profligato fere samnitiū bel-
lo priusq; ea cura decederet patribus romanis: etrusci belli fama excor-
ta est. Nec erat ea tempestate gens alia, cuius secundū gallicos tumul-
tus arma terribiliora essent: cum propinquitate agri: tum multitudi-
ne hominum. Itaq; altero consulum in sāmnio reliquias belli prose-
quente: .p. decius, qui grauiter eger rome restiterat auctore senatu
.c. iunium bubulcum dictatorem dixit. Is prout rei magnitudo postu-
labat: omnes iuniores sacramento adigit: arma queq; alia res poscit
summa industria parat. Nec tantis apparatibus elatus de inferendo
bello agitat: quieturus haud dubie: nisi ultro arma etrusci inferrent.
Eadem in comparando cohibendoq; bello consilia & apud hos fuere: Neu-
tri finibus egressi. Et censura clara eo anno appii claudii & .c. plautii fu-
it: memorie tamen feliciores ad posteros nomen appii: quod uiā ap-
piam muniuit & aquam in urbem duxit: eaq; unus perfecit: quia ob
infamem atq; inuidiosam senatus lectionem uerecundia uictus colle-
ga magistratu se abdicauit. Appius iam inde antiquitus insitam per-
tinaciam familie gerendo solus censuram obtinuit. Eodem appio au-
ctore potitii gens cuius ad aram maximā herculis familiare sacer-
dotium fuerat seruos publicos ministerii delegandi causa solemnia
eius sacra docuerant: traditur dictum mirabile: & quod dimouen-
dis statu suo sacris religionem facere posset: Cum .xii. familie ea te-

pestate potitiorum esset puberes ad xxx. omnes intra annum cum stir
pe extinctos. Nec nomen tantum potitiorum interisse: sed censore etia
appium memori deum ira post aliquot annos luminaribus captii. Itaq;
consules qui eum annum secuti sunt. c. iunius bubulcus tertiu & q. emi
lius barbula iterum initio anni questi apud populum: deformatum
ordinem praua lectione senatus: qua potiores aliquot lectis preteriti
essent: negauerunt eam lectionem se: quae sine recti prauiq; discrimi
ne ad gratia ac libidinem facta esset obseruaturos. Et senatum exte
plo citauerunt: eo ordine: qui ante censores ap. claudium & c. plautium
fuerat. Et duo imperia eo anno dari cepta per populum utraq; pertine
tia ad rem militarem. Vnum ut tribuni militum seni deni in quatuor
legiones a populo crearentur: quae antea perq̃ paucis suffragio populi re
lictis locis dictatorum & consulu ferme fuerant beneficia: Tulere eã roga
tionem tribuni pl. lucã attilius. c. martius: Alterum ut duumuiros naua
les classis ornandae reficiendeq; causa idem populus iuberet. Lator hu
ius plebisciti fuit. m. decius tribunus pl. Eiusdem anni rem dictu parua
preterire: ni ad religione uisa esset pertinere. Tibicines quia prohibiti
a proximis censoribus erant in aede iouis uesci: quod traditum antiqtus
erat: egre passi tybur uno agmine abierunt: adeo ut nemo in urbe
esset qui sacrificiis precineret. Eius rei religio tenuit senatum: legatosq;
tybur miserunt: ut darent operam: ut hi homines romanis restituere
tur. Tyburtini benigne pollicti: primo accitos eos in curia hortati sut:
ut hi reuerterentur romam. Postq̃ perpelli nequibant: consilio haud
abhorrente ab ingeniis hominum eos aggrediuntur: Die festo alii
alios per speciem celebrandarum cantu, causa inuitant: & uino cuius epulay
auidum ferme genus est oneratos sopiunt: atq; ita in plaustra somno
uictos conicuunt: ac romam deportant. Nec prius sensere: q̃ plaustris
in foro relictis plenos crapule eos lux oppressit. Tunc concursus populi
factus: imperatoq; ut manerent: datum ut triduum quot annis orna
ti cum cantu atq; hac quae nunc solemnis est licentia per urbem ua
garentur: Restituiumq; in aede uescendi ius his qui sacris praecineret.
Haec inter duorum ingentium bellorum curam gerebantur: Consules
inter se prouincias partiti: lunio samnites: emilio nouum bellu etru
ria sorte obuenit: In samnio eluuiani presidium romanum quia ne
quiuerat ui capi: obsessum fame in deditionem acceperat samnites:
uerberibusq; fedum in modum laceratos occiderant deditos. Huic

infensus crudelitati iuniis nihil antiquius oppugnatione eluuiana
ratus quo die aggressus est menia ui cepit: atq; omnes puberes inter
fecit. Inde uictor exercitus bouianum ductus: caput hoc erat pentro-
samnitium longe ditissimum atq; opulentissimum armis uirisq;. Ibi qa
haud tantum uirum erat spe prede milites accensi opido potiuntur.
Minus itaq; seuitum in hostes est: prede plus pene: q̃ ex omni samnio unq̃
egestum: benigne omnis militi concessa. Et postq̃ prepotentē armis ro
manum nec acies subsistere ullae: nec castra nec urbes poterant omnium
principum in samnio eo curae sunt intente: ut insidiis quereretur locus:
siqua licentia populando effusus exercitus excipi ac circuuenirī posset.
Transfuge agrestes & captiui quidam: pars forte: pars consilio oblati con
gruentia ad consulem afferentes: quae & uera erant: pecoris uim ingen
tem in saltum auium compulsam esse: perpulerunt: ut predatū eo ex
pedite ducerentur legiones. Ibi ingens hostium exercitus uinera occul
tus insederat. Et postq̃ intrasse romanos uidit saltum: repente exortus
cum clamore ac tumultu incautos inuadit. Et primo noua res trepida
tionem fecit: dum arma capiunt: sarcinas congerūt in medium: Deinde
postq̃ ut quisq; liberauerat se onere aptauerat q; armis: ad signa undiq;
coibant: & notis ordinibus in uetere disciplina militiae ia sine precepto
ullius sua sponte struebantur acies. Consul ad ancipitem maxime pugna
aduectus desilit ex equo: & iouem martemq; atq; alios testatur deos: se nul
lam suam gloriam inde: sed predam militi querentem in eum locū de
uenisse: neq; in se aliud: q̃ nimiam ditandi ex hoste militis curā reprehē
di posse: Ab eo se dedecore rem nullam aliam q̃ uirtutem militū uindi
caturam: conniterentur modo uno agmine omnes inuadere hostem:
medium acie: castris exutum: nudatum urbibus: ultimam spem furto
insidiarū tentante: & loco non armis fretum. Sed quem esse iam uir
tuti romanae inexpugnabilem locum: Fregellana arx soranaq; & ubi
cunq; iniquo successum erat loco memorabantur. His accensus miles
omnium difficultatū uadit aduersus imminente hostium acie. Ibi pau
lum laboris fuit: dum in aduersum cliuum erigitur agmen. Ceteru
postq̃ prima signa planitiem summam ceperunt: sensitq; acies equo se
iam instituisse loco: uersus extemplo est terror in insidiatores: Easde
quippe latebras: quibus se paulo ante texerant: palati atq; inermes fu
ga repetebant. Sed loca difficilia hosti exquisita ipsos tū sua fraude im
pediebant: Itaq; ergo perpaucis effugium patuit. Cesa ad xx. milia ho

immemor

minum: uictorq romanus ad oblatam ab hoste praedam pecoris discur
rit. Dum haec geruntur in samnio iam omnes etruriae populi preter ar
retinos ad arma ierant ad oppugnandum sutrium: quae urbs socia roma
nis claustra etruriae erat: ingens orsi bellum. Eo alter consulum emilius
cum exercitu ad liberandos obsidione socios uenit. Aduenientibus roma
nis sutrini commeatus benigne in castra ante urbem posita aduexere.
Etrusci diem primum consultando maturarent traherent ne bellu tradu
xerunt. Postero die ubi celeriora consilia magis placuere ducibus: sole or
to signum pugnae propositum est: armatiq in aciem procedunt. Quod
postq consuli nuntiatum est: extemplo tessera dari iubet: ut prandeat
miles: firmatisq cibo uiribus arma capiat: dicto paretur. Consul ubi ar
matos paratosq uidet: signa extra uallum proferri iussit: & haud hoste ante
instruxit acie. Aliqdiu intenti utrinq steterunt: expectantes ut ab ad
uersariis clamor & pugna inciperet. Et prius sol meridie inclinauit: qte
lum hinc aut illinc emissum est. Inde ne infecta re abiretur: clamor ab
etruscis oritur: concinuntq tubae & signa inferuntur. Nec segnius a roma
nis pugna initur. Concurrunt infensis animis: numero hostis uirtute ro
manus superat. Anceps prelium multos utrinq & fortissimi quenq absu
mit. Nec prius inclinata res est: qd secunda acies romana ad prima signa in
tegri fessis successerunt. Etrusci quia nullis recentibus subsidiis fulcta pri
ma acies fuit: ante signa circaq omnes ceciderunt. Nullo unq prelio fu
ge minus nec plus caedis fuisset: ni obstinatos mori tuscos nox texisset: ita
ut uictores prius qd uidi pugnandi finem facerent. Post occasum solis signu
receptui datum est: nocte ab utroq in castra reditum. Nec deinde quicq
eo anno rei memoria digna apud sutrium gestum est: quia & ex hostiu
exercitu prima tota acies deleta uno prelio fuerat: subsidiaris modo re
lictis uix quod satis esset ad castroru presidiu. Et apud romanos tantum
uulnerum fuit: ut plures post preliu sauciu decesserit: qd ceciderit in acie.
Quintus fabius insequentis anni consul bellum ad sutrium excepit: collega
fabio. c. martius rutilius datus est. Ceterum & fabius supplementu a roma
adduxit. Et nouus exercitus domo accitus etruscis uenit. Per multi anni
iam erant cum inter patritios magistratus tribunosq nulla certamina fue
rant: cum ex ea familia quae uelut fatalis cum tribunis ac plebe erat cer
tamen oritur. Ap. claudius censor circiactis xviii mensibus quod emilia
lege finitu censuae spatium temporis erat: cum. c. plautius collega eius
magistratu se abdicasset: nulla ui compelli potuit ut abdicaret. P. sepronius

erat tribunus pl. qui finiendæ censuræ intra legitimũ tempus actio
nem suscperat non popularem magis: q̃ iustam: nec in uulgũ magis:
q̃ optimo cuiq; gratiorem. Is cum idẽtidem emiliam legem recitaret
auctoreq; mamercũ emilium dictatorem laudibus ferret: qui quin
quennalem ante censurã & longinquitate potestatem dominantẽ in
tra sex mensium & anni coegisset spatium: Dic age dum inq̃t ap. clau
di quidnã facturus fueris: si eo quo. m. furius & .m. geganius censores
fuerunt censor fuisses? Negare appius interrogationẽ tribuni magno
pere ad causam pertinere suam. Nam & si tenuerit lex emilia eos cẽ
sores: quorum in magistratu lata esset: quia post illos censores creatos
eam legem populus iussisset: quod postremũ iussisset: id uis ratiũq; esset:
non tamen aut se: aut eorum quenq̃: qui post eam legem latã creati
censores essent: teneri ea lege potuisse. Hæc sine ullius assensu cauilla
te appio: Est inq̃t quir: illius appii progenies: qui decemuir in annũ
creatus altero anno se ipse creauit: Tertio nec abse: nec ab ullo creatus
priuatus fasces & imperium obtinuit. Nec ante continuando abstitit
magistratu: q̃ obruerent eum male parta. male gesta. male retenta
imperia. Hæc est eadẽ familia quir: cuius ui atq; iniuriis compulsi
exterres patria sacrum montem cepistis: hæc aduersus quã tribuni
tium auxilium uobis comparastis: hæc propter quam duo exercitus
auentinum insedistis: hæc quæ agrarias leges semper impugnauit:
hæc connubia patrum & plebis interrupit: hæc plebi ad curules ma
gistratus iter obsepsit: hoc est nomen multo q̃ tarquiniorum infestius
nostræ libertati. Ita ne tandem appi claudi cum centesimus iã annus
sit a mamerco emilio dictatore tot censores fuerint nobilissimi for
tissimiq; uiri: nemo eorũ .xii. tabulas legit: nemo id uis esse: quod
postremo populus iussisset scit: immo uero omnes seiuerũt. Et ideo
emiliæ potius legi paruerunt: q̃ illi antiquæ: qua primũ censores
creati erant: quia hanc postremam iusserat populus. Et quia ibi duæ
contrariæ leges sunt: semper antiquæ abrogat noua. An hoc dicis ap
pi: non teneri emilia lege populum? An populum teneri. te unum
ex legem esse? Tenuit emilia lex uidentos illos censores .m. furiũ &
.m. geganium: qui quid iste magistratus in re. p. malã facere posset
iudicarunt: cum ira finire potestatis mamercũ emilium principẽ
ætatis suæ belli domiq; erarium fecerunt. Tenuit deinde omnes cẽ
sores intra centũ annorũ spatium. Tenet: c. plautiũ collegam tuum

iisdem auspiciis eodem iure creatum. An hunc non ut qui optimo
iure censor creatus esset: populus creauit? Tu unus eximius es in
quo hoc precipuum hoc singulare ualeat? quē tu regem sacrificio-
rum cres? Amplexus regni nomen ut qui optimo iure rex rome
creatus sit creatum se dicet? quem semenstri dictatura quē inter
regno quinq; dierum contentum fore putes? quem clauī figendi
aut ludorū causa dictatorē audacter cres. Q̄ ipsi stolidos ac socor-
des uideri credituis eos qui intra uigesimum diem dictatura se ab
dicauerunt? aut qui uitio creati abierunt magistratu? Quid ego an
tiqua repetam? nuper intra decē annos .c. menius dictator quia cū
quæstiones seuerius q̄ quibusdā potentibus tutū erat exerceret. con
tagio eius quod quærebat criminis quæstio obiecta ab inimicis est:
ut priuatus obuiam iret crimini dictatura se abdicauit. Nolo ego
istam inte modestiā ne degeneraueris a familia imperiosissima su
perbissima. Non die non hora citius q̄ necesse est magistratu abie
ris: modo ne excedas finitū tempus. Satis est: aut diem aut mense
censure adiicere. Triennium inq̄t & sex menses ultra q̄ licet emilia
lege censuram geram & solus geram. Hoc quidem iam regno simile
est. An collegam subrogabis? quem ne in demortui quidē locū sub
rogari fas est? Peniret enim: quod antiquissimum solemne & solum
ab ipso cui fit institutum deo a nobilissimis antistibus huius sacri ad
seruorum ministerium religiosus censor deduxisti. Gens antiquior
originibus urbis huius auspicio deorū immortaliū sancta propter
hanc tuam censuram intra annum absurpe extincta est: nisi uniuer
sam rem .p. eo nefario obstrinxeris: quod ominari etiā reformidat
animus. Vrbs eo bustō capta est quo demortuo collega .c. iulio cen
sore. l. papirius cursor ne abiret magistratu .m. corneliū malugine-
sem collegam subrogauit. Et q̄to modestior illius cupiditas fuit: q̄
tua appi nec solus nec ultra finitum lege tempus. l. papirius censu
ram tenuit: tamen neminem inuenit qui se postea auctorem seque
retur. Omnes deinceps censores post mortem collegæ se magistratu ab
dicarunt. Te nec quod dies exiit censuræ: nec quod collega magistra
tu abiit: nec lex: nec pudor cohercet. Virtutem in superbia in auda
cia in contemptu deorum hominumq; ponis. Ego te appi claudi pro
istius maiestate ac uerecundia magistratus quem gessisti: non modo
manu uiolatum: sed ne uerbo quidem inclementiori ante appellatū

∴ at ingentibus rebus gestis

uellem. Sed & hæc quæ adhuc egi peruicacia tua & superbia coegit me lo
qui. Et nisi emilie legi paueris in uincla duci iubebo. Nec cum ita co
paratum a maioribus sit: ut comitiis censoriis nisi duo cofuerint legitima
suffragia, non renuntiato altero comitia differantur: ego te qui solus cen
sor creari non possis: solum censuram gerere non patiar. Hæc taliaq. cum
dixisset: prehendi censorem & in uincula duci iussit. Approbantibus sex
tribunis actionem collegæ: tres appellanti appio auxilio fuerunt: Summaq.
inuidia omnium ordinu solus censuram gessit. Dum ea romæ geruntur:
iam sutrium abetruscis obsidebatur: consuliq. fabio imis montibus duce
ti ad ferendam opem sociis tentandasq. munitiones si qua posset acies hostiu
instructa occurrit: quorum ingentem multitudinem cum ostenderet sub
iecta late planities: consul ut loco paucitatem suorum adiuuaret: deflectit
paulum in cliuos agmen: Aspreta erant strata saxis: Inde signa in hostem
obuertit. Etrusci omnium præter q̃ multitudinis siue qua sola freti erat
immemores prelium ineunt: adeo raptim & auide: ut abiectis missilibus
quo celerius manus conferrent stringerent gladios uadentes in hostē. Ro
manus contra nunc tela nunc saxa: quibus eos affatim locus ipse armabat
ingerere: Igitur scuta galeeq. icte: cum etiā quos non uulneraueran tur
barent: neq. subire erat facile ad propiorem pugnam: neq. missilia habebat
quibus eminus rem gererent: Stantes & expositos ad ictus cum iam nihil
satis tegeret quosdam etiā pedem referentes: fluctuantemq. & instabilem
aciem redintegrato clamore strictis gladiis hastati & principes inuadunt.
Eum impetum non tulerunt etrusci: uersisq. signis fuga effusa castra repe
tunt. Sed equites romani preuecti per obliqua campi cum se fugientibus
obtulissent omisso ad castra itinere montes petunt. Inde inermi pene ag
mine ac uexato uulneribus in siluam ciminia penetrat. Tum romanus mul
tis milibus etruscorum cesis duo de quadragita signis militaribus captis ca
stris etiam hostium cum preda ingenti potitur. Tum de persequendo hoste
agitari ceptum. Silua erat ciminia magis tum inuia atq. horrenda q̃ nu
per fuere germaniæ saltus: nulli ad eam diem ne mercatorum q̃dem adi
ta. Eam intrare haud fere quisq̃ præter ducem ipsum audebat: Aliis om
nibus cladis caudinæ nondum memoria aboleuerat. Tum ex his qui aderat
consulis frater m. fabium cesonem alii c. claudium quidam matre eade
qua consulem genitum tradunt speculatum se iturum professus: breuiq.
omnia certa allaturum. Cere educatus apud hospites etruscis inde lit
teris eruditus erat: linguam etruscam probe nouerat. Habeo auctores:

uulgo tum.

uulgo tum romanos pueros sicut nunc grecis ita etruscis litteris eru
diri solitos. Sed propius est uero precipuum aliquid fuisse in eo qui se
tam audaci simulatione hostibus immiscuerit. Seruilei dicitur comes
unus fuisse nutritus una: eoq. haud ignarus lingue eiusdem. Nec qcq̃
aliud proficiscentes: q̃ summatim regionis que intranda erat naturam
ac nomina principum in populis accipere: ne qua inter colloquia insigni
nota hesitantes deprehendi possent. Iere pastorali habitu agrestibus telis,
falcibus cesisq. binis armati. Sed neq. comertium lingue: nec uestis armo
rumue habitus sic eos texit: q̃ quod abhorrebat a fide: quenq̃ externu
ciminios saltus intraturum. Vsq. ad camertes umbros penetrasse dicun
tur. Ibi qui essent fateri romanum ausum. Introductumq. in senatum
consulis uerbis egisse de societate amicitiaq. At inde comi hospitio accep
tum nuntiare romanis iussum commeatum exercitui dierum xxx. pre
sto fore: si ea loca intrasset: Iuuentutem camertium umbrorũ in armis
paratam imperio futuram. Hec cum relata consuli essent: impedimentis
prima uigilia premissis legionibusq. post impedimenta ire iussis ipse sub
stitit cum equitatu q̃ luce orta postero die obequitauit stationibus ho
stium que extra saltum disposite erant. Et cum satis diu tenuisset hostẽ:
in castra se se recepit portaq. altera egressus ante noctem agmen assequitur.
Postero die luce prima iuga ciminii montis tenuit: Inde contemplatus opule
ta etrurie arua milites emittit. Ingenti iam abacta preda tumultuarie
agrestium etruscorum cohortes repente a principibus regionis eius conci
tate romanis occurrunt adeo incomposite: ut iudices predarũ prope
ipsi prede fuerint. Cesis fugatisq. his late depopulato agro uictor roma
nus opulentusq. rerũ omnium copia in castra redit. Eo forte quinq. le
gati cum duobus tribunis pl. uenerunt denuntiatum fabio senatus ier
bus: ne saltum ciminium transiret: Letati seruis se: q̃ ut impedire bellu
possent uenisse: nuntii uictorie romam reuertuntur. Hac expeditione
consulis motum latius erat: q̃ profligatum bellum. Vastationem nanq. sub
ciminii montis radicibus iacens ora senserat: Conciueratq. indignatione
non etrurie modo populos: sed umbrie finitima. Itaq. q̃tus non unq̃ an
tea exercitus ad sutrium uenit: neq. e siluis tantummodo promota castra:
sed etiã auditate dimicandi q̃ primum in campos delata acies: deinde
instructa primo suo stare loco relicto hostium ad instruendum contra
spatio. Dein postq̃ detrectare hostem sensere pugnam: ad uallum subeũt
Vbi postq̃ stationes quoq. receptas intra munimenta sensere: clamor repete

circa duces ortus: ut eo sibi e castris cibaria eius diei deferri iuberet:
mansuros se sub armis: & aut nocte: aut certe luce prima castra hostiu
uasuros. Nihilo quietior romanus exercitus imperio ducis continet.
Decima erat fere diei hora: cum cibum capere consul milites iubet: &
precipue ut in armis sint quacunq; diei noctisue hora signum dederit.
Paucis milites alloquitur: sammitium bella extollit: eleuat etruscos: nec
hostem hosti, nec multitudinem multitudini comparandam ait esse:
preterea telum aliud occultum: scituros in tempore: interea tacere
opus esse. His ambagibus prodi simulabat hostes: quo animus militu
multitudine territus restitueretur. Et quod sine munitione consede
rant: uerisimilius erat: quod simulabatur. Curati cibo corpora quieti
dant. Et quarta fere uigilia sine tumultu excitati arma capiunt: dola
bre calonibus diuiduntur ad uallum proruendum fossasq; implendas.
Intra munimenta instruitur acies: delecte cohortes ad portaru exitus
collocantur. Dato deinde signo paulo ante lucem, quod estiuis noctib
sopite maxime quietis tempus est: proruto uallo erupit acies: Stratos
passim inuadit hostes: alios immobiles: alios semisomnos in cubilibus suis:
maximam partem ad arma trepidantes cedes oppressit: Paucis arman
di se datum spatium est. Eos ipsos non signum certum, non duce segn
tes fundit romanus fusosq; persequitur. Ad castra, ad siluas diuersi te
debant: Siluae tutius dedere refugium. Nam castra in campis sita eo
dem die capiuntur. Aurum argentumq; iussum referri ad consulem.
cetera preda militis fuit. Cesa aut capta eo die hostium milia ad lx.
Eam tam claram pugnam transciminiam siluam ad perusiam pugna
tum quidam auctores sunt: metuq; in magno ciuitatem fuisse: ne in
tercluso exercitus tam infesto saltu coortis undiq; tuscis umbrisq; op
primeretur. Sed ubicunq; pugnatum est: res romana superior fuit.
Itaq; a perusia & cortona & arretio, que ferme capita etruriae populoru
ea tempestate erant: legati pacem fedusq; ab romanis petentes induciias
in triginta annos impetrauerunt. Dum hec in etruria geruntur: con
sulum alter: c. martius rutilius allifas de sammitibus ui cepit. Multa
alia castella uiciq; aut deleta hostiliter: aut integra in potestatem ue
nere. Per idem tempus & classis romana a. p. cornelio, quem senatus
auctoritate maritimae orae praefecerat, in campaniam acta, cum ap
pulsa pompeios esset: socii inde nauales ad depopulandum nucerinu
agrum profecti, proximis statim uastatis: unde reditus & naues dul

cedine ut fit prede longius progressi excciuere hostes: palatis ꝑ agros
nemo obuius fuit: cum occidione occidi possent redeuntes agmine
uncauto haud procul nauibus assecuti agrestes excuerunt preda: par-
tem etiam occiderunt: quæ superfuit cædi trepida multitudo ad na-
ues compulsa est. Profectio .q. fabii transciminiam silnam q̃tum rome
terrorem fecerat: tam lætam famam in samnium ad hostes tulerat.
Interclusum romanum exercitum obsideri: cladisq; imagine furcu-
las caudinas memorabant. Eadem temeritate auidam ulteriorum
semper gentem in saltus inuios deductam septam non hostium ma-
gis armis: q̃ locorum iniquitatibus esse. Iam gaudium inuidia qua-
dam miscebatur: quod belli romani decus ab samnitibus fortuna ad
etruscos auertisset. Itaq; armis uirisq; ad obterendum .c. martiũ co-
sulem concurrunt: protinus inde etruriã per marsos ac sabinos peti
turi: Si martius dimicandi potestatem non faciat. Obuius his cõsul
fuit: dimicatum prelio utrinq; atroci atq; incerto eiuentu est. Et cũ
anceps cædes fuisset: aduersæ tamen rei fama in romanos uertit ob
amissos quosdam equestris ordinis tribunosq; multum atq; unum le-
gatum: Et quod insigne maxime fuit consulis ipsius uulnus. Ob hoc
etiam aucta fama ut solet ingens terror patres inuasit: dictatoreq;
dici placebat: nec quin cursor papirius diceretur: in quo tũ summa
rei bellicæ ponebatur: dubium cuiq; erat. Sed nec in samnium nun-
tium perferri omnibus infestis tuto posse: nec uiuere martiũ consu-
lem satis fidebant. Alter consulũ fabius infensus priuatim papirio erat.
Quæ ne ira obstaret bono publico: legatos ex cõsularium numero mit-
tendos ad eum senatus censuit: qui sua quoq; eum non publica solũ
auctoritate mouerent: ut memoriã simultatum patriæ remitteret.
Profecti legati ad fabium cum senatus cõsultũ tradidisset, adiecissetq;
orationem conuenientem mandatis: consul demissis in terrã oculis
tacitus ab incertis quidnã acturus esset legatis recessit. Nocte dein-
de silentio ut mos est .l. papirium dictatorem dixit. Cui cum ob
uiam egregie uicto legati gratias agerent: obstinatũ silentiũ obtinu
it: ac sine responso ac mentione facti sui legatos dimisit: ut appare-
ret, insignem dolorem ingenti animo comprimi. Papirius iunũ bu-
bulcũ magistrũ equitum dixit: Atq; ei legem curiatã de imperio fe-
renti triste omen diem diffinit: quod faucia curia fuit: quia unde fau-
cia curia principiũ duabus insignis cladibus capte urbis & caudine pa-

eis quod utroq; anno eiusdem curiæ fuerat principum. Macer licinius
tertia clade quæ ad cremeram accepta est abominandam eam curiam fecit.
Dictator postero die auspicis repetitis pertulit legem: & profectus cū legioni
bus ad terrorem traducti siluam ciminiam exercitus nuper scriptus ad longu
lam peruenit: acceptisq; a martio cōsule ueteribus militibus in aciē copias
eduxit. Nec hostes detrectare uisi pugnam. Instructos deinde armatosq;
cum ab neutris prelium inciperet nox oppressit. Quieti aliq̄diu nec suis
diffidentes uiribus, nec hostem spernentes statiua in propinquo habuere.
Interea res in etruria geste. Nam & cum umbrorū exercitu acie depugna
tum est: fusi tamen magis q̄ cesi hostes: quia ceptam acriter non tolera
runt pugnam. Et ad uadimonis lacum etrusci lege sacrata coacto exer
citu cum & uir uirum legisset q̄tis nunq̄ alias ante simul copiis simul a
nimis dimicarunt: tantoq; irarum certamine gesta res est: ut ab neutra
parte emissa tela sint: gladiis pugna cepit: & acerrime cōmissa ipso certa
mine: quod aliq̄diu anceps fuit accensa est: Vt non cum etruscis totiens
uictis: sed cum aliqua noua gente uideretur dimicatio esse. Nihil ab ulla
parte mouetur fugæ: cadunt antesignani: & ne nudentur propugnato
ribus signa: fit ex secunda prima acies. Ab ultimis deinde subsidiis cieti
milites: adeoq; ad ultimū laboris ac periculi uentum est: ut equites roma
ni omissis equis ad primos proximos ordines pedituum per arma per cor
pora euaserint. Ea uelut noua inter fessos exorta acies turbauit signa
etruscorum. Secuta deinde impetū eorum utcunq; affecta erat cetera mul
titudo tandem perrupit ordines hostium. Tunc uinci pertinacia cepta
& auerti. Manipuli quidem ut semel dedere terga etiam certiore capes
sere fugam. Ille primum diem fortuna ueteres abundantes etruscorū fre
git opes. Cæsum in acie: quod roboris fuit: Castra eo impetu capta direptaq;.
Pari subinde periculo gloriæq; euentu bellum in samnitibus erat: qui pre
ter cæteros belli apparatus ut acies sua fulgeret nouis armorū insignib
fecerunt. Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cela
uerunt. Forma erat scuti: summū latius q̄ pectus atq; humeri teguntur:
fastigio æquali: ad imum cuneatior mobilitatis causa. Spongia pectori te
gumentum & sinistrum crus ocrea tectum. Galeæ cristatæ: quæq; speciē
magnitudini corporum adderent. Tunicæ auratis militibus uersicolores:
argentatis lineæ candidæ. His dextrū cornu datum: illi in sinistro cōsistit.
Notus iam romanis apparatus insignium armorū erat: Doctiq; ab ducib
erat: horridū militem esse debere: non celatū auro & argento: sed ferro

& animis fretum: quippe illa predam uerius q̃ arma esse: nitetia ante re
deformia inter sanguinem & uulnera: uirtute esse militis decus: & omnia illa
victoriam sequi: & dite hostem q̃uis pauperis victoris premium esse: His cur
sor uocibus milites in prelium ducit: dextro ipse cornu consistit: sinistro p
fecit magistrum equitum: Simul concursum ingens fuit cum hoste cer
tamen. Non segnius inter dictatorem & magistrum equitum ab utra par
te victoria inciperet: Prior forte iunius comouit hostem leuo dextrum
cornu sacratos more samnitiu milites: eoq; candida ueste & paribus cando
re armis insignes: Eos se orco mactare iuniius dictatis cum intulissent si
gna turbauit ordines: & haud dubie impulit acie: Quod ubi sensit dicta
tor: Ab leuo ne victoria incipiet inq̃t: & dextru cornu dictatoris acies
alienam pugnam sequetur: non partem maximam uictoriae trahet: co
citat milites: nec peditum uirtuti equites aut legatorum studia ducib
cediunt: m. ualerius a dextro. p. decius ab leuo cornu ambo consulares
ad equites in cornibus positos euehuntur: adhortatiq; eos ut parte secu
capesserent decoris in transuersa latera hostium incurrunt. His nouus
additus terror cum ex utraq; parte circuuasisset aciem & ad terrorem
hostium legiones romanae redintegrato clamore tulissent gradu: tum fu
ga a samnitibus cepta: iam strage hominum armorumq; insignium cam
pi repleri: Ac primo pauidos samnites castra sua accepere: Deinde ne ea q
dem retenta: captis direptisq; ante noctem iniectus ignis. Dictator ex sena
tus consulto triumphauit: cuius triumpho longe maxima speciem capti
ua arma prebuere: Tantum magnificentiae usum in his: ut aurata scuta
dominis argentariorum ad forum ornandum diuiderentur: Inde natum
initium dicitur fori ornandi aedilibus: cum thensae ducerentur. Et ro
mani quidem ad honorem deum insignibus armis hostium usi sunt. Cam
pani ad superbia & odio samnitium gladiatores quod spectaculum inter
epulas erat eo ornatu armarunt: samnitiumq; nomine compellarunt. Eode
anno cum reliquis etruscorum ad perusiam quae & ipsa indutiarum fide ru
perat fabius consul nec dubia nec difficili victoria dimicat. Ipsum opidu
nam ad menia victor accessit: ni legati dedentes urbem exissent. Presidio
perusiae impositio legationibus etruriae amicitia petentibus pre se romam
ad senatu missis. Consul prestantiore etiam: q̃ dictator victoria triumphas
urbem est inuectus: quin etiam deuictorum samnitium decius magna ex
parte ad legatos. p. decii & m. ualerii est uersum: quos populus proximis
comitiis ingenti consensu consulem alterum alterii pretorem declarauit.

Fabio ob egregie perdomitam etruriam continuatur cõsulatus: Decius
collega datur. Valerius prætor quartum creatur. Consules partiti pro
uincias: etruria decio, samnium fabio euenit. Profectus ad nuceriã al
faterni cum pacem petentes, quod uti ea cum daretur noluissent: aspe
natus esset, oppugnando ad deditionem subegit. Cum samnitibus acie
dimicatum: haud magno certamine hostes uicti. Neq; eius pugne me
moria tradita foret: nisi marsi eo primum prelio cum romanis bellas
sent. Secuti marsorum defectionem peligni eandem fortunã habue
runt. Decio quoq; alteri consuli secunda belli fortuna erat. Tarquinie
sem metu subegerat frumentum exercitui prebere: atq; indutias in xl.
annos petere. Vulsiniensium castella aliquot ui cepit: quedã ex bis di
ruit: ne receptaculo hostibus essent: Circũferendoq; passim bellũ tan
tum terrorem sui fecit: ut nomen omne etruscum fedus a consule pe
teret. Ac de eo quidem nihil impetratum. Induitiæ annuæ date: Sti
pendium exercitui romano ab hoste in eum annum pensum: & binæ
tunicæ in militem exacte. Ea merces indutiarum fuit. Tranquillas
res iam etruscis turbauit repentina defectio umbrorũ gentis integre
a cladibus belli: nisi quod transitum exercitus ager senserat. Hi conci
tata omni iuuentute sua & magna parte etruscorũ ad rebellionẽ cõ
pulsa tantum exercitum fecerant: ut relicto post se in etruria decio
ad oppugnandam inde romam ituros magnifice de se ac contẽptum
de romano loquentes iactarent. Quod inceptum eorum ubi ad decũ
consulem perlatum est: ad urbem ex etruria magnis itineribus perre
xit. Et in agro pupiniensi ad famam intentus hostium consedit. Nec
rome spernebatur umbrorũ bellum: & ipse minæ metum fecerant
expertis gallicam cladem: q̃uis tutam urbem incolerent. Itaq; legati
ad fabium consulem missi sunt: ut siquid laxamenti a bello samnitiũ
esset: in umbriam propere exercitũ duceret. Dicto paruit consul: ma
gnisq; itineribus ad meuaniam, ubi tum copiæ umbrorũ erant perre
xit. Repens aduentus consulis, quem procul umbria in samnio bello alio
occupatum crediderant, ita exterruit umbros: ut alii recedendũ ad
urbes munitas, quidam omittendum bellum censerent. Plaga una ma
terinam ipsi appellant, non continuit modo ceteros in armis: sed cõ
festim ad certamen egit. Castra uallantem q. fabium adorti sunt: q̃s
ubi effusos ruere in munimenta consul uidit: reuocatos milites abope
re prout loci natura, tempusq; patiebatur ita instruxit: cohortatusq;

predicatione uera, qua in tuscis, qua in samnio partorum decorum exi-
guam appendicem etrusci belli conficere iubet & uocis impie penas ex-
petere: qua se urbem romanam oppugnaturos minati sunt. Hæc tan-
ta sunt alacritate militum audita: ut clamor sua sponte ortus loquē-
tem interpellauerit ducem. Ante imperium, deinde ante concentū
tubarum ac cornuum cursu effuso in hostem feruntur: non tanq̄ in
uiros aut armatos incurrunt: mirabilia dictu: Signa primo eripi cep-
ta signiferis: deinde ipsi signiferi trahi ad consulem: armatiq; milites
ex acie in aciem transferri. Et sicubi est certamen: scutis magis q̄ gla-
diis geritur res: Vmbonibus incussaq; ala sternuntur hostes: plus capi-
tur hominum: q̄ cæditur: Atq; una uox ponere arma iubentium per
totam fertur aciem. Itaq; inter ipsum certamen facta deditio est a
primis auctoribus belli. Postero insequentibusq; diebus & ceteri umbro
rum populi deduntur. Ocriculani sponsione in amicitiam accepti. Fa-
bius alienæ sortis uictor belli in suam prouinciā exercitum reduxit.
Itaq; ei ob res tam feliciter gestas sicut priore anno populus continua-
uerat consulatum: ita senatus insequente annum. quo ap. claudius
.l. uolumnius consules fuerunt. prorogauit maxime appio aduersan-
te imperium. Appiū censorem petisse consulatum, comitiaq; eius a. l.
furio tribuno pl. interpellata donec se censura abdicauit: in quibusdā
annalibus inuenio. Creatus consul cum college nouum bellum salen-
tini hostes decernerentur: romæ mansit: ut urbanis artibus opes au-
geret: quando belli decus penes alios esset. Volumnium prouinciæ ha-
ud penituit. Multa secunda prelia fecit: aliquot urbes hostium ui
cepit: prædæ erat largitor: & benignitatem per se gratā comitate ad
iuuabat: militemq; his artibus fecerat & periculi & laboris auidū. Fabi
us proconsul ad urbem allifas cum samnitium exercitu signis collatis
confligit. Minime ambigua res fuit. Fusi hostes atq; in castra cōpul
si: nec castra fuissent retenta: nisi exiguum superfuisset diei. Ante no
ctem tamen sunt circumsessa & nocte custodita: ne quis elabi posset. Poste
ro die uix dū luce certa deditio fieri cepta: & pacti, qui samnitium fo-
rent: ut cum singulis uestimentis emitterentur: hi omnes sub iugum
missi: Socius samnitium nihil cautum ad quatuor milia sub corona ue-
niere. qui se ciuem hernicum dixerat: seorsum in custodia habitus.
Eos omnes fabius romam ad senatum misit. Et cum quæsitum esset de
lectu, an uoluntarii pro samnitibus aduersus romanos bellasset: per la-

tinos populos custodiendi dantur: lussiq eam integram rem noui consules
.p. cornelius aruina martius remulus: hi enim iam creati erant: ad senatu
referre. Id egre passi hernici: concilium populorū omnium habentibus ana
gninis in circo quē maritimum uocant: preter aletrinatem ferentinateq
& uerulanum omnes hernici nominis populo.r. bellū indixerūt. In sam
nio quoq quia decesserat inde fabius noui motus exorti. Calatia & sora
presidiaq. que in his romana erant expugnata & in captiuorū corpora mi
litum fede seuitum. Itaq eo.p. cornelius cum exercitu missus. Martio no
ui hostes: Iam enim anagninis hernicisq aliis bellum iussum erat: decerni
tur: Primo ita omnia oportuna loca hostes inter consulum castra interce
perunt: ut peruadere expeditus nuntius non posset. Et per aliquot dies
incerti rerum omnium suspensiq de statu alterius uterq consul ageret: ro
mamq is metus manaret: adeo ut omnes iuniores sacramento adigerentur:
Atq ad subita rerum duo iusti scriberentur exercitus. Ceterum hernicum
bellum nequaq pro presenti terrore ac pro uetustate gentis gloriae fuit: ni
hil usq dictu dignum ausi: trinis castris intra paucos dies exuti triginta
dierum induciis ita ut ad senatum romam legatos mitterent pacti sunt:
bimenstri stipendio frumentoq & singulis in militem tunicis. Ab senatu ad
martium reiecti: cui senatus cōsulto permissum de hernicis erat: usq ea gen
tem in deditionem accepit. Et in samnio alter consul superior uiribus: lo
cis impeditior erat: omnia itinera obsepserant hostes saltusq peruios cepe
rant: ne qui subuehi commeatus possent. Neq eos cum quotidie signa in
aciem consul proferret: elicere ad certamen poterat: satisq apparebat: neq
samnitem certamen presens: neq romanum dilationem belli laturū. Ad
uentus martii qui hernicis subactis maturauit college uenire auxilio mo
ram certaminis hosti exemit. Nam ut qui ne alteri quidem exercitui se
ad certamen credidissent pares coniungi utiq passi duos consulares exer
citus: nihil crederent superesse spei: aduenientem incomposito agmine mar
tium aggrediuntur. Raptim collate sarcinae in medium: & prout tempus
patiebatur instructa acies. Clamor primum in statiua perlatus: deinde con
spectus procul puluis tumultum apud alterum consulem in castris fecit: Isq
confestim arma capere iussis raptimq eductis in aciem militibus transuer
sam hostium aciem atq alio certamine occupatam inuadit: clamitans si
mum flagitium fore: si alterum exercitum utriusq victoriae compotem
sinerent fieri: nec ad se sui belli uendicarent decus. Qua impetum dederat
perrumpit: aciemq per mediam in castra hostium tendit & uacua defen

soribus capit atq; incendit. Quae ubi flagrantia martianus miles cospexit & hostes respexere: tum passim fuga cepta samnitium fieri: sed omnia obtinet cedes: nec in ullam partem tutum perfugium est. Iam xxx. milibus hostium caesis signum receptui consules dederant: colligebantq; in unum copias inuicem inter se gratantes: cum repente uisae procul hostium noua cohortes quae in supplementum scriptae fuerant integrauere caedem. In quas nec iussu consulum nec signo accepto victores uadunt: Malo tyrocinio imbuendum samnitem clamitantes. Indulgent consules legionum ardori: ut qui probe scirent nouum militem hostium inter perculsos fuga ueteranos ne tentando quidem satis certaminum fore. Nec eos opinio fefellit. Omnes samnitium copiae ueteres noueq; montes proximos fuga capiunt. Eo & romana erigitur acies: nec quicq; satis tuti loci uictis est: & de iugis quae ceperant funduntur. Iamq; una uoce omnes pacem petebant.

Tum trium mensium frumento imperato & annuo stipendio ac singulis tunicis in militem. Ad senatum pacis oratores missi: Cornelius in samnio relictus: Martius de hernicis triumphans in urbem redit: statuaq; equestris & in foro decreta est quae ante templum castoris est posita. Hernicorum tribus populis: aletrinati: uerulano. ferentinati. quia nihil maluerunt q̃ ciuitatem. suae leges reddite: connubiumq; inter ipsos. quod aliq̃diu soli hernicorum habuerunt permissum. Anagninis quiq; arma romanis intulerat ciuitas sine suffragii latione data: concilia connubiaq; adempta: & magistratibus q̃ sacrorum curatione interdictum. Eodem anno aedes salutis a. c. iunio bubulco censore locata est: quam consul bello samnitium uouerat.

Ab eodem collegaq; eius. m. ualerio maximo uiae per agros publicè impensa facte. Et cum carthaginensibus eodem anno fedus tertio renouatum: legatisq; eorum qui ad id uenerant comiter munera missa. Dictatorem idem annus habuit. p. cornelium scipionem cum magro equitum. p. decio mure. Ab his propter quae creati erant comitia consularia habita: quia neuter consulum potuerat bello abesse: Creati consules. L. postumius. c. minucius. Hos consules piso. q. fabio & p. decio suggerit: Biennio exempto quo claudiu uolumniuq; & corneliu cum martio consules factos tradidimus.

Memoriae ne fugerit in annalibus diggerendis: an consulto binos consulatus falsos ratus transcendere incertum est. Eodem anno in campu stellatem agri campani samnitium incursiones facte. Itaq; ambo consules in samnium missi. cum diuersas regiones tifernu postumius. bouianu minucius petissent: Postumii prius ductu ad trifernu pugnatum. Alii haud

dubie samnites uictos ac uiginti milia hominum capta tradunt: alii
marte equo discessum. Et postumium metum simulante nocturno
itinere clam in montes copias abduxisse: hostes secutos: duo milia in-
de locis munitis ipsos consedisse. Consul ut statiua tuta copiosaq;
ita erant: petisse uideretur: postq; munimentis castra firmauit:
omni apparatu rerum utilium instruxit: relicto firmo presidio
inde uigilia tertia, qua duci proxime potest: expeditas legiones ad
collegam ipsum aduersus alios sedentem ducit. Ibi auctore postu-
mio minucius cum hostibus signa confert. Et cum anceps prelium in
multum diei processisset: tum postumius integris legionibus defessa
iam hostium aciem improuiso inuadit. Itaq; cum lassitudo ac uulne-
ra fugam quoq; prepedissent: occidione occisi hostes. Signa unu &
uiginti capta: Atq; inde ad castra postumii perrectu. Ibi duo uictores
exercitus perculsum iam fama hostem adorti fundunt fugantq. Si-
gna militaria sex & uiginti capta: & imperator samnitiu Statius cellius
multiq; alii mortales: & castra utraq; capta. Et bouianu ubi postero
die ceptum oppugnari est: breui capitur: magnaq; gloria rerum gesta
rum consules triumpharunt. Minuciu consulem cum uulnere gra-
ui relatum in castra mortuum quidam auctores sunt: & .m. fuluiu
in locum eius cosulem suffectum: & ab eo cu ad exercitu minucii mis-
sus esset: bouianum faptum. Eo anno sora, censennia recepta ab sam
nitibus. Herculis magnum simulachru in capitolio positu dedicatuq;
.p. sulpicio auerrione. .p. sempronio sopho cosulibus. Samnites seu fine
seu dilationem belli querentes legatos de pace roma misere: quibus
supplciter agentibus responsum est: Nisi sepe bellum parantes pace
petisset samnites oratione ultro citroq; citroq; habita de pace trasi-
gi potuisse. Nunc quando uerba uana ad id locoru fuerit: rebus
standum esse. .p. semproniu consulem cu exercitu breui in samnio
fore. Eum ad bellum pacem ue inclinarent animi falli non posse:
comperta omnia senatui relaturum. Decedentem ex samnio consu
lem legati sequerentur. Eo anno cum pacatu samniu exercitus ro
manus benigne prebito commeatu peragrasset: fedus antiquu sam
nitibus redditum. Ad equos unde ueteres hostes: ceterum per mul-
tos annos sub specie infide pacis quietos uersa arma romana: quod
incolumi hernico nomine missitauerat simul cu his samniti auxi-
lia: & post hernicos subactos uniuersa prope gens sine dissimulatoe

∴ arpinum

consilii publici ad hostes desciuerat. Et postq̃ icto romae cum samni-
tibus federe: feciales uenerant res petitum: tentationem esse aiebant:
ut terrore incusso belli romanos se fieri paterentur. Quod q̃topere
optandum est foret: hernicos docuisse: cum quibus licuerit suas le-
ges romanae ciuitati preoptauerint: quibus legendi quod mallet
copia non fuerit pro pena necessaria ciuitatem fore. Ob haec uulgo
in consiliis iactata: populus. r. bellum fieri equis iussit. Consulesq;
ambo ad nouum profecti bellum: quatuor mil. a castris hostiu con-
sederunt. Equorũ exercitus ut qui suo nomine per multos annos im-
belles egissent: tumultuario similis sine ducibus certis: sine imperio tre-
pidare. Alii exeundum in aciem: alii castra tuenda censent. Mouet
plerosq; uastatio futura agrorum: ac deinceps cũ leuibus praesidiis reli-
ctarum urbium excidia. Itaq; postq̃ inter multas sententias: una que
omissa cura communium ad respectu suarum quenq; rerũ uertisset: au-
dita: ut prima uigilia diuersi e castris ad deportanda omnia tuendasq;
menibus in urbes abirent: cuncti eam sententiam ingenti assensu ac-
cepere. Palatis hostibus per agros prima luce romani signis prolatis in
acie consistunt. Et ubi nemo obuius ibat: pleno gradu ad castra ho-
stium tendunt. Ceterum postq̃ ibi neq; stationes proportis nec quenq̃
in uallo: nec fremitum consuetum castrorũ animaduerterũt: insolito
silentio moti metu insidiarũ subsistunt. Transgressi deinde uallum cũ
deserta omnia inuenissent: pergunt hostem uestigiis sequi. sed uesti-
gia in omnes aeque ferentia partes: ut in dilapsis passim primo erro-
rem faciebant. Post exploratores compertis hostium consiliis: ad sin- per
gulas urbes circũferendo bellũ unũ & triginta opida intra dies qnq̃-
ginta omnia oppugnando ceperunt: quorũ pleraq; diruta atq; incẽ-
sa: nomenq; equorum prope ad internitionem deletũ. De equis triũ-
phatum. Exemploq; eoy clades fuit: ut marrucini: marsi: peligni: fe-
rentani mitterent romam oratores pacis petendae amicitieq;. Hispo
pulis fedus petentibus datum. Eodem anno. cn. flauius. cn. filius seri- 46.
ba pro patre libertino humili fortuna ortus: ceterum callidus uir
& facundus edilis fuit. Inuenio in quibusdam annalibus: cum appare-
ret edilibus fieriq; se pro tribu edilem uideret: neq; accipi nomen:
quia scriptũ faceret: tabulam posuisse & iurasse se scriptum nõ facti-
rum: quem aliq̃to ante dedisse scriptũ facere arguit macer lici-
nius: tribunatu ante gesto triũuiratibusq; nocturno altero altero

colonie deducendae. Ceterum id quod haud discrepat contumacia aduersus contemnentes humilitatem suam nobiles certauit. Ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit: fastosq. circa forum in albo proposuit: ut quando agi lege posset scireturr. Edem concordie in area uulcani summa inuidia nobilium dedicauit. Coactusq. consensu populi cornelius barbatus pontifex maximus uerba preire: cum more maiorum negaret nisi consulem, aut imperatorem posse templum dedicare: Itaq. ea senatus auctoritate latum ad populum est: ne quis templum aram ue iniussu senatus aut tribunorum pl. partis maioris dedicaret. Haud memorabilem rem per se nisi documentum sit aduersus superbiam nobilium plebeie libertatis referam. Ad collegam eorum uisendi causa flauius cum uenisset consessuq. nobilium adolescentium qui ibi assidebant assurrectum ei non esset: curulem afferri sellam eo iussit: ac sede honoris sui anxios inuidia inimicos spectauit. Ceterum flauium duxerat edilem forensis factio ap. cl. cecine uires nacta: qui senatum primum libertinorum filiis lectis inquinauerat. Et postea, q. eam lectionem nemo ratam habuit: nec in curia adeptus erat quas petierit opes urbanas: humilibus per omnes tribus diuisis forum & campum corrupit: tantumq. flauii comitia indignitatis habuerunt: ut pleriq. nobilium anulos aureos & phaleras deponerent. Ex eo tempore in duas partes discessit ciuitas: aliud integer populus fautor & cultor bonorum: aliud forensis factio tenebat. Donec .q. fabius & .p. decius censores facti. Et fabius simul concordie causa simul ne humillimorum in manu comitia essent: omnem forensem turbam excretam in quattuor tribus conicit: urbanasq. eas appellauit. Adeoq. eam rem acceptam gratis animis ferunt: ut maxim cognomen quod tot uictoriis non pepererat hac ordinum temperatione pareret. Ab eodem institutum dicitur: ut equites idibus quintilibus transueherentur.

EXPLICIT LIBER NONVS.

INCIPIT LIBER DECIMVS.

LVCIO GENVTIO SERVIO CORNELIO CŌsulibus ab externis primo bellis ocium fuit: ad soram atq. albam colonie deducte: albam in equos sex milia colonorum scripta. Sora agri uolsci fuerat: sed possederant eam samnites: eo quatuor milia hominum missa.

E odem anno arpinatibus trebulanisq; ciuitas data. Frusinates tertia parte agri
damnati: quod hernicos ab eis solicitatos compertū: Capitaq; coniurationis
eius questione a consulibus ex senatus cōsulto habita uirgis cesi ac securi per-
cussi. Ne tamen prorsus imbellem agerent annum: parua expeditio in um-
bria facta est: quod nuntiabatur e spelunca quadā excursiones armatorū
in agros fieri. In eam speluncam penetratum cum signis est: & ex eo loco
obscuro multa uulnera accepta: maximeq; lapidum ictu: donec altero spe-
cu eius ore: nam peruius erat: inuento utreq; fauces lignis congestis acce-
sse. Ita intus fumo ac uapore ad duo milia armatorum ruentia nouissi-
me in ipsas flammas dum euadere tendunt absumpta. M. liuio detrice
.c. emilio cōsulib⁹ redintegratum equicum bellum. Colonia egre patien-
tes uelut arcem suis finibus impositam summa ui expugnare adorti ab
ipsis colonis pelluntur. Cæterum tantū romæ terrorem fecere: ut uix cre-
dibile erat tam affectis rebus solos per equos ad bellum coortos: ut tu
multus eius causa dictator diceretur. c. iunius bubulcus. Is cum. m. ticinio
magistro eqtum profectus primo congressu equos subegit: ac die octauo
triumphans in urbem cum redisset: edem salutis quam consul uouerat: cē-
sor locauerat dictator dedicauit. Eodem anno classis grecorū cleonimo
duce lacedemonio ad italiæ litora appulsa thurias urbem in salentinis ce-
pit. Aduersus hunc hostem consul emilius missus prelio uno fugatum com-
pulit in naues. Turie redditæ ueteri cultori salentinoq; agro pax parta. Iu-
nium bubulcum dictatorem missum in salentinos in quibusdam annalib⁹
inuenio: & cleonimum priusq; confligendum esset cū romanis italia ex-
cessisse. Circūuectus inde brundusii promontorium medioq; sinu adria-
tico uentis latus cum leua importuosa italiæ litora dextraq; illiri libur-
niq; & histri gentes fere & magna ex parte latrocinis maritimis infames
terrerent penitus ad litora uenetorum peruenit. Ibi expositis paucisq;
loca explorarent cum audisset tenue pretentum litus esse: quod trāsgressis
stagna ab tergo sint irrigua estibus maritimis agros haud procul cam-
pestres cernit. Vlteriora collis uideri esse ostium fluminis prealti: quo
circūagi naues in stationem tutam uidisse. Meduacus amnis erat: eo inue-
ctam classem subire flumine aduerso iussit. Grauissimas nauium nō per-
tulit alueus fluminis: in leuiora nauigia transgressa multitudo armato
rum: ad frequentes agros tribus maritimis, uicis colentibus eam orā per-
uenit. Ibi egressi præsidio leui nauibus relicto uicos expugnant: inflam-
mant tecta: hominum pecudum prædas agunt: & dulcedine predandi

parauinorum

longiuscule a nauibus procedunt. Hæc ubi pataui sunt nuntiata sæpe
per aut eos in armis accolæ galli habebant: in duas partes iuuentutem di-
uidunt: alteram in regione qua effusa populatio nuntiabatur: alteram
ne cui predonum obuiam fieret altero itinere ad stationem nauium mi
lia aut xiiii. abopido aberat ducta. In naues prius custodibus intercptis
impetus factus territiq. nauta coguntur naues in alteram ripa amnis
traiicere. Et in terra prosperum in palatos prædatores prelium fuerat.
Refugientibusq. ad stationem græcis ueneti obsistunt. Ita in medio cir
cumuenti hostes cæsiq.: pars capti classem indicant regemq. cleonimu
tria milia abesse inde. Captiuis proximo uico in custodiam datis pars
fluuiatiles naues ad superanda uada stagnorum apte planis alueis fa
bricatas: pars captiua nauigia armatis complent. Profecti ad classem
immobiles naues & loca ignota plus q̃ hostem timentes circuuadunt:
fugientesq. in altum ac nusq̃ repugnantes usq. ad ostium amnis persecu
ti captis quibusdam incensisq. nauibus hostium quas trepidatio in uada
intulerat: uictores reuertuntur. Cleonimus rex quinta parte nauiu
incolumi nulla regione maris adriatici prospere adita discessit. Rostra
nauium spoliaq. latronum in æde iunonis ueteri fixa multi supersunt
qui uiderunt: pataui monumentum nauali pugnæ eo die: quo pu
gnatum est: quotannis solemni certamine nauium in flumine opi
di medio exercetur. Eodem anno cum uestinis romæ petentibus
amicitiam ictum est fedus. Multiplex deinde exortus terror. Etru
riam rebellare ab arretinorũ seditionibus motu orto nuntiabatur.
Vbi ciuium licinium genus prepotens diuitiarum inuidia pelli ar
mis ceptum: simul marsorũ agrum ui tueri: in quem colonia car
seoli deducta erat quatuor milibus hominum scriptis. Itaq. propter
eos tumultus dictator dictus m. ualerius. Is dixit magistrũ equitũ
maximũ emilium paulum: Id magis credo: q̃ quod fabium ea æta
te atq. eis honoribus ualerio subiectum. Ceterũ ex maximi cogna
tione ortum errorem haud abnuerim. Profectus dictator cum exer
citu uno prelio marsos fundit. Compulsis deinde in urbes munitas
miliona. plistiam fresilia intra dies paucos cepit: & parte agri multa
tis marsis fedus restituit. Tum in etruscos uersum bellũ. Et cũ dicta
tor auspiciorum repetendorũ causa profectus romam esset: magister
equitum pabulatum egressus ex insidiis circuuenitur: signisq. aliquot
amissis feda militum cæde ac fuga in castra est cõpulsus. Qui terror

at laconũ

at cognomine

non eo tantum a fabio abhorret: quod siqua alia parte cognomensu-
um .equauit: tum maxime bellicis laudibus: sed etiam quod memor
papirianæ seuitiæ nunq̃ ut dictatoris iniussu dimicaret adduci potuis-
set. Nuntiata ea clades romam maiorẽ: q̃ res erat terrorem exciuit.
Nam ut exercitu deleto ita iustitium indictum: custodiæ in portis: uigi-
liæ uicatim exacte: arma: tela in muros congesta. Omnibus iuniori-
bus sacramento adactis dictator ad exercitum missus omnia spe tran-
quillora & composita magistri eqtum cura castra in tutiorẽ locũ reda-
cta: cohortes quæ signa amiserant extra uallum sine tentoriis desti-
tutas inuenit. Exercitum auidum pugnæ: quo maturius ignominia
aboleretur: Itaq; confestim castra inde in agrũ rusellanum promouit:
eo & hostes secuti quanq̃ ex bene gesta re summã & in aperto certami-
ne uiriũ spem habebant: tamen insidiis quoq; quas feliciter experti erãt
hostem tentant. Tecta semiruta: uici per uastationẽ agrorũ deusti haud
procul castris romanorũ aberant. Ibi abditis armatis pecus in cospectu
presidii romani cui preerat cn. fuluius legatus propulsum. Ad quã ille
cebram cum moueretur nemo ab romana statione pastorũ unus pro-
gressus sub ipsas munitiones inclamat: alios cunctantes a ruinis uici pe-
cus propellentes: quid cessarent cum per media castra romana tuto age-
re possent? Hæc cum legato cerites quidã interpretarentur: & per omꝭ
manipulos militum indignatio ingens esset: nec tamen iniussu mouere
se auderent: iubet peritos linguæ attendere animũ: pastorũ sermo agre-
sti an urbano propior esset. Cum referret sonum linguæ & corporũ ha-
bitum & nutorem cultiora q̃ pastoralia esse. Ite igitur dicite inqt dete-
gant nequicq̃ conditas insidias: omnia scire romanum: non magis iam
dolo capi q̃ armis uinci posse. Hæc ubi audita sunt: & ad eos qui conse-
derant in insidiis perlata: consurrectũ repente ex latebris est: & in pa-
tentem ad conspectũ undiq; campũ prolata signa. Visa legato maiorãtes
q̃ quæ a presidio suo sustineri posset. Itaq; propere ad dictatorẽ auxilia
accitum mittit. Interea ipse impetus sustinet. Nuntio allato dictator
signa ferri ac sequi iubet armatos. Sed celeriora properã imperio erãt.
Rapta extemplo signa armaq; & uix ab impetu & cursu tenebantur: cũ
ira ab accepta nuper clade stimulabat: tum concitatior accidens clamor
ab increscente certamine. Vrgent itaq; alii alios hortantur q; signiferos:
ut ocius eant. Quo magis festinantes uidet dictator: eo impensius retẽ-
tat agmen ac sensim incedere iubet. Etrusci contra principio exciti

pugnæ omnibus copiis aderant. Et super alios alii nuntiant dictatori om-
nes legiones etruscorum capessisse pugnam: nec iam absuis resisti posse. Et
ipse cernit ex superiore loco in q̃to discrimine presidium esset. Ceterum
satis fretus esse etiã nunc tolerando certamini legatum: nec se procul abes-
se periculi uindicem: q̃ maxime uult fatigari hostem: ut integris adoria-
tur uiribus fessos. Quanq̃ lente procedunt iam tamen ad impetũ capiũ
dum equiti utiq; modicum erat spatium. Prima ĩcedebant signa legionũ:
ne quid occultũ aut repentinum hostis timeret: Sed reliquerat interual-
la inter ordines peditum, qua satis lato spatio equi permitti posset. Pari-
ter substulit clamorem acies & emissis eques libero cursu in hostem inue-
hitur: incompositisq; aduersus equestrem procellam subitum pauorẽ obfũ-
dit. Itaq; ut prope serum auxilium iam pene circũuentis: ita uniuersa re-
quies data est. Integri accepere pugnam: nec ea ipsa longa, aut anceps fu-
it. Fusi hostes castra repetunt: inferentibusq; iam signa romanis cedunt:
& in ultimam castrorũ partem conglobantur. Herent fugientes in angu-
stiis portarum: pars magna aggerem uallumq; conscendit: Si aut ex su-
periori loco tueri se: aut superare aliqua & euadere posset. Forte quoda
loco male densatus agger pondere superstantiũ in fossam procubuit. Ad
quæ cum deos pandere uiam fugæ conclamassent: plures inermes: q̃ arma
ti euadunt. Hoc prelio fracte iterum etruscorum uires. Et pacto annuo
stipendio & duum mensium frumento imperato permissum ab dictato-
re: ut de pace legatos mitterent romam. Pax negata: Induciæ biennii da-
te. Dictator triumphans in urbem reduit. Habeo auctores: sine ullo memo-
rabili prelio pacatam ab dictatore etruriam esse: seditionibus tantũ arre-
tinorum compositis & licinio genere cum plebe in gratiam reducto. Con-
sul ex dictatore factus m. ualerius: non petentem atq; adeo etiã absentẽ
creatum credidere quidam & per interregem ea comitia facta. Id unũ
non ambigitur: consulatum cum apuleio pansa gessisse: Valerio v. m. & q. apu-
leio consulibus satis pacate foris res fuere. Etruscum aduersa belli res &
induciæ quietum tenebant. Samnitem multorũ annorũ cladibus domi-
tum haud dum federis noui penitebat. Romæ quoq; plebem quietã & exo-
neratam deducta in colonias multitudo prestabat: Tamen ne undiq; trã-
quillæ res essent: certamen iniectum inter primores ciuitatis patritios
plebeiosq;. Ab tribunis pl. q. & cn. oguinis qui undiq; criminando pa-
trum apud plebem occasionibus quæsitis: postq̃ alia frustra tentata erat:
eam actionẽ susceperunt: qua non infimam plebem accenderet: sed ipsa

capita plebis consulares triumphalesq. plebeios: quorum honoribus nihil
preter sacerdotia quae non dum promiscua erant deessent. Rogationem
ergo promulgarunt: ut cum quatuor augures quatuor pontifices ea te-
pestate essent: placeretq. augeri sacerdotum numerū: quatuor ponti-
fices: quinq. augures de plebe omnes eligerentur. Quemadmodū ad q-
tuor augurū numerū nisi morte duorum id redigi collegium potuerit
non inuenio. Cum inter augures constet: imparem numerū debere esse:
ut tres antiquae tribus ramnenses: titienses: luceres suum quoq. augure
habeant. Aut si pluribus sit opus pariter se numero sacerdotes multi-
plicent: sicut multiplicati sunt cum ad quatuor adiecti quinq. nouem
numerū ut terni per singulas essent expleuerunt. Ceterū quia de plebe
allegebantur iuxta eam rem egre passi patres: q̄ cum cōsulatu uulgari
uiderent: simulabant ad deos id magis: q̄ ad se pertinere: Ipsos uisuros:
ne sacra sua polluantur. Id se optare tantum: ne qua in rem.p. clades ue
niat: minus attendere assueti in tali certaminū genere uinci. Et cerne
bant aduersarios non id quod olim uix sperauerint affectantes magnos
honores: Sed omnia iam in quorum spem dubia certatū erat adeptos:
multiplices consulatus censurasq. & triumphos. Certatum tamen suade
daq. lege inter ap. claudiū maxime & p. decii murem: qui cum eadem
ferme de iure patrum ac plebis quae pro lege licinia quondā cōtraq. eā
dicta erant: cum plebeis consulatus rogabatur disseruisset. Retulisse dici
tur decius parentis sui speciem qualem eum multi qui in contione erāt
uiderant: Incinctus gabino cultu super telum stantem quo se habitu
pro populo ac legionibus romanis deuouisset. Tum .p. decium consulem
purum piumq. diis immortalibus uisum æque ac si .t. manlius collega
eius deuoueretur. Eundem .p. decium qui sacra publica populi .r. face-
ret: legi rite non potuisse: Id esse periculum ne suas preces minus audi
rent dii: q̄ appii claudii: castius eum sacra priuata facere: & religiosius
deos colere: q̄ se: quem penitere uotorū quae pro re .p. nuncupauerint
tot consules plebei: tot dictatores aut ad exercitus euntes: aut inter ip
sa bella. Numerarentur duces ipsorū annorū: quibus plebeiorū ductu
& auspicio res geri cepte sunt: Numerarentur triumphi. Iam ne nobi-
litatis quidem suae plebeios penitere: Pro certo habere: si quod repens
bellum oriatur: non plus spei fore senatui populoq. .r. in patritiis: q̄ in ple
beis ducibus. Quod cum ita se habeat: cui deorum hominumue indi-
gnum uideri potest inq̄t eis uiris: quos uos sellis curulibus: toga p̄texta:

∴ & toga picta & corona tri
umphali

tunica palmata, laureaq. honoratiis: quorũ domos spoliis hostiũ af
fixis insignes inter alias fecerunt: pontificalia atq. auguralia insignia
aduocere: qui iouis optimi maximi ornatu decoratus curru aurato
per urbem uectus in capitolium ascenderit: ut conspiciatur cum ca
pide ac lituo capite uelato. cum uictimam caedet auguriumue ex
arce capiet: cuius imaginis titulo consulatus censuraq. & triũphus
equo animo legentur: si auguratum aut pontificatum adiecerit:
non sustinebunt legentium oculi. Equidem pace diuerũ deũ: Eos no
iam populi r. beneficio esse spero. qui sacerdotiis non minus reddam
dignatione nostra honoris: q̃ acceperimus: Et deorum magis: q̃ nostra
causa expectamus: ut quos priuatim colimus. publice colamus. Quid
aũt ego sic adhuc egi: tanq̃ integra sit causa patritiorũ de sacerdotiis:
& non ia in possessione unius amplissimi simus sacerdotii. Decẽ uiros sa
cris faciundis carminum sibyllae ac fatorum populi huius interpres
antistites eosdem apollinis sacri cerimoniarũq. aliarum plebeios uide
mus. Nec aut tum patritiis ulla iniuria facta est: cum duũuiris sacris
faciundis adiectus est propter plebeios numerus. Et nunc tribunus uir
fortis ac strenuus quinq. augurũ loca quatuor pontificũ adiecit: in q̃
plebei nominentur: non ut uos appi uestro loco pellat: sed ut uos ad
iuuent homines plebeii: diuinis quoq. rebus procurandis: sicut in ce
teris humanis pro parte uirili adiuuant. Noli erubescere appi colle
gam in sacerdotio habere. quem in censura. quem in consulatu colle
gam habere potuisti: cuius tam dictatoris magister eqtũ: q̃ magistri
equitũ dictator esse potest? Sabinum aduenã principem nobilitatis ue
stre sẹ̃ accitũ clausium seu ap. claudiũ mauultis illi antiqui patritii in
suum numerum accepere: ne fastidieris nos in sacerdotum numerũ
accipere. Multa nobiscũ decora afferimus: immo omnia eadẽq. que
uos super hos fecerũt. L. sestius primus de plebe cõsul est factus. C. li
cinius stolo primus magister equitum. c. martius rutilius: primus &
dictator & censor. Q. publius philo primus prætor. Semper ista audita
sunt eadem penes uos auspicia esse: Vos solos gentem habere: uos solos
imperium iustum & auspicium domi militieq.: Quin adhuc prosperũ
plebeium & patritiũ fuit: porroq. erit. En unq̃ fando audisti patritios
primum esse factos: non de celo demissos: sed qui patrem ciere pos
sent: id est nihil ultra. q̃ ingenuos. Consulem iam patrẽ ciere possum:
auumq. iam poterit filius meus. Nihil est aliud in re quir. nisi ut

omnia negata adipiscamur. Certamen tantū patritii petunt: nec curāt
quem euentum certaminum habeant. Ego hanc legem: quod bonū
faustum felixq; sit uobis ac rei.p. uti rogastis subeundam censeo. Vocare
tribus extēplo populus iubebat: apparebatq; accipi legem: ille tamen
dies intercessione est sublatus. Postero die deterritis tribunis ingenti
consensu accepta est. Pontifices creantur suasor legis.p. decius mus.p.
sempronius sophus.c. martius rutilius.m. iunius denter. Quinq; augu
res item de plebe. c. genutius.p. elius petus.m. minucius fesus.c. martius
.t. publius. Ita octo pontificum nouem augurum numerus factus est.
Eodem anno.m. ualerius consul de plebe prouocatione legem tulit dili
gentius sanctam. Tertio ea tum post reges exactos lata est semper á fa
milia eadem. Causam renouande sepius haud aliam fuisse reor: q̄ quod
plus paucorum opes: q̄ libertas plebis poterant. Portia tamen lex sola pro
tergo ciuium lata uidetur: quod graui pena siquis uerberasset necasset ue
ciuem romanū sanxit. Valeria lex cum eum qui prouocasset: uirgis ce
di securiq; necari uetuisset: siquis aduersus ea fecisset: nihil ultra q̄ imp
be factum adiecit. Id: qui tum pudor hominum erat: iusum credo uīcu
lum satis ualidum legis: nunc uix seruo sero ira minetur quisq̄. Bellum
ab eodem consule haud quaq̄ memorabile aduersus rebellantes equos cū
praeter animos feroces nihil ex antiqua fortuna haberēt gestū est. Al
ter consul apuleius in umbria nequinum opidum circūsedit. Locus erat
arduus altus: atq; in parte una preceps ubi nunc narnia sita est: nec
ui nec mōnimento capi poterat. Itaq; eam infectam rem.m. fuluius
petus & manlius torquatus noui consules acceperunt. In eum annū cū
.q. fabium consulem nō petentē omnes diceret centuriae: ipsum auctō
rem fuisse macer licinius ac tubero tradunt: differendi sibi cōsulatus in
bellicosiorem annum. Eo anno maiori se usui rei.p. fore urbano gesto
magistratu. Ita nec dissimulantem quid mallet: nec petentem tam edi
lem curulem cum.l. papirio cursore factum. Id ne pro certo ponerē:
uetustior annalium auctor piso effecit: qui eo anno ediles curules fuis
se tradit cl. domitium.cn. filiū calunnū & sp. caruilium.q. fabiū maxi
mum: id credo cognomen errorem in edilibus fecisse: Secutāq; fabula
mixtam ex edilitiis & consularibus comitiis conueniente errori. Et lu
strum eo anno conditum a.p. sulpicio & p. sempronio auerrione cen
soribus: tribusq; addite duae: anniensis ac terentina. Haec romae gesta.
Caeterum ad nequinum opidum cum segni obsidione tempus tereretur:

duo ex opidanis: quorum erant edificia iuxta muros specu facto adsta-
tiones romanas itinere occulto perueniunt. Inde ad consulem deducti pre-
sidium armatum se intra menia & muros accepturos confirmant. Nec asp-
nanda res uisa. neq. incaute credenda. Cum altero eorum: nam alter obses
retentus: duo exploratores per cuniculum missi: per quos satis comperta
re. ccc. armati transfuga duce in urbem ingressi nocte portam. que pro-
xima erat cepere: qua fracta consul exercitusq. romanus sine certamine
urbem inuasere. Ita nequinum in ditionem populi .r. uenit. Colonia eo
aduersus umbros missa a flumine narnia appellata: exercitus cum ma-
gna preda romam reductus. Eodem anno abetruscis aduersus induciis
paratum bellum: Sed eos alia molientes gallorum ingens exercitus fines
ingressus paulisper a proposito auertit: Pecunia deinde: qua multū po-
terant freti socios ex hostibus facere gallos conantur: ut eo adiuncto exer-
citu cum romanis bellarent. De societate haud abnuunt barbari: de
mercede agitur: qua pacta acceptaq. cum parata cetera ad bellum es-
sent sequiq. etruscis iuberet: inficiantur mercedem se belli romanis in-
ferendi pactos: quicqd acceperint. accepisse ne agrum etruscum uasta
rent armisq. lacesserent cultores: militaturos inde tamen se: si utiq. etru
sci uelint: Sed nulla alia mercede: q̄ ut in parte agri accipiantur: tandēq.
sede aliqua certa consistant: Multa de eo concilia populorum etruriae
habita: nec perfici quicq̄ potuit: non tam quia imminui agrum: q̄ quia
accolas sibi quisq. adiungere tam efferate gentis homines horrebat. Ita
dimissi galli pecuniam ingentem sine labore ac periculo partā retulerī.
Romae terrorem prebuit fama gallici tumultus ad bellum etruscū adiecti.
Eo minus cunctanter fedus ictum cum picenti populo est. Manlio cōsuli
prouincia etruria sorte euenit. qui uix dum ingressi hostium fines cū
exerceretur inter equites ab rapido cursu circūagendo equo effusus ex
templo prope expirauit. Tertius ab eo casu dies finis uite consuli fuit. quo
uelut omine belli accepto deos pro se commisisse bellum etrusci memora-
tes substulere animos. Romae cum desiderio uiri. tū incommoditate tem-
poris tristis nuntius fuit: ut patres ab iubendo dictatore consulis subrogā-
di comitia ex sententia principum habita deterruerint. m. ualeriū con-
sulem omnes sententiae centuriaeq. dixere: quem senatus dictatorē dici
iussurus fuerat. Tum extemplo in etruriā ad legiones proficisci iussit: ad
uentus eius compressit etruscos: adeo ut nemo extra munimenta egredi au-
deret: timorq. ipsorum obsidioni similis esset. Neq. illos nouus consul uastādis

agris urendisq; tectis cum passim non uillæ solum: sed frequentes quoq; ui-
ci incendis fumarent: elicere ad certamen potuit. Cum hoc segnius bellū
opinione esset: alterius belli quod multis inuicem cladibus haud immerito
terribile erat: fama picentium nouorum sociorum indicio exorta est: sam-
nites arma & rebellionem spectare: seq; abbis solicitatos esse. Picentibo gra-
tiæ actæ: & magna pars curæ patribus ab etruria in samnites uersa est. Cari-
tas etiam annonæ solicitam ciuitatem habuit. Ventumq; ad inopiæ ultimū
foret: ut scripsere quibus ædilem fuisse eo anno fabium maximum placet:
ni eius uiri cura qualis in bellicis rebus multis tempestatibus fuerat: talis do-
mi tum in annonæ dispensatione præparando ac conuehendo frumento
fuisset. Eo anno nec traditur causa interregnum initum. Interreges fuere
appius claudius: deinde p. sulpicius. Is comitia consularia habuit. Creauit l. cor-
nelium scipionem. cn. fulvium consules. Principio huius anni oratores lucano
rum ad nouos consules uenerant quæsitum: quia conditionibus perlicere
se nequiuerint ad societatem armorum samnites infesto exercitu ingres-
sos fines suos uastare: belloq; ad bellum cogere. Lucano populo satis superq;
erratum quondam: nunc ita obstinatos animos esse: ut omnia ferre ac
pati tolerabilius dicant: q̄ ut unq̄ postea nomen romanum uiolent. Ora-
re patres: ut & lucanos in fidem accipiant & uim atq; iniuriam abs samni-
tium arceant. Se quanq̄ bello cum samnitibus suscepto necessaria ra-
facta aduersus romanos fides sit: tamen obsides dare paratos esse. Breuis
consultatio senatus fuit. Ad unum omnes iūgendum fœdus cum lucanis
resq; repetendas ab samnitibus censent. Benigne responsum lucanis ictūq;
fœdus. Fetiales missi qui samnitem decedere agro sociorum ac deduce-
re exercitum finibus lucanis iuberent. Quibus obuiam missi a samniti-
bus qui denuntiarent: si quod adissent in samnio conciliū: haud inuio-
latos abituros. Hæc postq̄ audita sunt romæ: bellum samnitibus & præ-
censuerunt & populus iussit. Consules inter se prouincias sortiti sūt. Sci-
pionē etruria fulvio samnites obuenerunt: diuersiq; ad suum quisq; bel-
lum proficiscuntur. Scipioni segne bellum & simile prioris anni mili-
tiæ expectanti hostes ad uolaterras instructo agmine occurrerunt.
Pugnatum maiore parte diei magna utrinq; cæde. Nox incertis qua da-
ta uictoria esset interuenit. Lux insequens uictorem uictūq; ostendit.
Nam etrusci silentio noctis castra reliquerunt: Romanus egressus in aciē
ubi profectione hostium concessam uictoriam uidet: progressus ad ca-
stra uacuis cum plurima præda: nam & stativa trepide deserta fuerant.

potitur. Inde in phaliscum agrum copiis reductis cum impedimen-
ta phaleriis cum modico presidio reliquisset: expedito agmine ad po-
pulandos hostium fines incedit. Omnia ferro igniq; uastantur: prede
undiq; acte. Nec solummodo uastatum hosti relictum sed castellis et
uicis q̃ illatis ignis. Vrbibus oppugnandis temperatū: in quas timor etruscos
compulerat. Cn. fuluii consulis clara pugna in samnio ad bouianū
haud quaq̃ ambiguae victoriae fuit. Bouianū inde aggressus: nec ita
multo post fidenam ui cepit. Eodem anno carseolos colonia in agrū
equiculorum deducta. Fuluius consul de samnitibus triumphauit.
Cum comitia consularia instarent: fama exorta etruscos samnitesq;
ingentes conscribere exercitus: palam omnibus conciliis uexari prin-
cipes etruscorum: quod non gallos quacunq; conditione traxerit ad
bellum: increpare magistratus samnitium: quod exercitū aduersus
lucanum hostem comparatum obiecerint romanis. Itaq; suis sociorūq;
uiribus consurgere hostes ad bellum: & haud quaq̃ pari defungendū
esse certamine. Hic terror cum illustres uiri consulatum peteret: om-
nes in .q. fabium maximum primum non petentem: deinde ut incli-
nata studia uidit etiam recusantem conuertit. Quid se iam sene ac
perfunctum laboribus laborumq; premis solicitarent: nec corporis,
nec animi uigorem remanere eundem: & fortunā ipsam uereri ne cui
deorū nimia iam in se & constantior q̃ uelint humanae res uideatur:
& se gloriae seniorū succreuisse & ad suam gloriā consurgentes alios le-
tum aspicere. Nec honores magnos fortissimis uiris romae: nec honori-
bus deesse fortes uiros. Acuebat hac moderatione tam iusta studia q̃
uerecundia ratus legem recitari iussit: qua intra decem annos eundē
consulem refici non liceret. Vix pre strepitu audita lex est: Tribuniq;
pl. nihil id impedimenti futurū aiebant: Se ad populum lature: ut
legibus solueretur. Et ille quidem in recusando perstabat: Quid ergo
attineret leges ferri rogitans: quibus per eosdem qui tulisset fraus fie-
ret: Iam regi leges non regere: Populus nihilo minus suffragia iubat:
& ut quaeq; intro uocata erat centuria consulem haud dubie fabium
dicebat. Tum demum consensu ciuitatis uictus: Dii approbent inquit,
quod agitis acturique estis quir. Ceterū qm̃ in me quod uos uultis facitu-
ri estis in collega sit mee apud uos gratiae locus. p. decium expertum
mihi concordi collegio uirum dignum parente suo quaeso mecū con-
sulem faciatis. Iusta suffragatio uisa est: omnes quae supererat ceturie

legum constringenda

dignum nobis

·q. fabium .p. decium consules dixere. Eo anno plerisq; dies dicta ab
edilibus: quia plus q̃ quod lege finitum erat agri possiderent. Nec qsq̃
ferme est purgatus: Vinculumq; ingens immodicae cupiditatis iniectum
est. Consules noui .q. fabius maximus quartũ & .p. decius tertiũ cũ inter
se agitarent: uti alter samnites hostes alter etruscos deligeret: q̃teq; in
hanc aut illam prouinciam copiae satis: & uter ad utrum bellum dux
idoneus magis esset: Ab sutrio & nepete & phaleris legati auctores cõ
ciliis etruriae populorum de petenda pace haberi: totam belli molem
in samnium auerterunt. Profecti consules quo expeditiores commea
tus essent & incertior hostis qua bellum uenturum foret: fabius per so
ranum decius per sidicinum agrum in samnium legiones ducunt. Vbi
in hostium fines uentum est: uterq; populabundus effuso agmine ince
dit: explorant tamen latius. Igitur non fefellere ad tifernũ hostes in ∴ q̃ populantur
occulta ualle instructi quam ingressos romanos superiores ex loco ado
riri parabant. Fabius impedimentis in locum tutum remotis presidioq;
modico imposito premonitis militibus adesse certamen quadrato agmi
ne ad predictas hostium latebras succedit. Samnites desperati impro
uiso tumultu quando in apertum simul discrimen euasura esset res: &
ipsi acie iusta maluerunt concurrere. Itaq; in equum descendunt ac
fortunae se maiore animo q̃ spe committunt. Ceterũ siue quia ex om
nium samnitium populis quodcunq; roboris fuerat contraxerant: seu
quia discrimen summae rerum angebant animos: aliq̃tum quoq; aper
ta pugna prebuerunt terroris. Fabius ubi nulla ex parte hostem loco
moueri uidit: maximum filium & m. ualeriũ tribunos militum: cũ
quibus ad primam aciem procurrerat ire ad equites iubet & adhorta
ri: ut siquando unq̃ equestri ope adiutam rem. p. meminerint: illo
die annitantur: ut ordinis eius gloriam inuictam prestent: peditũ
certamine immobilem hostem restare: omnem reliquã spem in impe
tu esse equitum. Et ipsos nominatim iuuenes pari comitate: utrunq;
nunc laudibus nunc promissis onerat. Ceterum quando ne ea quoq;
tentata uis proficeret: consilio grassandum. si nihil uires iuuarẽt ra
tus scipionem legatum hastatos primae legionis subtrahere ex acie &
ad montes proximos q̃ posset occultissime circũducere iubet ∴ auersoq; ho ∴ inde ascensu addito á
sti a tergo repente se ostendere. Equites ducibus tribunis haud mul conspectu erigere agmen:
to plus hostibus: q̃ suis ex improuiso ante signa euecti prebuerunt tu
multus. Aduersus incitatas turmas stetit immota samnitium acies: nec

parte ulla pelli aut perrumpi potuit. Et postq̃ irritum inceptũ erat re
cepti post signa prelio excesserunt. Creuit ex eo hostium animus: nec su
stinere frons prima tam longum certamen increscentemq; fiducia sui ui
potuisset: ni secunda acies iussu consulis in primam successisset. Ibi integre
uires sistunt inuehentem se iam samnitem: & tempore improuisa ex mo
tibus signa clamorq; sublatus non uero tantũ metu terruere samnitium
animos. Nam & fabius decium collegam appropinquare exclamauit. Et
pro se quisq; miles adesse alterum consulem: adesse legiones gaudio alacres
fremunt: Terrorq; utilis abromanis oblatus fuge formidinisq; samnites im
pleuit: maximeq; territos ne altero exercitu integro intacto q; fessi oppri
merentur. Et quia passim in fugam dissipati sunt: minor cedes q̃ pro tan
ta fuit: Tria milia & .cccc. cesi: capti .cccc. ferme & trigita: Signa militaria
capta tria & uiginti. Samnitibus apuli se ante prelium coniunxisset: ni p.
decius consul his ad maleuentum castra obiecisset: & tractos deinde ad cer
tamen fudisset. Ibi quoq; plus fuge fuit: q̃ cedis: Duo milia apulorum cesa.
Spreto eo hoste decius in samnium legiones duxit. Ibi duo consulares exer
citus diuersis uagati partibus omnia spatio qnq; mensium uastarunt qua
dragintа & quinq; loca in samnio fuere: in quibus decii castra fuerũt: alte
rius consulis sex & octogintа. Nec uallі tantũ ac fossarũ uestigia relicta. sed
multo alius insigniora monumenta uastitatis circa regionũq; depopulant.
Fabius & ũbem cimetram cepit. Ibi capta armatorũ duo milia .cccc. Cesi pu
gnantes ferme .id. cccc xxx. Inde comitiorum causa romam profectus ma
turauit eam rem agere. Cum primo uocatum .q. fabium cõsule diceret
omnes centuriae: ap. claudius consularis candidatus uir acer & ambitio
sus non sui magis honoris causa: q̃ ut patritii recuperaret duo cõsularia
loca: cum suis tum totius nobilitatis uiribus incubuit se cum .q. fabio cõ
sulem dicerent. Fabius primo de se eadem fere quae primo anno dicen
do abnuere: Circũstare sellam omnis nobilitas: orare: ut ex ceno plebeio
consulatum extraheret: maiestatemq; pristinam cum honori, tum patritiis
gentibus redderet. Fabius silentio facto media oratione studia hominum
sedauit: Facturum enim se fuisse dixit: ut duorum patritiorũ nomina
reciperet: si alius q̃ se consulem fieri uideret. Nunc se suam ratione comi
tius cum contra leges futurum sit: pessimo exemplo non habiturũ. Ita .I.
uolumnius de plebe cum ap. claudio consul est factus: Priore item cõsula
tu inter se comparati. Nobilitas obiectare fabio: fugisse cum ap. claudii
collegam eloquentia ciuilibusq; artibus haud dubie prestantem. Comitiis per

fectus ueteres consules iussi bellum in samnio gerere prorogato in sex men-
ses imperio. Itaq. insequenti quoq. anno. L. uolumnio ap. claudio cōsulibus
·p. decius qui consul in samnio relictus a collega fuerat: proconsul idem po-
pulari non destitit agros: donec samnitium exercitum nusq̄ se prelio com-
mittentem postremo expulit finibus. Etruriam pulsi petierunt: & quod
legationibus nequicq̄ sepe tentauerant: id se tanto agmine armatorum
mixtis terrore precibus acturos efficacius rati postulauerunt principum
etruriae concilium. Quo coacto per quot annos dimicent cum romanis ex-
ponunt. Expertos esse: si suismet ipsorū uiribus tolerare tantā molem bel-
li possent: tentasse etiam haud magni momenti finitimarū gentiū auxilia:
petisse pacem a populo. r. cum bello tolerare non possent: Rebellasse: quod
pax seruientibus grauior: q̄ liberis bellum esset: Vnā sibi spem reliquā in
etruscis restare: Scire gentem italiae opulentissimam armis: uiris: pecunia
esse: habere accolas gallos inter ferrum & arma natos: feroces cū suopte
ingenio, tum aduersus romanū populū, quem captum ab se: auroq. redep-
tum haud uana iactantes memorent. Nihil abesse: si sit animus etruscis,
qui porsennae quondam maioribusq. eorū fuerit: qui romanos omni agro
eis tyberim pulsos dimicare pro salute sua non de intolerando italiae regno
cogant. Samnitem illis exercitum paratum instructum armis stipendio
uenisse: confestim secuturos: uel si ad ipsam romanam urbem oppugnan-
dam ducant. Haec cos in etruria iactantes molientesq. bellum domi roma-
num urebat. Nam. p. decius ubi comperit per exploratores profectū sam-
nitum exercitum aduocato concilio: Quid per agros inquit uagamur
uicatim circūferentes bellum? quin urbes & menia aggredimur? Nullus
iam exercitus samnio presidet: cessere finibus: ac sibimet ipsi exilium
consciuere. Approbantibus cunctis ad murgantiam ualidam urbem op-
pugnandam ducit. Tantusq. ardor militum fuit & caritate ducis & spe
maioris: q̄ ex agrestibus populationibus prede: ut uno die ui atq. armis
urbem caperent. Ibi duo milia samnitium & cētum pugnantes circumuenti
captiq. & alia preda ingens capta est: quae ne impedimentis grauibus ag-
men oneraret: conuocari decius milites iubet. Haccine inqt victoria sola
aut hac preda contenti estis futuri? Si uultis uos pro uirtute spes gerere:
omnes samnitium urbes relicte uestrae sunt: quando legiones eorū tot p
lius fusas postremo finibus expulistis. Vendite ista: & illicite lucro merca-
torem: ut sequatur agmen. Ego subinde suggeram quae uendatis. Ad ro-
muleam urbem hinc eamus: ubi uos labor haud maior predaq. potior ma-

∴ pro libertate

net. Vltro adhortantes imperatorem ad romuleam pergunt. Ibi quoq
sine opere. sine tormentis simul admota signa sunt. nulla ui deterriti
a muris. qua cuiq proximum fuit. scalis raptim admotis in menia eua
sere. Captum opidum ac direptum est. Ad duo milia & cccc. occisi. & sex
milia hominum capta. & miles ingenti preda potitus. quam uendere.
sicut priorem coactus. ferentinum inde. quanq nihil quietis dabatur.
tamen summa alacritate ductus. Ceterum ibi plus laboris ac periculi
fuit. & defensa summa ui menia sunt. & locus erat munimento naturaq
tutus. Sed euicit omnia assuetus predae miles. ad tria milia hostiu cir
ca muros cesa. preda militis fuit. Huius oppugnatarum urbiu deco
ris pars maior in quibusdam annalibus ad maximum trahitur. Mur
gantia ab decio. ferentinum romuleamq a fabio oppugnatas tradunt.
Sunt qui nouorum consulum hanc gloriam faciat. quidam non ambo
rum. sed alterius. p. uolumnii. et samnitium prouinciam euenisse. Dum
ea in samnio cuiuscunq ductu auspicioq gererentur. romanis interim
bellum ingens multis ex gentibus concitur. Cuius auctor gellius egnati
ex samnitibus erat. Tusci fere omnes conciuerant bellum. traxerat con
tagio proximos umbriae populos. & gallica auxilia mercede solicitabā
tur. Omnis ea multitudo ad castra samnitium conueniebat. Qui tumul
tus repens postq est romam perlatus. cum iam. l. uolumnius cum legio
ne secunda ac tertia sociorumq milibus xv. profectus in samniu esset.
ap. claudium primo quoq tempore in etruria ire placuit. Duae roma
nae legiones secute prima & quarta & sociorū xii. milia. Castra haud
procul ab hoste posita. Ceterum eo magis profectum est. quod mature
uentum erat. ut quosdam spectantes iam arma etruriae populos metus
romani comprimeret. q quod ductu cōsulis quicq ibi satis scite aut
fortunate gestum sit. Multa prelia locis & temporibus iniquis commis
sa. spesq in diem grauiorem hostem faciebat. Et iam prope erat. ut ni
duci milites. nec militibus dux satis fideret. litteras ad collegam acces
sendum ex samnio missas in trinis annalibus inuenio. Piget tn incer
tum ponere. cum ea ipsa inter consules populi. r. iam iterum eodem ho
nore fungentes disceptatio fuerit. Appio abnuentes missas. uolumnio
affirmante appii se litteris accitum. Iam uolumnius in samnio tria ca
stella ceperat. in quibus ad tria milia hostium cesa erant. dimidiu fe
re eius captum. Et lucanorum seditiones a plebeis & egentibus ducib
ortus summa optimatium uoluntate per. q. fabium proconsule missu

18.

∴ in hetruria

∴ nominis

eo cum uetere exercitu compresserat. Decio depopulandos hostiũ
agros relinquit: ipse cum suis copiis in etruriam ad collegam pergit.
Quem aduenientẽ lęti omnes acceperunt. Appium ex conscientia sua
credo animum habuisse haud immerito iratum: si nihil scripserat: ul
liberali & ingrato animo, si eguerat ope, dissimulantem. Vix enim salu
te mutua reddita cum obuius egressus esset: Satin salue inqt: Iuolum
nio sese in samnio res habent: Quę te causa ut prouincia tua excede
res induxit? Volumnius in samnio res prosperas esse ait: litteris eius
accitum uenisse: quę si falsę fuerint, nec usus sui sit in etruria: extem
plo conuersis signis abiturum. Tu uero abeas inqt: nec te quisq; morat.
Et enim minime consentaneum est, cum bello tuo forsitan uix sufficias:
huc te ad opem ferendam aliis gloriari uenisse. Bene hercule uerteret
dicere uolumnius: malle frustra operam insumptã: q; quicq; incidisse: cur
non satis esset etrurię unus cõsularis exercitus. Digrediente iam cõsule
legati tribuniq; ex appiano exercitu circũsistunt: pars imperatorẽ suũ
orare: ne collegę auxilium, quod accipiendum ultro fuerit sua sponte
oblatum sperneretur. Plures abeunti uolumnio obsistere: obtestari: ne
praua cum collega certamine rem. p. prodat. Si qua clades incidisset: de
serentem magis: q; desertum noxę fore. Eo rem adductam: ut omis
rei bene aut secus geste in etruria decus dedecusq; ad. I. uolumniũ
sit delegatum: Neminem quęsituru quę uerba appii: sed quę for
tuna exercitus fuerit: Dimitti ab appio eum: sed a re & ab exercitu
retineri: Experiretur modo uoluntatem militũ. Hęc monẽdo obte
standoq; prope resistentes consules in contionẽ pertraxerunt. Ibi ora
tiones longiores habite: in eandẽ ferme sententiã in quã inter pau
cos certatũ uerbis fuerat. Et cum uolumnius causa superior: ne in
facundus quidem aduersus eximiã eloquentiam collegę uisus esset:
cauillansq; appius sibi acceptũ referre diceret debere: quod ex mu
to atq; elingui facundum etiã consulem haberent. Priore consulatu
primis utiq; mensibus hiscere eum nequisse: nunc iã popularis oro
nes serere: Q; mallem inqt uolumnius tu a me strenue facere: q; ego
abs te scite loqui didicissem. Postremo conditionẽ ferre: quę decre
tura sit: non orator: neq; enim id desiderare rem. p. sed imperator
uter sit melior: Etruriã & samnium prouincias esse: utram mallet
eligeret: Suo exercitu se: uel in etruria, uel in samnio rem gesturũ.
Tum militum clamor ortus: ut simul ambo etruscũ bellum susciperẽt:

Quo animaduerso consensu uolumnius: qm in collegæ uoluntate inter-
pretanda inqt errauit: non committa: ut quid uos uelitis obscurum sit:
manere: an abire me uelitis clamore significate. Tum uero tantus est
clamor exortus: ut hostes e castris exciret. Armis arreptis in aciem desce-
dunt. Et uolumnius signa canere ac uexilla efferri castris iussit. Ap-
pium addubitasse ferunt: cernente seu pugnantem: seu quieto se fore
collegæ victoriam: deinde ueritum ne sua quoq legiones uolumnium
sequerentur: & ipsum flagitantibus suis signum dedisse. Ab neutra par-
te satis commode instructi fuerunt. Nam & samnitium dux gellius egna-
tius pabulatum cum cohortibus paucis erat: suoq impetu magis milites:
q cuiusq ducti aut imperio pugnam capessebant. Et romani exercitus
nec ambo pariter ducti: nec satis temporis ad instruendum fuit. Prius co-
currit uolumnius: q appius ad hostem peruenirent. Itaq fronte inequali
concursum est. Et uelut forte quadam mutante assuetos inter se hostes:
etrusci uolumnio: samnites parumper cunctati quia dux aberat appio
occurrere. Dicitur appius in medio pugnæ discrimine: ita ut inter pri-
ma signa manibus ad celum sublatis conspiceretur: ita precatus esse. Bello-
na si hodie nobis victoriam duis: ast ego tibi templum uoueo. Hæc pre-
catus uelut instigante dea & ipse collegæ & exercitus exercitus uirtute
æquauit. Duces imperatoria opera executur: & milites ne ab altera par-
te prius victoria incipiat annituntur. Ergo fundunt fugantq hostes
maiorem molem haud facile sustinentes: q cum qua manus conserere as-
sueti fuerant: urgendo cedentes insequendoq effusos compulere ad castra.
Ibi interuentu gellii cohortiumq sabellarum paulisper recruduit pugna.
His quoq mox fusis iam auxiliatoribus iam pugnatoribus castra oppugna-
bantur. Et cum uolumnius porte ipsi signa inferret: appius bellonæ ui-
ctricem identidem celebrans accenderat militum animos: per uallum: per
fossas irruperunt. Castra capta direptaq: preda ingens parta & militi co-
cessa est: septem milia ac. ccc. hostium occisi: duo milia & cxx. capti. Du-
ambo consules omnisq romana uis in etruscum bellum magis inclinat: In
samnio noui exercitus exorti ad populandos imperii romani fines per
uestinos in campaniam falernumq agrum transcendunt: ingentesq pre-
das faciunt: uolumnium magnis itineribus in samnium redeunte: iam
enim fabio decioq prorogati imperii finis aderat: fama de samnitium
exercitu populationibusq campani agri ad tuendos socios conuertit. Vt
in calenum agrum uenit: & ipse cernit recentia cladis uestigia: & coloni

20.

narrant: tantum iam prede hostes trahere: ut uix explicare agmen pos
sint. Itaq; iam propalā duces loqui: extemplo eundum in samnitū esse: ut
relicta ibi preda in expeditionem redeant: ne tā oneratum agmen dimi
cationibus committant. Ea quanq; similia ueris erant: certius tamen ex
ploranda ratus dimittit equites qui uagos predatores in agros palantes in
tercipiant. Ex quibus inquirendo cognoscit ad uulturnum flumen sede
re hostem. Inde tertia uigilia maturum iter in samnium esse. His satis ex
ploratis profectus tanto interuallo ab hostibus consedit: ut nec aduentus
suus propinquitate nimia nosci posset. egredientem e castris hostem oppri
meret. aliq̄to ante lucem ad castra accessit gnarosq; huiusce linguae explo
ratum quid agatur mittit. Intermixti hostibus quod facile erat in no
ctuna trepidatione cognoscunt infrequentia armatis signa egressa ad pre
dam: prede custodes exire immobile agmen & sua quenq; molientē nul
lo inter alios consensu nec satis certo imperio tempus aggrediendi aptissi
mum uisum est. Et iam lux appetebat: statimq; signa canere uisit agmenq;
hostium aggreditur. Samnites preda impediti infrequentes armati pars
addere gradum ac prese agere predam: pars stare incerti: utrum progre
di an regredi in castra tutius foret inter cunctationē opprimuntur. Et
romani iam transcenderant uallum: cedesq; ac tumultus erat in castris. Sam
nitium agmen preter q̄ hostili tumultu captiuorū etiā repentina defectio
ne turbatum erat: qui partim ipsi soluti uinctos soluebant: partim arma in
de sarcinis deligata rapiebant tumultumq; prelio ipso terribiliorem iter
mixti agmini prebebant. Memorandū facinus deinde edidere. Nam stati
tamnacum ducem adeuntem ordines hortantemq; inuadunt: dissipatis
inde equitibus qui cum eo aderant ipsum circūsistunt: insidenteq; equo
captum ad consulem romanum rapiunt. Reuocata eo tumultu prima si
gna samnitium: prelium iam profligatum integratum est: nec diutius
sustineri potuit. Cesa ad sex milia: duo milia & qngenti capti: In his tri
buni militū quatuor: Signa militaria triginta. Et quod letissimū uicto
ribus uictoribus fuit: captiuorum recepta septē milia & cccc. preda ingēs
sociorū: accitiq; edicto domini ad res suas noscendas recipiendasq; prestitu
ta die: quarum rerum non extitit dominus: militi concesse: coactiq; ue
dere predam: ne alibi q̄ in armis animū haberent. Magnum ea popu
latio campani agri tumultum rome prebuerat. Et per eos forte dies
ex etruria allatum erat: post deductum inde uolumnianū exercitum
etruriam concitatam in arma. Et gellius egnatius samnitium ducem

& umbros ad defectionem uocari: & gallos pretio ingenti solicitari.
His nuntiis senatus conterritus iustitiũ indici: delectum omnis generis ho
minum haberi iussit. Nec ingenui modo, aut uiniores sacramento ada
cti sunt: sed seniores etiã cohortes facte: libertiniq; centuriati. Et defen
dendæ urbis consilia agitabantur: summeq; rerũ prætor p. sempronius
preerat. Ceterum parte curæ exoneraverunt senatũ. L. uolumnii con
sulis litteræ: quibus cæsos fusosq; populatores campaniæ cognitum ẽ. Itaq;
& supplicationes ob rem bene gestam consulis nomine decernunt: Iustitiũ
remittitur: quod fuerat dies xviii. supplicatioq; perlata fuit. Tum de pre
sidio regionis depopulate a samnitibus agitari cepit. Itaq; placuit ut
duæ coloniæ circa uestinum & falernum agrum deducerentur. Vna ad
ostium liris fluuii quæ minturnæ appellata est: altera in saltum uestinũ
falernum contingentem agrum, ubi sinope dicitur greca urbs fuisse: Sin
uessa deinde a colonis romanis appellata. Tribunis plebis negotiũ datũ
est: ut plebiscito iuberetur p. sempronius prætor triũuiros in ea loca colo
nis deducendis creare. Nec qui nomina darent facile inueniebantur:
quia in stationem se prope perpetua infeste regionis non in agros mit
ti rebantur. Auertit abeis curis senatum etruriæ ingraueſcens bellũ & cre
bræ litteræ appii monentis ne regionis eius motum neglegerent. Quatuor
gentes conferre arma: etruscos: samnites: umbros: gallos. Iam castra bifa
riam facta esse: quia unus locus capere tantam multitudinẽ nõ possit.
Obhæc etiã appetebat tempus comitiorũ causa. L. uolumnius cõsul roma
reuocatus. Qui prius q̃ ad suffragium centurias uocaret: in contionẽ ad
uocato populo multa de magnitudine belli etrusci disseruit. Iam tum
cum ipse ibi cum collega rem pariter gesserit: tantũ fuisse bellũ: ut nec
duce uno nec exercitu geri potuerit. Accessisse his postea dici umbros
& ingentem exercitum gallorum. Aduersus quatuor populos duces cõ
sules illo die deligi meminissent. Se nisi nisi confideret: eum consensu
populi r. consulem declaratum iri, qui haud dubie tum primus omniũ
ductor habeatur: dictatorem extemplo fuisse dicturũ. Nemini dubiũ
erat: quin. q. fabius omnium consensu destinaretur: eumq; & prerogati
ue & primo uocate omnes centuriæ consulem cum. L. uolumnio dicebãt.
Fabii oratio fuit qualis biennio ante: Deinde ut uincebatur consensu:
uersa postremo ad collegam. p. decium poscendum: Id senectuti sue admi
niculum fore: censura duobusq; consulatibus simul gestis: expertũ se nihil
cõcordi collegio firmius ad rem. p. tuendam esse: nouo imperii socio utx

iam assuescere senilem animum posse: Cum moribus notis faciliuſ se com
municaturum consilia: Subscripsit orationi eius consul cum meritis.p.de
cii laudibus. Cumq ex concordia consulum in administratione rerū mi
litarium euenirent: memorando q̄ prope ad ultimū discrimen suis & col
lege certaminibus nuper uentum foret: & monendo decium fabiumq
ut uno animo una mente uiuerent. Esse preterea uiros natos militiæ: fa
ctis magnos: ad uerborum linguæq certamina rudes & consularia inge
nia esse callidos solertesq.: iuris atq eloquentiæ consultos. qualis ap. clau
dius esset: urbi ac foro presides habendos prætoresq ad reddenda iura
creandos esse. His agendis dies est consumptus. Postridie ad prescriptū
consulis & consularia & prætoria comitia habita. Consules creati .q. fabi
us & .p. decius. ap. claudius prætor. Et .l. uolumnio ex senatus consulto
& scito plebis prorogatū imperiū in annū est. Eodem anno prodigia mul
ta fuerunt: quorum auerruncandorū causa supplicationes in biduum
senatus decreuit: publice uinum ac thus prebitum. Supplicatum iere
frequentes uiri femineq. Insignem supplicationem fecit certamen in
sacello pudicitiæ patritiæ: quæ in foro boario est ad ædem rotundā
herculis inter matronas actum. Verginiā aulii filiam patritiā plebeio
nuptam .l. uolumnio consuli: matronæ quod e patribus nupsisset sacris
arcuerant. Breuis altercatio: inde ex iracundia muliebri in contentio
nem animorum exarsit: cum se uerginia & patritiam & pudicam in
patritiæ pudicitiæ templum ingressam: ut uni nuptam ad quem uir
go deducta sit: nec se uiri honorum ue eius ac rerū gestarū penitere:
uerum gloriaretur: facto deinde egregio magnifica uerba adauxit.
In uico longo ubi habitabat ex parte ædium quod satis esset loci modi
co sacello exculpsit aramq ibi posuit. Et conuocatis plebeis matronis
conquesta iniuriam patritiarum: Hanc ego aram inqt pudicitiæ plebe
iæ dedico. Vosq hortor: ut quod certamen uirtutis uiros in hac ciuita
te tenet: hoc pudicitiæ inter matronas sit: detisq operam: ut hæc ara:
q̄ illa. siquid potest sanctius & castioribus coli dicatur. Eodem ferme
ritu & hæc ara. quo illa antiquior culta est: ut nulla nisi spectate pu
dicitiæ matrona: & quæ uni uiro nupta fuisset: ius sacrificandi habe
ret. Vulgata dein religio a pollutis: nec matronis solum: sed omnis or
dinis feminis: postremo in obliuionē uenit. Eodem anno .cn.q.q. ogui
nii ædiles curiles aliquot feneratoribus diem dixerunt: quorū bonis
mulctatis. ex eo quod in publicum redactum est: ænea in capitolio limi

na. & trium mensarum argentea uasa in cella iouis: louemq; in culmine
cum quadrigis. Et ad ficum ruminalem simulachrũ infantũ conditorũ
urbis sub uberibus lupe posuerunt. Semitamq; saxo quadratã a capena por
∴ aedem ta ad martis strauerunt. Et ab aedilib; plebeis. L. emilio peto & .c. fulnio
curtio ex mulctatitia item pecunia, quã exegerunt pecuariis damnatis
ludi facti: paterq; auree ad cereris aedem posite. Quintus inde fabius qntũ
& .p. decius quartum consulatum ineunt, tribus consulatibus censuraq; colle
gae: nec gloria magis rerum, quae ingens erat: q̃ concordia inter se clari. Que
ne perpetua esset: ordinum magis q̃ ipsorum inter se certamen interuenis
se reor: Patriis tendentibus ut fabius etruriam extra ordinem prouinciã
haberet: plebeis auctoribus decio ut ad sortem reuocaret. Fuit certe con
tentio in senatu. Et postq̃ plus fabius poterat: reuocata res ad populum est.
In contione ut inter militares uiros & factis potius q̃ dictis fretos pauca uer
ba habita. Fabius quam arborem conseruisset: sub ea legere alium fructum
indignum esse dicere: Se aperuisse cuminiam siluam: uiamq; per deuios sal
tos romano bello fecisse: quid se id aetatis solicitassent: si alio duce gesturi
bellum. Nimirum aduersarium se: non socium imperii legisse. Sensim ex
probrat: & inuidisse decium concordibus collegis tribus: Postremo se ten
dere nihil ultra: q̃ ut si dignum prouincia ducerent: in eam mitterent. In
senatus arbitrio se fuisse & in potestate populi futurum. P. decius de sena
tus iniuria querebatur: quoad poterãt patres annisos ne plebeis aditus ad
magnos honores esset: postq̃ ipsa uirtus peruicerit: ne in ullo genere ho
minum inhonorata esset. queri quemadmodum irrita sint: non suffragia
modo populi: sed arbitria etiam fortunae in paucorum potestatem uer
tantur: Omnes ante se consules sortitos prouincias esse: nunc extra sortẽ
fabio senatum prouinciam dare. Si honoris eius causa: ita eum de se deqre
.p. meritum esse: ut faueat. q. fabii gloriae: quae modo non sua contumelia
splendeat. Cui aũt dubium esse: ubi unum bellum sit asperum ac diffici
le: cum id alteri extra sortem mandetur: quin alter consul pro superuaca
neo atq; inutili habeatur. Gloriari fabium rebus in etruria gestis: uelle &
.p. decium gloriari. Et forsitan quem ille obrutum ignem reliquerit: ita
ut totiens nouum ex improuiso incendium daret: eum se extinguturum.
Postremo se collegae honores premiaq; concessurum uerecundia aetatis eius
maiestatisq. Cum periculum cum dimicatio proposita sit: neq; cedere: sua
sponte cessurum. Et si nihil aliud ex eo certamine tulerit: illud certe latu
rum: ut quod populi sit populus iubeat potius q̃ patres gratificentur: louẽ

optimum maximum deosq; immortales se precari: ut ita sortem æquam sibi
cum collega dent: si eandem uirtutem felicitatemq; in bello administrãdo
daturi sint. Certe & id natura æquum exemplo utile esse & ad famã po-
puli r. pertinere: Eos consules esse quorum utrolibet duce bellum etru-
scum geri recte possit. Fabius nihil aliud precatus populum r. q̃ ut pri-
us: q̃ uetro uocarentur ad suffragium tribus: ap. claudii prætoris litteras
allatas ex etruria audirent: comitio abiit. Nec minore populi consensu
q̃ senatus prouincia etruria extra sortem fabio decreta est. Concursus in-
de ad consulem factus omnium ferme uiriorum: & prosequisq; nomina
dabant: tanta cupido erat sub eo duce stipendia faciendi. Qua circũfu-
sus turba: quatuor milia inquit peditum & sexcentos equites dumtaxat
scribere in animo est. Hodierno uel crastino die qui nomina dederitis
mecum ducam: maioris mihi curæ est: ut omnis locupletes reducã: q̃ ut
multis res geram militibus. Profectus apto exercitu & eo plus fiduciæ ac
spei gerente: quod non desiderata multitudo erat: ad opidum abarnã.
unde haud procul hostes erant ad castra appii prætoris pergit. Paucis ci-
tra milibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. Qui ut lictores pregre-
di uiderunt: fabium esse consulem accepere: leti atq; alacres diis popu-
loq. r. grates agunt: quod eum sibi imperatorem misissent. Circũfusi de-
inde cum consulem salutarent: quærit fabius quo pergerent: Respondẽ-
tibusq; lignatum se ire: quo tandem inquit: nunquid castra uallata non
habetis: Ad hoc succlamatum esse: duplici quidem uallo & fossa: tamen in
ingenti metu esse. Habetis igitur inqt affatim lignorum. Redite & uelli-
te uallum. Redeunt in castra: terroremq; ibi uellentes uallum & his qui in
castris remanserant militibus: & ipsi appio fecerunt. Tum prosequisq; alii
alius dicere: Consulis se: q. fabii facere iussu. Postero inde die castra mota:
& appius prætor romam dimissus. Inde nusq̃ statiua romanis fuere: Ne-
gabat utile esse uno loco sedere exercitum. Itineribus ac mutatione lo-
corum nobiliorem ac salubriorem esse. Fiebant aut itinera: q̃ta fieri si-
nebat hiems. Haud dum exacto uere: inde primo relicta secunda le-
gione ad clusium quod olim camars appellabant: præpositoq; castris. l.
scipione propretore romam ipse ad consulendum de bello redit: siue
ipse sua sponte: quia bellum ei in conspectu erat: q̃ q̃tum esse famæ cre-
diderat: siue senatus consulto accitus: nam in utrunq; auctores sunt: Ab
appio cl. prætore retractum quidam uideri uolunt: cum in senatu &
apud populum ad quod per litteras assidue fecerat terrorẽ belli etrusci

maius

augeret. Non suffecturum ducem unum nec exercitum unū ad
uersus quatuor populos periculosum esse: siue iuncti unum premāt:
siue diuersi gerant bellum: ne ad omnia simul obire unus nō pos-
set: duas se ibi legiones romanas reliquisse: & minus quinq; milibus
peditum equitumq; cum fabio uenisse. Sibi placere. p. decium cōsu
lem primo quoq; tempore in etruriā ad collegā proficisci. L. uolum
nio samnium prouinciam dari: si consul malit in suā prouinciā ire:
. L. uolumnium in etruriam ad consulem cum exercitu iusto consulari
proficisci. Cum magnā partem moueret oratio prætoris. p. decium cē-
sussse ferunt: ut omnia integra ac libera. q fabio seruarentur: donec
uel ipse si per commodum rei. p. posset romam uenisset: uel aliquem
ex legatis misisset: a quo disceret senatus: q̄tum in etruria belli esset:
q̄tusq; administrandum copiis & quot per duces esset. Fabius ut romā
rediit & in senatu productus ad populum est: mediam oratione ha-
buit: ut nec augere: nec minuere uideretur belli famam: magisq;
in altero assumendo duce aliorum indulgere timori: q̄ suo aut rei
. p. periculo consulere. Cæterum si sibi adiutorem belli sociumq; im-
perii darent: quonā modo se obliuisci. p. decii consulis per tot collegia
experti posse. Neminem omnium secum coniungi malle. Et copia
∴ hostium rum satis cum. p. decio & nunq̄ nimium fore. Sin collega quid aliud
malit: ut sibi. L. uolumnium adiutorem darent. Omnium rerum ar-
bitrium a populo & ab senatu & a ipso collega permissum est. Et cum
. p. decius se in samnium uel in etruriam proficisci paratum esse osten-
disset: tanta letitia ac gratulatio fuit: ut preciperetur victoria ani-
mis: triumphusq; non bellum decretum consulibus uideretur. Inuenio
apud quosdam, extemplo consulatu inito profectos in etruria fabiū
deciumq; sine ulla mentione sortis prouinciarum. certaminumq; inter
collegas: quæ exposui. Sunt quibus ne hoc quidem certamina expo-
nere satis fuerit: adiecerint & appii criminationes de fabio absente ad
populum & pertinaciam aduersus presentem consulem prætoris centu-
∴ ꝯtentionem rionemq; aliam inter collegas: tendente decio: ut sua quisq; prouin-
cia sortem tueretur. Constare res incipit ex eo tempore: quo pfecti
ambo consules ad bellum sunt. Cæteru ante q̄ consules in etruria per-
uenirent: senones galli multitudine ingenti ad clusium uenerunt:
Legionem romanā castraq; oppugnaturi. Scipio, qui castris preerat lo-
∴ ꝯ adiuuandam co ad muadendam paucitatem suorum militum ratus in colle: q inter

urbem & castra erat aciem erexit. Sed ut in re subita parum explo
rato itinere ad iugum perrexit quod hostes ceperant: parte alia ag
gressi: Ita cesa a tergo legio atq; in medio: cum hostis undiq; urgeret
circuuenta. Deletam quoq; ibi legionem ita ut nuntius non superesset
quidam auctores sunt: nec ante ad consulem qui iam haud procul a
clusio aberat: famam eius cladis perlatam: q̃ in conspectu fuere gallo
rum equites: pectoribus equorū suspensa gestantes capita & lanceis infi
xa, ouantesq; moris sui carmine. Sunt qui umbros fuisse: non gallos tra
dunt: nec tantum cladis acceptum: & circuuentis pabulatoribus cū. L.
manlio torquato legato scipionem subsidium e castris tulisse: victoresq; ∴ proprietorem
umbros redintegrato prelio victos esse: captiuosq; eis ac preda adeptā.
Similius uero est a gallo hoste: q̃ umbro eam cladem accepta: quod cū
sepe alias: tum eo anno gallici tumultus precipuus terror ciuitate te
nuit. Itaq; preter: q̃ quod ambo consules profecti ad bellū erant cum
quatuor legionibus & magno equitatu romano, campanisq; mille equi
bus delectis ad id bellum missis: e sociorū nominisq; latini maiore exer
citu: q̃ romani. Alii duo exercitus haud procul urbe etruriæ oppositi:
Vnus in falisco: alter in uaticano agro. Cn. fuluius & L. postumius megil
lus proprietores ambo statiua in eis locis habere iussi. Consules ad hostes
transgresso apennino in agrum sentinatem peruenerunt. Ibi quatuor
milium ferme interuallo castra posita. Inter hostes deinde consulta
tiones habite. Atq; ita conuenit: ne unis castris miscerentur omnes: ne
ue in aciem descenderent simul: Samnitibus galli: etruscis umbri ad
iecti. Dies indicta pugne: Samniti gallisq; delegata pugna: Inter ipsi
certamen etrusci umbriq; iussi romana castra oppugnare. Hec cōsilia
turbarunt transfugæ clusini tres clam nocte ad fabiū consule transi
gressi: qui editis hostium consiliis dimissi cum donis, ut subinde que
cunq; res noua decreta esset, explorata perferrent. Consules fuluio ut
ex phalisco; postumio ut ex uaticano exercitum ad clusium admoueāt:
summaq; ui fines hostium depopulentur scribunt. Huius populationis
fama etruscos ex agro sentinate ad suos fines tuendos mouit. Instare
inde consules: ut absentibus his pugnaretur: per biduū lacessiere pre
lio hostem. Biduo nihil dignum dictu actum: pauci utrinq; cecidere:
magisq; irritati sunt ad iustum certamen animi: q̃ ad discrimen sūma
rerum adducta: Tertio die descensum in campum omnibus copiis est.
Cum instructe acies starent: cerua fugiens lupum e montibus exacta

per campos inter duas acies decurrit. Inde diuerse fere: cerua ad gal
los: lupus ad romanos cursum deflexit: Lupo data inter ordines iua: cer-
uam galli confixere. Tum ex antesignanis romanus miles illac fuga inqt
& caedes uertit: ubi sacram diane feram tacentem uidetis. Hinc uictor inar-
tius lupus integer & intactus gentis nos martie & conditoris nostri ad
monuit. Dextro cornu galli sinistro samnites constiterunt. Aduersus
samnites. q. fabius primam ac tertiam legionem pro dextro cornu: aduer-
sus gallos pro sinistro decius qntam & sextam instruxit. Secunda & quar-
ta cum. l. uolumnio proconsule in samnio gerebat bellum. Primo cocur-
su adeo equis uirisque gesta res est: ut si affuissent etrusci & umbri aut in
acie: aut in castris quocunq se inclinassent: accipienda clades fuerit. Ce-
terum quanq communis adhuc mars belli erat: nec dum discrimen for-
tuna fecerat: haud quaq similis pugna in dextro leuoq cornu erat: Ro
mani apud fabium arcebant magis: q inferebant pugnam: extrahebatur q
in q maxime serum diei certamen: quia ita persuasum erat duci: & sam
nites & gallos primo impetu ferocis esse: quos sustineri satis sit: Longio
re certamine sensim residere samnitium animos: Gallorum quidem corpora
intolerantissima laboris atq estus fluere: primaq eorum prelia plus q in
rorum: postrema minus q feminarum esse. In id tempus igitur: quo uinci
solebat hostis q integerrimas uires militi seruabat. Ferocior decius & eta
te & uigore animi q iumeunq uirium habuit certamine primo effudit.
Et quia lentior uidebatur pedestris pugna: equitatum in pugnam concitat.
Et ipse fortissime iuuenum turmae immixtus orat proceres iuuentutis in
hostes ut secum impetum faciant: Duplicem illorum gloriam fore: si a leuo
cornu & ab equite victoria incipiat. Bis auertere gallicum eqtatu. Iterum
longius euectos & iam inter media equitum agmina prelium cientes no
uum pugnae conterruit genus: Exedris carrisq superstans armatus ho
stis ingenti sonitu equorum rotarumq aduenit: & insolitus eius tumul
tus romanorum conterruit equos. Ita uictorem equitatum uelut lympha
ticus pauor dissipat: Sternit inde ruentes equos uirosq unprouida fu
ga. Turbata etiam signa legionum: multiq impetu equorum ac uehiculorum
raptorum per agmen obtriti antesignani: Et insecuta simul territos hostes
uidit gallica acies: nullum spatium respirandi recipiendiq se dedit. Voci
ferari inde decius: quo fugerent? quamue in fuga spem haberet? Obsiste
re cedentibus ac reuocare fusos. Deinde ut nulla ui perculsos sustinere
poterat: patrem. p. decium nomine compellans: Quid ultra moror inqt fami

. Deuouet se alter decius.

luare fatum: datum hoc nostro generi est: ut luendis periculis publicis pia
cula simus. Iam ego mecum hostium legiones mactandas telluri ac diis ma
nibus dabo. Hæc locutus. m. liuium pontificem. quem descendens in aciem
digredi uetuerat abse preire iussit. uerba quibus se legionesq. hostiū pro
exercitu populi. r. quiritium deuoueret. Deuotus inde eadem precatio
ne. quo pater. p. decius ad ueserim bello latino se iusserat deuoueri. Cū
secundum solemnes precationes adiecisset pre se agere se se formidinē
ac fugam cædemq. ac cruorem celestium inferorum iras contractuū fu
nebribus diris signa. tela. arma hostium. locumq. eundē siue pestis & gal
lorum ac samnitium fore. Hæc execratus in se hostesq. qua confertissima
cernebat gallorum aciem concitat equum: inferensq. se ipse infestis telis
est interfectus. Vix humane inde opis uideri pugna potuit. Romani du
ce amisso: quæ res terrori aliis esse solet: sistere fugam. ac nouam deinde
uelle instaurare pugnam. Galli & maxime globus circūstans consulis cor
pus uelut alienata mente uana in cassum iactare tela: torpere quidā: &
nec pugnæ meminisse: nec fugæ. Ex parte altera pontifex liuius. cui li
ctores decius tradiderat. iusseratq. proprætorem esse: uociferari uicisse ro
manos: defunctos consulis fato gallos samnitesq. telluris matris ac deorū
manium esse: Rapere ad se ac uocare decium deuotam secū aciem: fu
riarumq. ac formidinis plena omnia ad hostes esse. Superuenium dein
de his restituentibus pugnam. L. cornelius scipio & c. martius cū subsidiis
ex nouissima acie iussu. q. fabii consulis ad præsidium college missi. Vbi
auditur. p. decii euentus: ingens hortamen ad omnia pro re. p. audenda.
Itaq. cum galli structis ante se scutis conferti starent: nec facilis pede col
lato uideretur pugna: iussu legatoy collecta humi pila. quæ strata inter
duas acies iacebant: atq. in testudinem hostium coniecta: quibus plerisq.
in scuta. plerisq. uerutis in corpora ipsa fixis sternitur cuneus: ita ut ma
gna pars integris corporibus attonitis conciderent. Hæc in sinistro cor
nu romanorum fortuna uariauerat. Fabius in dextro primo ut ante
dictum est cunctando extraxerat diem: dein postq̄ nec clamor hostium.
nec impetus. nec tela missa eandem uim habere uisa: præfectis equum iu
sit ad latus samnitium circūducere alas: ut signo dato in transuersos q̄to
maximo possent impetu incurrerent: sensim suos signa inferre iussit & co
mouere hostem. Postq̄ non resisti uidit & haud dubiam lassitudinē esse:
tum collectis omnibus subsidiis. quæ ad id tempus reseruauerat: & legiones
concitauit & signum ad inuadendos hostes equitibus dedit. Nec sustinuerē

∴ eodem q̄ habiu

samnites impetum preterq; etiam ipsam gallorum aciem relictis in dimica-
tione sociis ad castra effuso cursu ferebantur. Galli testudine facta confer-
ti stabant. Tum fabius audita morte collegae campanorum alam quingentos
fere equites excedere acie iubet: & circumuectos a tergo gallicam inuade-
re aciem. Tertiae deinde legionis subseq; principes: & qua turbatum agmen
hostium uiderent impetu equitum instare ac territos cedere: Ipse eclo-
tioni uictori spoliaq; hostium cum uouisset ad castra samnitium perrexit:
quo multitudo omnis consternata angebatur sub ipso uallo: quia tanta
multitudine porte non recepere. Tentata ab exclusis turba suorum pu-
gna est. Ibi gellius egnatius imperator samnitium cecidit. Compulsi de-
inde intra uallum samnites: paruoq; certamine capta castra: & galli
a tergo circumuenti. Caesa eo die hostium xxv. milia. viii. capta. Nec
incruenta uictoria fuit. Nam ex. p. decii exercitu caesa vii. milia: ex
fabii mille. cc. Fabius dimissis ad quaerendum collegae corpus spolia
hostium in aceruum collecta iouiuictori cremauit. Consulis corpus
eo die: quia obrutum superstratis gallorum cumulis erat: inueniri no
potuit: postero die inuentum relatumq; est cum multis militum lachry-
mis. Intermissa inde omnium aliarum rerum cura fabius collegae fu-
nus omni honore laudibusq; meritis celebrat. Et in etruria per eosde
dies a. cn. fulvio propretore res ex sententia gesta. Et preter ingentem
illatam populationibus agrorum hosti cladem: pugnatum etiam egre-
gie est. Perusinorum & clusinorum caesa amplius. iii. mil: & signa mili-
taria ad xx. capta. Samnitium agmen cum per peignum agrum fu-
geret: circumuentum a peignis est: ex milibus quinq; ad mille caesi.
Magna eius diei: quo in sentinati agro bellatum: fama est etiam uero stanti:
sed superiecere quidam augendo fidem: qui in hostium exercitu pe-
ditum. x. cccxxx. equitum vi. & xl. milia: mille carpentorum scripse-
re fuisse: Scilicet cum umbris tuscisq; quos & ipsos pugnae affuisse. Et
ut romanorum quoq; augerent copias. l. uolumnium proconsulem du-
cem consulibus exercitumq; eius legionibus consulum adiiciunt. In plu-
ribus annalibus duorum ea consulum propria uictoria est. Volumnius
in samnio iterum res gerit: Samnitiumq; exercitum in tiphernum mon-
tem compulsum non deterritus iniquitate loci fundit fugatq. Q. fabius
deciano exercitu relicto in etruria suis legionibus deductis ad urbem
de gallis etruscisq; ac samnitibus triumphauit. Milites triumphantem
secuti sunt. Celebrata inconditis militaribus non magis uictoria. q. fabij

q̃ mors preclara. p. decii. Excitataq; memoria parentis æquata euentu
publico priuatoq; filii laudibus. Data ex præda militibus æris octogeni
bini sagaq; & tunicæ: premia illa tempestate haud quaq̃ militi spernenda.
His ita rebus gestis nec in samnio adhuc nec in etruria pax erat. Nam &
perusinis auctoribus post deductum ab consule exercitum rebellatũ fue
rat: & samnites prædatum in agrum uestinum formianumq; & partem
aliam in externum: quæq; uulturno adiacet flumini descendere. Ad
uersus eos ap. claudius cũ exercitu deciano missus. Fabius in etruria re
bellante denuo quattuor milia & qngẽtos perusinorũ occidit: cepit ad mille dcc
xl. qui redempti singuli æris. cccc x. præda alia omnis militibus concessa.
Samnitium legiones cũ partẽ ap. claudius prætor: partem. l. uolumnius p
consul sequeretur: in agrum stellatem conuenerunt. Ibi samnitium legio
nes considunt: & appius uolumniusq; castra coniungunt. Pugnatum infe
stissimis animis hinc ira stimulante aduersus rebellantes toties: illinc ab
ultima iam dimicantibus spe: Cæsa ergo samnitium. xvi. milia. ccc. cap
ta duo milia dcc. Ex romano exercitu cecidere duo milia. ccc. Felix
annus bellicis rebus. pestilentia grauis prodigiisq; solicitus. Nam & ter
ram multiphariam pluisse: Et in exercitu ap. claudii plerosq; fulminib;
ictos nuntiatum est: libriq; ob hæc aditi. Eo anno. q. fabius gurges con
sulis filius aliquot matronas ad populum stupri damnatas pecunia mul
ctauit. Ex quo mulctatitio ære ueneris ædem. quæ prope circum est
faciundũ curauit. Superfunt etiã nunc samnitium bella. quæ conti
nua per quartum iam uolumen annumq; sextũ & xl. a. m. ualerio. a.
cornelio cõsulibus qui primi samnio arma intulerunt agimus. Et ne tot
annorum clades utriusq; gentis laboresq; actos nunc referam: quibus
nequiuerint tam dura illa pectora uinci: proximo anno samnites in
sentinati agro peligni ad tifernum stellatibus campis suis ipsi legioni
bus. mixti alienis. ab quatuor exercitibus quatuor ducibus romanis cæsi
fuerant. Imperatorem clarissimum gentis suæ amiserant: socios belli etru
scos. umbros. gallos in eadem fortuna uidebant qua ipsi erant: nec suis
nec externis uiribus iam stare poterant: tamen bello non abstinebant:
adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tedebat: Et uinci q̃ non
tentare victoriam malebant. Quinam sit ille. quem non pigeat longi
quitatis bellorum scribendo legendoq; quæ gerentes non fatigauerẽt?
Q. fabium & p. decium. l. postumius megellus & m. atilius regulus cõsules
secuti sunt. Samnium ambobus decreta prouincia est: quia tres scriptos

hostium exercitus: uno etruriam: altero populationes campanie repeti: tertium tuendis parari finibus fama erat. Postumium ualitudo aduersa rome tenuit. A ttilius extemplo profectus: ut in samnio hostes: ita enim placuerat patribus: non dum egressos opprimeret. Velut ex cōposito ibi obuium habuere hostem: ubi & intrare & uastare ipsi samnitiū agrum prohiberentur: & regredi inde in pacata sociorumq; populi r: fines samnites prohiberent. Cum castra castris collata essent: quod uix romanis totiens victor auderet ausi samnites sunt. Tantū desperatio ultima temeritatis facit: castra romana oppugnare. Et quanq; non uenit ad finem tam audax inceptum: tamen haud omnino uanū fuit. Nebula erat ad multum diei densa: adeo ut lucis usum eriperet: non prospectu modo extra uallum adempto: sed propinquo etiā congredientium inter se conspectu. Hac uelut latebra insidiarum freti samnites: uix dū satis certa luce: & eam ipsam premente caligine ad stationem romanam in porta segniter agentem uigilias peruenerunt. Improuiso oppressis nec animi satis ad resistendum nec uirium fuit. Ab tergo castrorū decumana porta impetus factus. Itaq; captum questoriū: questorq; ibi. l. opimius pansa occisus. Conclamatum inde ad arma consul tumultu excitus: cohortes duas sociorum lucanam suessanamq; que proxime forte erant tueri pretorium iubet: manipulos legionum principali uia inducit. Vix dum satis aptatis armis in ordines eunt: & clamore magis q̄ oculis hostem noscunt: nec q̄tus numerus sit extimari potest. Cedūt primo incerti fortunae sue: & hostem introrsum in media castra accipiunt. Inde cum consul uociferatus: expulsi ne extra uallum castra inde oppugnaturi sua essent rogitans: clamore sublato conisi primo resistūt: deinde inferunt pedem urgentq; & impulsos semel terrore eodē agūt quo ceperunt: expellunt extra portam uallumq;. Inde pergere ac pergere ac persequi: quia lux turbida metum certa faciebat: non ausi. Liberatis castris contenti receperunt se intra uallum trecentis ferme hostiū occisis: Romanorum stationes prime uigiliumq; & eorum qui circa questorium oppressi periere ad. cccxx. Animos inde samnitibus nō infelix audacia auxit: Et non modo proferre inde castra romanū: sed ne pabulari quidem per agros suos patiebantur: retro in pacatum soranū agrū pabulatores ibant. Quarū rerum fama tumultuosior etiam q̄ res erat p̄lata romam coegit. l. postumium consulem uix dum ualidum proficisci ex urbe. Prius tamen q̄ exiret: militibus edicto soram iussis conuenire.

ipse eedem.

.XXI.

ipse ædem uictoriæ quam ædilis curulis ex mulctatitia pecunia faciundam curauerat dedicauit. Ita ad exercitum profectus foram in samnium ad castra college perrexit. Inde postq̃ samnites diffisi duobus exercitib̃ resisti posse recesserunt: diuersi consules ad uastandos agros urbesq̃ oppugnandas discedunt. Postumius miliona oppugnare adortus: primo impetu atq̃ dein postq̃ ea parũ procedebant: opere ac uineis demum inuinctis muro cepit. Ibi capta iam urbe ab hora quarta usq̃ ad octauã fere horã omnibus partibus urbis diu incerto euentu pugnatum est. Postremo potitur opido romanus: Samnitium cesi tria milia .cc. capti quatuor milia dcc̃. preter prædam aliam. Inde feretrum ducte legiones: unde opidani cum omnibus rebus suis quæ ferri agiq̃ potuerunt, nocte per auersã portam silentio excesserunt. Igitur simul aduenit consul primo ita expositus instructusq̃ menibus successit: tanq̃ idem quod ad miliona fuerat certaminis ferret: Deinde ut silentium uastum in urbe, nec arma, nec uiros in turribus ac muris uidit: auidum inuadendi deserta menia militẽ detinet: ne quam occultam in fraudem incautõs rueret: Duas turmas sociorũ latini nominis circũequitare menia atq̃ explorare omnia iubet. Equites portã unam alteramq̃ eandem regionem in propinquo patentes cõspiciunt: Itineribusq̃ his uestigia nocturne hostium fuge: Adequitant deinde sensim portis: urbemq̃ ex tuto rectis itineribus peruiam conspiciunt. Et consuli referẽt excessum urbe: Solitudine haud dubia id perspicuum esse: & recentibus uestigiis fuge: rerum in trepidatione nocturna relictarũ passim. His auditis consul ad eam partem urbis, quam adierant equites, circũducit agmen.

Constitutis haud procul signis: quinq̃ equites iubet intrare urbem: & modicum spatium progressos tres manere eodem loco si tuta uideantur: duos explorata ad se referre. Qui ubi redierunt retuleruntq̃ eo se progressos: unde in omnes partes circũspectus esset: longe lateq̃ silentium ac solitudinem uidisse: extemplo consul cohortes expeditas in urbem induxit: ceteros interim castra communire iussit. Ingressi milites refractis foribus paucos graues ætate aut inualidos inueniunt: relictaq̃ que migratu difficilia essent: ea direpta. Et ex captiuis est cognitum communi consilio aliquot circa urbes consciisse fugam: Suos prima uigilia profectos: credere eandem in alius solitudinem inuenturos. Dictis captiuorum fides extitit: desertis opidis consul potitur. Altera consuli .m. attilio nequaq̃ tam facile bellum fuit. Cum ad luceriam duceret legiones quam oppugnari a samnitibus audierat: ad finem lucerinũ ei obuius hostis fuit. Ibi ira uiros æquauit:

prelium uarium & anceps fuit: tristius tamen euentu romanis: & quia in
sueti erant uinci: & quia digredientes magis q̃ in ipso certamine sensere:
q̃ tum in sua parte plus uulnerum ac cedis fuisset. Itaq; is terror in castris
ortus: qui si pugnantes cepisset: insignis accepta clades foret. Tum quoq;
solicita nox fuit: iam inuasurum castra samnitem credentibus: aut pri
ma luce cum victoribus conserendas manus: minus cladis: ceterũ non
plus animorum ad hostes erat. Vbi primum illuxit: abire sine certami
ne cupiunt: Sed uia ∴ una & ea preter hostes erat. quã ingressi prebuere
speciem recta tendentium ad castra oppugnanda. Consul arma capere
milites iubet: & sequi se extra uallum: Legatis: tribunis: prefectis sociorũ
imperat: quid apud quenq; facto opus est. Omnes affirmant se quidẽ
omnia facturos: sed militum iacere animos: tota nocte inter uulne
ra & gemitus morientium uigilatum esse. Si ante lucem ad castra uẽ
tum foret: tantum pauoris fuisse: ut relicturi signa fuerint: nunc pu
dore a fuga contineri: alioquin pro uictis esse. Que ubi consul acce
pit: sibimetipsi circũeundos alloquendosq; milites ratus: ut ad quosq;
uenerat cunctantes arma capere increpabat: quid cessarent tergiuer
sarenturq; hostem uenturum in castra: nisi illi extra castra exirent:
& pro tentoriis suis pugnaturos: si pro uallo nollent. Armatis ac dimi
cantibus dubiam victoriam esse: qui nudus atq; inermis hostem mane
at: ei aut mortem aut seruitutem patiendã. Hæc iurgantibus increpan
tibusq; respondebant: confectos se pugna hesterna esse: nec uirium quicq̃
nec sanguinis superesse: Maiorẽ multitudinẽ hostium apparere: q̃ pri
die erat. Inter hæc appropinquabat agmen: & iam breuiore interual
lo certiora intuentes uallum secum portare samnitem affirmant: nec
dubium esse: quin castra circũuallaturi sint. Tunc enim uero consul in
dignum facinus esse uociferari: tantam contumeliam ignominiamq;
ab ignauissimo accipi hoste: Etiam ne circũsedebimur inquit in ca
stris: ut fame potius per ignominiã: q̃ ferro si necesse est per uirtutẽ
moriamur: Dii bene uerterent: facerentq; quod se dignum quisq; du
cerent. Consulem m. atilium uel solum si nemo alius sequatur iterũ
aduersus hostes: casurumq; inter signa samnitum potius q̃ circũuallari
castra romana uideat. Dicta consulis legati tribuniq; & omnes turme
equitum & centuriones primorum ordinum approbauere. Tum pu
dore uictus miles segniter arma capit & segniter e castris egreditur:
longo agmine: nec continenti mesti ac prope uicti procedit aduersus

hostem nec spe nec animo certiorem. Itaq; simul conspecta sunt romana signa: extemplo a primo samnitium agmine ad nouissimum fremitus perfertur: Excire id quod timuerint ad impediendum iter romanos. Nullam inde ne fuge quidem patere uiam: illo loco aut cadendū esse: aut stratis hostibus per corpora eorū euadendū. In medio sarcinas conniciunt: armati suis quisq; ordinibus instruunt aciem. Iam exiguū inter duas acies erat spatium & stabant expectantes dum ab hostibus prius clamor inciperet. Neutris animus est ad pugnandum: diuersiq; integri atq; intacti abissent: ni cedenti instaturum alterum timuissent. Sua sponte inter iniectos tergiuersantesq; segnis pugna clamore incerto imparilq; cepit: nec uestigio quisq̄ mouebatur. Tum consul romanus ut rem excitaret: equitum paucas turmas extra ordinē immisit: quorum cum plerq; delapsi ex equis essent & alii turbati: & ab samnitium acie ad opprimendos eos qui ceciderant: & ad suos tuendos ab romanis procursum est. Inde paulum irritata pugna est. Sed aliq̄to & impigre magis & plures procurrebant samnites: & turbatis eques sua ipse subsidia territis equis proculcauit: hinc fuga cepta totam auertit aciē romanam. Iamq; inter fugam fugientium samnites pugnabant cū consul equo preuectus ad portam castrorū ac stationē equitū ibi opposita edicto ut quicunq; ad uallum tenderet siue ille romanus siue samnis esset: pro hoste haberetur. Hæc ipsa minitans obstitit obstiti profuse cedentibus suis in castra: Quo pergis inquit miles: & hic arma & uiros inuenies: nec uiuo consule tuo nisi victor castra intrabis. Proinde elige cum ciue an hoste pugnare malis. Hæc dicente consule equites infestis cuspidibus circūfunduntur: ac peditem in pugnā redire iubent. Non uirtus solum consulis: sed fors etiam adiuuit: quod non institerunt samnites: spatiumq; circūagendi signa uertendiq; aciem a castris in hostem fuit. Tum alii alios hortari: ut repeterent pugnam. Centuriones a signiferis rapta signa inferre & ostendere suis paucos & ordinibus effusis incompositis uenire hostes effuse. Inter hæc consul manus ad celum attollens uoce clara ita ut exaudiretur: templum iouis statori uouit: si constitisset a fuga romana acies: redintegratoq; prelio cecidisset uicissetq; legiones samnitium. Omnes undiq; amissi ad restituendam pugnam duces milites peditum equitumq; uis: Numen etiam deorū respexisse nomen romanum uisum: adeo facile inclinata res repulsiq; a castris hostes: mox etiā redacti ad eum locū ubi cō

missa pugna erat. Ibi obiacente sarcinarum cumulo, quas conieceraṫ
in medium hesere impediti: deinde ne diriperentur res orbẽ armato
rum sarcinis circundant. Tum uero eos a fronte urgere pediteſ: ab ter
go circũuecti equites: Ita in medio cesi captiq. Captiuorum numerus
fuit septem milia dcc. qui omnes nudi sub iugum missi. Cesos retulere
ad quatuor milia dccc. Ne romanis quidem leta victoria fuit. Recense
te consule: biduo acceptam cladem: amissorum militũ numerus rela
tus septem milia. ccc. Dum hec in apulia gerebantur: altero exercitu
samnites interamnã coloniã romanã, quo uia latina est occupare co
nati, urbem non tenuerunt: agros depopulati cũ predã aliam ĩmixtã
hominum ac pecudũ colonosq; captos agerent: in uictorem incidũt con
sulem ab luceria redeuntem: nec prædam solum amittunt: sed ipsi lon
go atq; impedito agmine uncompositi cæduntur. Consul interamnã ecl
cto dominis ad res suas noscendas recipiendasq; reuocatis & exercitu ibi
relicto comitiorum causa romam est profectus. Cui de triumpho agen
ti negatus honos & ob amissa tot milia militum: & quod captiuos sine pa
ctione sub iugum misisset. Consul & alter postumius quia in samnitib
materia belli deerat, etruriã traducto exercitu peruastauerat uolsiniẽ
sem agrum: Dein cum egressus ad tuendos fines haud procul mentibus ip
sorum depugnat: duo milia. ccc, etruscorũ cesi. Ceteros propinqtas ur
bis tutata est. In rosellanum agrum exercitus traductus. Ibi nõ agri tã
tum uastati: sed opidum etiã expugnatum: Capta amplius duo milia
hominum: minus duo milia circa muros cesa. Clarior maiorq. q̃ bellũ
in etruria eo anno fuerat parta pax est. Tres ualidissimæ urbes etru
riæ capita uolsinius perusia arretium pacem petiere. Et uestimentis
militum frumentoq. pacti cum consule: ut mitti romã oratores liceret:
Inducias in quadraginta annos impetrauerunt. Mulcta presens qngẽ
torum miliũ æris singulis ciuitatibus imposita. Ob hasce res gestas con
sul cum triumphum a senatu moris magis causa q̃ spe impetrandi pe
tisset: uideretq; alios quod tardius ab urbe exisset: alios quod iniussu se
natus ex samnio in etruriã transisset: partim suos inimicos: partim colle
gæ amicos ad solatium æquate repulsæ sibi quoq. negare triumphum.
Non ita inqt patres. c. uestræ maiestatis meminero: ut me consulem esse
obliuiscar. Eodem iure imperii, quo bella gessi, bellis feliciter gestis samnio
atq. etruria subactis uictoria & pace parta triumphabo. Ita senatũ relin
quit. Inde inter tribunos pl. contentio orta: pars intercessuros ne nouo

exemplo triumpharet aiebat: parf auxilio se aduersus collegas triumphā-
ti futuros. Iactata res ad populū est. Vocatusq, eo consul cum .l. horatium
.m. ualerīū cōsules. c. martiū rutilium nuper patrem eius qui tunc cen-
sor esset non ex auctoritate senatus: sed iussu populi triumphasse diceret:
adiciebat: se quoq, laturum fuisse ad populum, nisi scire mancipia no-
bilium tribunos pl. legem impedituros: Voluntate sibi ac fauore consen-
tientis populi pro omnibus iussis esse affuturā. Postero die auxilio tribu-
norū pl. trium aduersus intercessionem septem tribunorū & consensū se-
natus celebrante populo die triumphauit. Et huius anni parū costans
memoria est. Postumium auctor est claudius: in sāmnio captis aliquot
urbibus: in apulia fusum fugatumq, saucīū ipsum cum paucis luceriā cō-
pulsum: a atilio in etruria res gestas: eumq, triumphasse. Fabius ambos
consules in sāmnio & ad luceriā res gessisse scribit: traductūq in etru-
riam exercitum: sed ab utro consule non adiecit. Et ad luceriā utrīq,
multos occisos: inq, ea pugna ioui statori aedem uotā: ut romulus ante
uouerat: sed fanum tantū: id est locus templo iā sacratus effatus fuerat.
Caeterum hoc demum anno: ut aedem etiā fieri senatus iuberet: bis eius-
dem uoti damnata res. p. in religione uenit. Sequitur hunc annū &
consul insignis. l. papirius cursor: qua paterna gloria, qua sua: & bellum
ingens victoriaq: quantā de sāmnitibus nemo ad eam diem praeter: l. papi-
rium cōsulē pepererat. Et forte eodem conatu apparatuq omni opulen-
tia insignium armorum bellum adornauerant: & deorum etiā adhibuerāt
opes ritu quodam sacramenti uetusto uelut initiatis militibus delectu per
omne sāmnium habito: Noua lege: ut qui iuniorum non conuenisset ad
imperatorum aedem, quiq iniussu abisset caput ioui sacratum erat. Tum
exercitus omnis aquiloniam est inductus: Ad .xl. milia militum quod ro-
boris in sāmnio erat conuenerunt. Ibi medius fere castris locus est consep-
tus cratibus pluteisq, & linteis contectus patens. cc. maxime pedes in omnes
pariter partes. Ibi ex libro uetere linteo lecto sacrificatum sacerdote ouio
paccio quodam homine magno natu: quō se id sacrum petere affirmabat
ex uetusta sāmnitium religione qua quondā usi maiores eorū fuisset: cū
adimendae etruscis capue clandestinum cepissent consilium. Sacrificio per-
fecto per uiatorem imperator acciri iubebat nobilissimū quenq genere
factisq, singuli introducebantur: Erat tum alius apparatus sacri qui per
fundere religione animum posset. Tum in loco circa omni contecto adi-
pe arae in medio uictimae circa caesae: & circūstantes centuriones stricti

gladius. Admouebatur altaribus miles magis ut uictima: q̃ ut sacri par
ticeps: adigebaturq; iureiurando. que uisa auditaq; in eo loco essent no
enuntiaturum. Iurare cogebant diro quodam carmine in execratio
nem capitis familiaeq; & stirpis composito: nisi isset in prelium. quo im
peratores duxissent. Et si aut ipse ex acie fugisset: aut siquē fugientē
uidisset: non extemplo occidisset. Id primo quidā abnuentes iurati
ros se: obtruncati circa altaria sunt. Iacentes deinde inter stragem
uictimarum: documento ceteris fuere: ne abnuerent. Primoribus sam
nitium ea detestatione obstrictis: x. nominatis ab imperatore: eis dictū
ut uir uirum legerent: donec sexdecim milium numerum confecissent.
Ea legio linteata ab integumento consepti. quo sacrata nobilitas erat
appellata est. His arma insignia data & cristate galee: ut inter ceteras
emineret. Paulo plus xx. milium alius exercitus fuit: nec corporis specie,
nec gloria belli. nec apparatu linteate legioni dispar. Hic hominū nu
merus. quod roboris erat. ad aquilonia consedit. Consules profecti ab
urbe: prior sp. caruilius. qui ueteres legiones. quas. m. atilius superio
ris anni consul in agro interamnati reliquerat. decrete erat: cum eis in
samnium profectus. dum hostes operati supstitionibus concilia secreta
agunt: amiternū opidum de samnitibus ui cepit: Cesa ibi milia homi
num duo ferme atq; dccc. capta quatuor milia cclxx. Papirius nouo
exercitu. ita enim decretum erat scripto. duroniam urbem expu
gnauit: minus q̃ collega cepit hominum: plus aliq̃to occidit: preda
opulenta utrobiq; est parta. Inde peruagati samnium consules maxi
mo depopulato atinati agro. caruilius ad cominium: papirius ad aqui
loniam. ubi summa rei samnitium erat peruenit. Ibi aliq̃diu nec ces
satum ab armis est: neq; nauiter pugnatum: lacessendo quietos: resiste
tibus cedendo. comminandoq; magis: q̃ inferendo pugnam dies absu
mebatur. Que cum inciperetur remitteretur q; omnium rerum etiā
paruarum euentus proferebatur in dies. Altera romana castra xx. mi
lium spatio aberant: & absentis collegae consilia omnibus gerendis in
tererant rebus. Intentiorq; caruilius. quo maiore discrimine res uer
tebatur in aquiloniam: q̃ ad cominium. quod obsidebat erat. L. pa
piriusiam per omnia ad dimicandum satis paratus nuntium ad col
legam mittit: Sibi in animo esse postero die: si per auspicia liceret co
fligere cum hoste: Opus esse & illum q̃ta maxima ui posset cominui
oppugnare: ne quid laxamenti sit samnitibus ad subsidia aquilonia

mittenda: diem ad proficiscendum nuntius habuit: nocte redit: ap
probare collegam consulta referens. Papirius nuntio misso extemplo
contionem habuit: Multa de universo genere belli: multa de presen
ti hostium apparatu uana magis specie: q̃ efficaci ad euentum disseruit.
Non enim cristas uulnera facere: & per picta atq; aurata scuta transire
romanum pilum: & candore tunicarum fulgentem aciẽ ubi res ferro
geratur cruentari. Aureã olim argenteãq; samnitium aciẽ a parente
suo occidione occisam: Spoliaq; ea honestiora uictori hosti: q̃ ipsi arma
fuisse. Datum hoc forsan nomini familiaeq; suae: ut aduersus maximos
conatus samnitium opponerentur duces: spoliaq; ea referrent: que insi
gnia etiam publicis locis decorandis essent. Deos immortales adesse ꝓpter
totiens petita federa: totiens rupta: tum siqua coniectura mentis diui
ne sit: nulli unq̃ exercitui fuisse infestiores: q̃ qui nefando sacro mixta
hominum pecudumq; caede respersus ancipiti deũ ire deuotus hic fedey
cum romanis uictorum testes deos: hinc iurisiurandi aduersus federa su
scepti execrationes horrens inuitus iurauerit: oderit sacramentũ: uno
tempore deos ciues hostis metuat. Haec comperta perfugarũ inditius cũ
apud infensos iam sua sponte milites disseruisset: simul diuinae humaneq;
spei pleni clamore consentienti pugnam poscunt: penitet in posterum
diem dilatum certamen: moram diei noctisq; oderunt. Tertia uigilia
noctis iam relatis litteris a collega: papirius silentio surgit & pullariũ
in auspicium mittit. Nullus erat genus hominum in castris intactum
cupiditate pugnae. Summi infirmi aeque intenti erant. Dux militum
miles ducis ardorem spectabat. Is omnium ardor etiam ad eos qui au
spicio intererant peruenit. Nam cum pulli non pascerentur: pullarius
auspicium mentiri ausus tripudiũ solistimum consuli nuntiauit. Cõsul
letus auspicium egregium esse & diis auctoribus rem gesturos pronũtiat:
signumq; pugnae proponit. Exeunti iam forte in aciem nuntiat pfuga
xx. cohortes samnitium quadragenariae ferme erat cominium profectas.
Quod ne ignoraret collega extemplo nuntium mittit. Ipse signa ocius
proferri iubet: Subsidiaq; suis quaeq; locis & praefectos subsidiis attribue
rat: Dextro cornu. l. uolumnium: sinistro. l. scipionem: Equitibus lega
tos alios ceditium & trebonium prefecit: sp. nautium mulos detractis cli
tellis cum cohortibus alarius in tumulum conspectum propere circũdu
cere iubet: atq; inde inter ipsam dimicationem q̃to maxime posset mo
to puluere ostenderet. Dum his intentus imperator erat: altercatio iter

pullarios orta de auspicio eius diei: auditaq; ab equitibus romanis qui re
haud spernendam rati. sp. papirio fratris cōsulis filio ambigi de auspicio nū
tiauerunt. Iuuenis doctrinā nō adeo spernendā ratus: rem inquisitā: neq;
incompertū deferret ad consulem detulit. Cui ille: tu quidem macte uir
tute diligentiaq; esto. Cæterum qui auspicio adest: siquid falsi nuntiat: in
se met ipsum religionem excipit. Mihi quidem tripudium nuntiatum
populo. r. exercituiq; egregium auspicium est. Centurionibus deinde im
perauit: ut pullarios inter prima signa constituerent. Promouent & sam
nites signa. Insequitur acies armata ornataq;. Vt hostium quoq; magnificū
spectaculum esset: prius q̄ clamor tolleretur concurreretur; emisso teme
re pilo ictus pullarius ante signa cecidit. Quod ubi consuli nuntiatū ē:
Dii in prelio sunt inq̄t: habet penam noxium caput. Ante consulem hec
dictantem coruus uoce clara occinuit. Quo letus augurio consul affirmas
nunq̄ rebus humanis magis presentes interfuisse deos: signa canere & cla
morem tolli iussit. Prelium commissum atrox: Cæterū longe disparibus
animis. Romanos ira spes ardor certaminis. auidos hostium sanguinis in
prelium rapit. Samnitium magnam partem necessitas ac religio inuitos
magis resistere: q̄ inferre pugnam cogit. Nec sustinuissent primū clamo
rem atq; impetum romanorum per aliquot annos iam uinci assueti: ni
potentior alius metus insidens pectoribus a fuga retineret. Quippe in oc
lis erat omnis ille occulti paratus, & armati sacerdotes & promiscua homi
num pecudumq; strages & respersæ fando nefandoq; sanguine arae & di
ra execratio ac furiale carmen detestandeq; familiæ sturpiq; compositū.
His uinculis fugæ obstricti stabant: ciuem magis q̄ hostem timentes. Insta
re romanis a cornu utroq; a media acie & cædere deorū hominumq;
attonitos metu. Repugnatur segniter: ut a his quos timor moraretur
a fuga. Iam prope ad signa cædes peruenerat: cum ex transuerso puluis
uelut ingentis agminis incessu motus apparuit. Sp. nautius octauium
metium quidā eum tradunt, dux alaribus cohortibus erat: puluerem ma
iorem q̄ pro numero excitabant. insidentes mulis calones. Frondosos ramos
per terram trahebant: arma signaq; per turbidam lucem in primo appa
rebant: post altior densiorq; puluis equitum speciem cogentiū agmen da
bat. Fefellit non samnites modo: sed etiā romanos. Et consul affirmauit
errorem clamitans inter prima signa ita ut uox etiā ad hostes accederet:
Captum cominium: victorem collegam adesse: anniterentur uincere pus
q̄ gloria alterius exercitus foret. Ascendens equum inde tribunis centu

sacri

rionibusq; imperat: ut uiam equitibus patefaciant: Ipse trebonio cedi
tioq; predixerat: ut ubi se cuspidem erectam quatientem uidissent: qta
maxima ui possent concitarent equites in hostem. Ad nutum omnia
ut ex ante preparato fiunt. Panduntur inter ordines uie. Prouolat
eques atq; infestis cuspidibus in medium agmen hostium ruit: perrupitq;
ordines quacunq; impetum dedit. Instant uolumnius & scipio & percus
sos sternunt. Tum iam deorum hominumq; uicta uis. Funduntur Inter
cohortes: pariter iurati iniuratiq; fugiunt: Nec quenq; preter hostes me
tuunt. Peditum agmen quod superfuit pugne in castra ad aquilonia
compulsum est: nobilitas equitesq; bouianum perfugerunt. Equites e
ques sequitur: peditem pedes. Diuersa cornua: dextrum ad castra sam
nitum: leuum ad urbem tendit. Prior aliqto uolumnius castra cepit.
Ad urbem scipioni maiori resistitur ui: non quia plus animi uictis est:
sed melius muri q; uallum armatos arcent: Inde lapidibus propulsat
hostem. Scipio ñ in primo pauore priusq; colligerentur animi trasla
cta res esset: letiore fore munite urbis oppugnatione ratus: interrogat
milites: Satin æquo animo paterentur ab altero cornu castra capta esse:
se uictores pelli a portis urbis. Reclamantibus uniuersis primus ipse scu
to super caput eleuato pergit ad portam. Secuti alii testudine facta in
urbem perrumpunt: deturbatisq; samnitibus qui circa portam erat: mu
rum occupauere. Penetrare interiora urbis quia pauci admodum erant
non audent. Hæc primo ignorare consul & intentus recipiendo exerci
tui esse. Iam enim preceps in occasum sol erat: & appetens nox periculosa
& suspecta omnia etiam uictoribus faciebat. Progressus longius ab dextra
castra capta uidet: Ab leua clamorem in urbe mixtum pugnantium ac
pauentium fremitum esse. Et tum forte certamen ad portam erat: Ad
uectus deinde equo propius: ut suos in muris uidet: nec iam integri qq;
esse: qm temeritate paucorum magne rei parta occasio esset: acciri quas
receperat copias signaq; in urbem inferri iussit. Ingressi proxima ex par
te: quia nox appropinquabat quieuere. Nocte opidum ab hostibus desertum
est. Cesa illo die ad aquilonia samnitium uiginti milia .cccxl. capta tria
milia dccc & lxx. Signa militaria .xcvii. Ceterum illud memorie: non
ferme alium ducem letiorem in acie uisum: seu suopte ingenio: seu fidu
cia bene gerende rei. Ab eodem robore animi neq; controuerso auspicio
a prelio reuocari potuit: & in ipso discrimine: quo templa dis immortali
bus uoueri mos erat: uouerat ioui uictori: si legiones hostium fudisset: pau

xillum mulsi prius: q̃ temetum bibissent: se facturum. Id uentũ dis cor
di fuit: & auspicia in bonum uerterunt. Eadem fortuna ab altero con
sule ad cominium gesta res. Prima luce ad menia omnibus copiis admo
tis corona cinxit urbem: subsidiaq; firma ne qua eruptio fieret portis
opposuit. Iam signum dantem eum nuntius a collega trepidus de uigi
ti cohortium aduentu & ab impetu moratus est: & partem copiarũ re
uocare instructam intentamq; ad oppugnandum coegit. Decii brutum
sceuam legatum cum legione prima & x. cohortibus alariis equitatiq;
re aduersus subsidium hostium iussit: quocunq; in loco fuisset obuius
obsisteret ac moraretur: manumq; si forte ita res posceret conferret: mo
do ne ad cominium hæc copiæ admoueri possent. Ipse scalas ferri ad mu
ros ab omni parte urbis iussit ac testudine ad portas successit. Simul &
refringebantur portæ: & uis undiq; in muris fiebat. Samnites sicut ante
q̃ in muris uiderent armatos satis animi habuerunt ad prohibendos
urbis aditu hostes: ita postq̃ iam non ex interuallo nec missilibus: sed
cominus gerebatur res: & quia egre successerant ex plano in muros lo
co, quem magis timuerant uicto: facile in hostem imparem ex æquo pu
gnabant: relictis turribus murisq; in forum omnes compulsi paulisper ui
tentauerunt extremam pugnæ fortunam: deinde abiectis armis ad
decẽ milia hominum & cccc. in fidem consulis uenerunt. Cæsa ad qua
tuor milia. ccclxxx. Sic ad cominium, sic ad aquiloniã gesta res. In me
dio inter duas urbes spatio, ubi tertia expectata erat pugna, hostes nõ
inuenti. Septem milia passuũ cum abessent a cominio reuocati ab suis
neutri prelio occurrunt. Primis ferme tenebris cum in conspectu iam
castra iam aquiloniam habuissent: clamor eos utrinq; par accidens te
nuit: deinde regione castrorum quæ incensa a romanis erant flãma
late fusa certioris cladis indicio progredi longius prohibuit. Eo ipso
loco temere sub armis strati passim ingentium omne tempus noctis ex
pectando timendoq; lucem egere. Prima luce incerti quam in partem
intenderent iter: repente in fugam consternantur. Conspecti ab equitib;
qui egressos nocte ab opido samnites persecuti uiderant multitudinẽ
non uallo non stationibus firmatam. Conspecta & ex muris aquiloniæ
ea multitudo erat. Iamq; etiam legionariæ cohortes sequebantur. Ce
terũ nec pedes fugientes persequi potuit: & ab equite nouissimi agmi
nis. cc. & lxxx. interfecti. Arma multa pauidi ac signa militaria duo
de uigiti reliquere. Alio agmine incolumi uix ex tanta trepidatione

bouianum peruentum est. Letitia utriusq; exercitus romani auxit & ab
altera parte feliciter gesta res. Vtrq; ex alterius sententia consul captū
opidum diripiendum militi dedit. Exhaustis deinde tectis ignē iniecit.
Eodemq; die aquilonia & cominium deflagrauere. Et cōsules cū gratula
tione mutua legionum suaq; castra coniunxere. In conspectu duorum
exercituum & caruilius suos pro cuiusq; merito laudauit donauitq;. Et pa
pirius apud quem multiplex in acie circa castra circa urbem fuerat certa
men sp. nautium sp. papirium fratris filiū & quatuor centurionēs mani
pulumq; hastatorum armillis aureisq; coronis donauit. Nautium propter
expeditionem qua magni agminis modo terruerat hostes. Iuuenem pa
pirium propter nauatam cum equitatu & in prelio operā. & nocte quia
fugam infestam samnitibus ab aquilonia clam egressis fecit. centurionēs
militesq; quia primi portam murumq; aquilonie ceperunt. Equites omnes
ob insignem multis locis operam corniculis armillisq; argenteis donat. Cō
silium inde habitum cum iam tempus esset deducendi ab samnio exer
citus. aut utriusq; aut certe alterius. Optimum uisum quo magis fracte
res samnitium essent. eo pertinacius & infestius agere cetera & persequi.
ut perdomitū samnium insequentibus cōsulibus tradi posset. quando iā
nullus esset hostium exercitus qui signis collatis dimicaturus uideretur.
Vnum superesse belli genus. urbium expugnationes. quarum per excidia
militem locupletare preda & hostem pro aris & focis dimicantem confice
re possent. Itaq; litteris missis ad senatum de rebus ab se gestis. diuersi papi
rius ad sepinum. caruilius ad ueliam oppugnandam legiones ducunt. Lit
tere consulum ingenti letitia & in curia & in contione audite. & quatri
dui supplicatione publicum gaudium priuatis studiis celebratum est. Nec
populo r. magna solum. sed peroportuna etiā victoria fuit. quia peridē
fere tempus rebellasse etruscos allatum est. Subibat cogitatio animū. quo
nam modo tolerabilis futura futura etruria fuisset. si quid in samnio aduer
si euenisset. que coniuratione samnitium erecta. qm̄ ambo consules omisq;
romana uis auersa in samnium esset. occupationē populi r. pro occasio
ne rebellandi habuisset. Legationes sociorum a. m. attilio prætore in
senatum introducte querebantur uri ac uastari agros a finitimis etru
scis. quod descisceret a populo r. nollent. obtestabanturq; prēs cōscriptos.
ut se a ui atq; iniuria communium hostium tutarentur. Responsum le
gatis. curæ senatui futurum. ne socios fidei sue peniteret. Etruscorum
prope die eandem fortunam quam samnitium fore. Segniius tamen qd

ad etruriam attinebat acta res esset: ni phaliscos quoq. qui per multos an-
nos in amicitia fuerant allatum foret arma etruscis iunxisse. Huius pro
pinquitas populi acuit curam patribus: ut feciales mittendos ad res repe-
tendas censerent. Quibus non redditis ex auctoritate patrū iussu popu
li bellum phaliscis indictum est. Iussiq consules sortiri uter ex samnio in
etruriam cum exercitu transiret. Iam caruilius ueliam & palumbinū &
herculaneum ex samnitibus ceperat. Veliā intra paucos dies. Palumbinū
eodem. quo ad muros accessit. Ad herculaneū etiam signis collatis anciptī
prelio & cum maiore sua: q̄ hostium iactura dimicauit. Castris deinde po
sitis menibus hostem inclusit. Oppugnatum opidum captumq. In his trib
urbibus capta aut cesa ad decē milia hominum: ita ut paruo admodū
plures caperentur. Sortientibus prouincias consulibus: etruria caruilio e
uenit secundum uota militum. qui uim frigoris in samnio non patiebā-
tur. Papirio ad sepinum maior uis hostium restitit: Sepe in acie. sepe in
agmine: sepe circa ipsam urbem aduersus eruptiones hostium pugnatū:
nec obsidio, sed bellum ex æquo erat. Non enim muris magis se samnites:
q̄ armis ac uiris menia tutabantur. Tandem pugnando in obsidione iusta
coegit hostes: obsidendoq ui atq operibus urbem expugnauit. Ab ira plus
cædis editum: capta urbe septē milia. cccc. cesi: capta minus. iiij. hominū:
præda. quæ plurima fuit congestis samnitium rebus in urbem paucis mili
ti concessa est. Nuues iam omnia opplenerant: nec durari extra tecta po
terat. Itaq. consul exercitum de samnio deduxit. Venienti romā trium
phus omnium consensu est delatus. Triumphauit in magistratu insigni
ut illorum temporum habitus erat: triumpho pedites equitesq insignes
domus transiere ac transuecti. Multe auicæ coronæ uallaresq ac muales
conspecte. Inspecta spolia samnitium & decore ac pulchritudine paternis
spoliis quæ uota frequenti publicorum ornatu locorū erant comparaban-
tur. Nobiles aliquot captiui clari suis patrumq factis ducti. Eris grauis
transuecta uicies centū milia: & auri xxxiii. milia. Id est redactū ex captiuis
dicebatur. Argenti quod captum ex urbibus erat pondo. cccxxx. Omne es
argentumq in erario conditum. Militibus nihil datum ex præda ē: auctaq
ea inuidia est ad plebem: quod tributum etiā in stipendium militū collatū
est: cum si spreta gloria fuisset: captiuæ pecuniæ in erariū illate: & militi
tum dari ex preda & stipendium militare prestari potuisset. Edem quiri
ni dedicauit: quam in ipsa dimicatione uotam apud neminem ueterem
auctorem inuenio. Neq hercule tam exiguo tempore perficere potuisset:

Ab dictatore patre uotam filius consul dedicauit excornauitq; hostiū spoliis:
quorum tanta multitudo fuit: ut non tantum templum forumq; his orna-
retur: sed sociis etiam coloniisq; finitimis ad templorum locorumq; publico
rum ornatū diuiderentur. Ab triumpho exercitum in agrum uestinū qa
regio ea infesta ab samnitibus erat: hibernatum duxit. Inter hæc caruilius
consul in etruria troilum primum oppugnare adortus. cccclxx. ditissimos
grandi pecunia pactos: ut abire inde liceret dimisit. Cæterā multitudinē
opidumq; ipsum ui cepit. Inde quinq; castella locis sita munitis expugnauit.
Cæsa ibi hostium duo milia. cccc. minus. ii. capta. Et phalisci pacem peteni-
bus annuas induciias dedit: pactus est. c. milia grauis æris. & stipendiū totius
anni militibus. His rebus actis ad triumphum decessit: ut minus clarū q̄ ∴ de samnitibus
collegæ triumphus fuerat: ita cumulo etrusci belli æquatum. Eris grauis
tulit in ærarium. cccbxxx. milia. Reliquo ære ædem fortis fortunæ de ma-
nubis faciendam locauit: prope ædem eidem dee a rege seruio tullo dedi-
catam. Et militibus ex preda centenos binos asses & alterū tacitū centurio
nibus atq; equitibus malignitate collegæ gratius accipientibus munus
diuisit. Fauor consulis tutatus ad populum. L. postumium legatum eius q̄
dicta die a. m. cancio tribuno pl. fugerat in legionem: ut fama ferebat: po-
puli iudicium: iactariq; magis: q̄ peragi accusatio eius poterat. Exacto iam
anno noui tribuni pl. magistratum inierunt: iisq; ipsis quia uitio creati erāt
quinq; post dies alii suffecti. Lustrum conditum eo anno est a. p. cornelio ar-
uina. c. martio rutilio censoribus. Censa capitum. cclxxii. milia. cccxxi. Cen
sores xxvi. a primis censoribus: Lustrū unde uigesimum fuit. Eodem anno
coronati primū ob res bello bene gestas ludos romanos spectauere palmeq;
tum primū translato e græcia more uictoribus date. Eodem anno ab ædili-
bus curulibus qui eos ludos fecerunt damnatis aliquot pecuniariis uia nar-
bus curulibus qui eos ludos fecerunt damnatis aliquot pecuniariis uia nar-
matis silice ad bouillas perstrata est. Comitia consularia. L. papirius habu
it. Creauit cosules. q. fabium maximi filium gurgitem & d. iunium brutū
scenā. Ipse papirius prætor factus. Multis rebus letus annus uix adsolatium
unius mali pestilentiæ urentis simul urbem atq; agros suffecit: portentoq;
iam similis cladis erat. Et libri aditi. quinam finis aut quod remediū eius
mali ab diis daretur. Inuentū in libris: esculapium ab epidauro romā acces-
sendum. Neq; eo anno quia occupati bello consules erant quicq̄ de ea re
actum: præter: q̄ quod unum diem esculapio supplicatio habita est:

TITI LIVII PATAVINI AB VRBE CONDITA PRIMA
DECAS EXPLICIT FELICITER.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

Tiene Irrig de se by Com. al Virbe Consulto.

2 Lieferungen fehlen.

Tit. f. 2. 25. 49. 77. 100. 121. 139.
157. 174. 196.

Nr. 2095 Aufgang: 19.5.1959
I. Schäden: j m n x 30 32 39
II. Behandlung: 6 16 17 25.37.38.40
III. Besonderheiten:

Gemälde f. 1. 2.
14/7 56 Sk



Cod. lat.
15731